NOTITIA KARÆORUM

EX

[illegible]

KARÆI RECENTIORIS,

TRACTATU HAURIENDA,

QUEM EX MS. CUM VERSIONE LATINA NOT[illegible]

PRÆFATIONE DE KARÆORUM REBUS SCRIPTISQUE EDIDIT

JOANNES CHRISTOPHORUS WOLF[illegible]

HEBR. ET ORIENTAL. LINGG. PROF. PUBL.

Accessit in calce JACOBI TRIGLAN[illegible]

Dissertatio de KARÆIS cum Indicibus variis recusa,

HAMBURGI & LIPSIÆ,

Impensis CHRISTIANI LIEBEZEIT,

ANNO R. S. CIↃ IↃCC XIV.

VIRO
SUMME VENERANDO DOCTISSIMOQUE
JOANNI FRIDERICO WINCKLERO,
THEOLOGO CORDATISSIMO,
ET ECCLESIÆ, QUÆ AD ÆDEM D. NICOLAI CHRISTO COLLIGITUR, PASTORI MERITISSIMO, DOMINO AC FAUTORI SUO MAXIME COLENDO

L. M. C.

JOANNES CHRISTOPHORUS WOLFIUS.

NOn miraberis, VIR SUMME VENERANDE, nec damnabis consilii mei, non temere, nec cum impetu, sed deliberate suscepti rationes, de præsenti commentatione Venerabili Nomini Tuo inscribenda, qui facile intelligas, ad TE re-

dire, quæ TUA jampridem ſunt, &, quæ inſigni Tuo beneficio acceperam, ex grati animi lege, neſcio an cum fœnore aliquo, nunc reddi. Formis enim exſcripta vides, quæ manu exarata inſignis Tua, & non minori cura delectuque, quam ſumtu & induſtria conquiſita Bibliotheca huc dum ſervaverat, ad quam ut facilem mihi, quod luculentum humanitatis Tuæ & favoris argumentum interpretor, aditum conceſſiſti, ita hunc recentioris Karæi tractatum mei quaſi juris facere, & in publicam lucem, qua eum dignum putaveram, proferendum tradere benevole ſuſtinuiſti. Taceo prudens alia favoris in me TUI ſpecimina, quæ memori potius mente a me perpetuo ſervanda, quam minus comto dicendi genere non ſine tædio Tuo, qui omnia ad conſcientiam, nihil ad pompam refers, recenſenda eſſe exiſtimo. Quæ quidem omnia ut me propius tangunt, officiumque diutius differre prohibent, ita alia reſtant, mihi cum aliis communia, quæ publicam cultus in TE mei affectusque integerrimi ſignificationem edere me juſſerunt. Is enim TU es, VIR SUMME VENERANDE, in quem intueri merito jubentur illi, qui Theologi ſine moroſitate gravis, ſine calliditate prudentis, ſine vana virtutum oſtentatione pii, ſine quæſitis orationis calamiſtris diſerti, ſine humilis abjectiq; animi vitio modeſti, ſine turpi aſſentationis ſtudio comis exemplum & imaginem deſiderant. Doctrinam TUAM, candorem & ſingularem omnibus veri Theologi partibus defungendi dexteritatem præſens

ætas

ætas prædicat, posteritas, suum cuique pretium statuens, loquetur, nec ipsa beatioris vitæ æternitas, cui, Divino beneficio, tot animas, alioquin perituras, vindicas, unquam conticescet. Tempero mihi ab enarrandis dotibus ceteris, quas Divinum Numen largissima manu TIBI contulit, industria auxit, usus firmavit. Virtus enim Tua præconio meo non eget, communis omnium, quibus TE propius nosse datum est, vox suffragium meum non desiderat, modestia vero, quam reliquis virtutibus cumuli instar addis, laudes ullas nec exspectat, nec admittit, quæ vel invitum nunc sequuntur, nunc comitantur. Quod igitur exploratum est omnibus, id ne ipse vel ignorare negligentiæ, vel dissimulare malignitatis vitio viderer, posito hoc animi deditissimi monimento publico, cavere volui. Qua quidem in re vereor, ne tam consilio quam delectu peccasse videar, qui hominis Judæi, atque adeo a CHRISTI SERVATORIS sacris alieni, commentationem TIBI offeram, cujus labor omnis & industria in salutari doctrina amplificanda, hominumque animis infigenda, collocatur. Enimvero erigit me, animumque excitat cogitatio, ipsam hanc tractationem vel ideo non prorsus displicere posse, quæ & aliqua Judaicæ, tum etiam ex parte Sacræ Antiquitatis, in qua illustranda Ipse olim, muneris publici ratione adductus, strenue feliciterque elaborasti, capita explicat, & homines sistit, eo saltem nomine commendandos, quod DEI præcepta non ex impuris humani ingenii rivulis, sed ex limpido

 fonte

fonte divinioris Verbi & haurire ipsi, & propinare aliis consveverunt. Accipe igitur serena fronte, VIR SUMME VENERANDE, qualecunque hoc devincti gratique animi monimentum, cumque nihil a me proficisci possit, quod ingenio doctrinæve TUÆ faciat satis, patere, quæso, ut, qvidquid vel artis vel industriæ deest, id a Tua benevolentia libera liter accedat. Ita vale, & omni felicitatis genere a DEO cumulatus, per facilem multorum annorum decursum, salvus & incolumis vitam ex voto profer, in doctrinæ purioris, quam tueris, & non fucatæ pietatis, quam urges, præsidium, decus & emolumentum certissimum. Dabam Hamburgi XII. Kal. Mart. Ao. CIƆ IƆCCXIV.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO

S.

Quam hic vides, Benevole Lector, de Karæis commentationem, ea superiori Sæculo (an. 1699.) a Karæo quodam, communibus suorum symbolis adjuto, profecta est, & ad JACOBUM TRIGLANDIUM, Professorem qvondam Theologum in Lugdunensi Batavorum Academia, missa. Hic enim, de interiori rerum Karaiticarum notitia maximopere solicitus, ipsos Karæos, in Polonia adhuc commorantes, per literas adierat, & ad propositas de potioribus, qvæ huc pertinent, momentis quæstiones hoc, qvod vides, responsionis loco acceperat. Eo deinceps defuncto, instructissimoqve, qvem sibi collegerat, librorum apparatu, sub hasta divendito, eadem dissertatio incidit in manus Summe Venerandi JOANNIS FRIDERICI WINCKLERI, Pastoris hodie ad D. Nicolai ædem meritissimi, Paternarumqve virtutum & meritorum ex asse heredis, qui, pro singulari meliores literas amplificandi studio, ex instructissima Bibliotheca sua illius mihi copiam eo consilio fecit, ut in communem usum formis exscriberetur. Eqvidem non parum doleo, literas illas, quas huic dissertationi Karæus junxerat, qvod cum ex ipso hoc tractatu, tum ex Catalogo Triglandino librorum Oriental. MSS. lit. F. apparet, ad alium pervenisse, quem expiscari frustra hucdum allaboravi. Quod enim relatum mihi erat, eas cum aliis qvibusdam Karæorum Codicibus in V. C. *Adriani Relandi*, egregii harum literarum nostra ætate Statoris & Vindicis, Bibliothecam transiisse, id qvidem aliter habere ex Viri laudati literis intellexi. Quicquid vero literarum illud fuerit, dignum certe erat, quod lucem cum his adspiceret, qvoniam Karæus aliquoties v. c. p. 10. tractatus sui ad eas provocat, & p. 150. de scriptis sociorum suorum in illis se commenta-

tum

tum non obſcure profitetur, qvod ex Catalogo Triglandino clarius perſpicitur.

Nunc in tractatu hoc acqvieſcendum nobis fuerit, cujus inſcriptio cum longior ſit, qvam ut diſſertationi ipſi a nobis præfigi potuerit, hic eam commemorare pace Tua, credo, licebit. Dicitur is דוד מָרְדְּכַי i. e. *Amicus Mardochai*, qvi titulus his deinde verbis fuſius explicatur: עשאוהו חכמי הקראים להשיב תשובות לשאלות החכם יעק״ב טריגלאנד חכם נוצרי אשכנזי מלומד בלשון הקודש היושב במדרש המהוללה שבעיר ליד״ה במדינת הוללנדיאה על כסא ההוראה ששאלם אודות חלקת הקראים והרבנים מאיזה זמן נהיתהי על ידי כתבו שכתב להם בלשון הקודש כאשר שאלותיו סדורות בתחלת הספר לעיני כל רואה ורוצה לדעת הענין והמשיבים ערכו תשובות לשאלותיו הראשון ראשון ועל אחרון אחרון והעמידום בפרקים למען ירוץ קורא בוי הוסד מוסד הספר על פי הגדולים שבהם ביום וחודש ושנה הנחתמים בסוף הספר בעיר קראסני אוסטרוו בתחום לב״וב שהוא מדינת רוסי״ה תחת ממשלת אדוננו המלך האדיר גדול היחס מאשר לפניו אוגו״סט שלישי כמדת השכם במלכים שהיו על פולוניה הגדולה ופולוניה הקטנה ודוכסיית הגדולה של ליט״וא· והוא היה לפנים דוכוס סא״ס ונתבקש שימלוך על המלכות הזאת· ירום הודו ותנשא מלכותו· וענין השאלות ותשובות נהיה בשנה בשנת שנית למלכו במז״ט ובס״י השי״ת ירים ויגביה כוכב מערכתו אנ״ס וכי״ר Horum verborum ſententia hæc eſt: *quem* (librum) *fecerunt Sapientes Karæorum, ut reſponderent ad quæſtiones* Jacobi Triglandii, *eruditi in Germania Chriſtiani, Linguæ Sanctæ gnariſſimi, ac in celebri Academia Batavorum Lugdunenſi Profeſſoris, qui interrogaverat eos de tempore coortæ inter Karæos & Rabbanitas diſſenſionis, per literas lingua Hebræa ſcriptas. Hæ ejus quæſtiones in limine libelli ipſius proponuntur, ut lectori, cauſæ cognoſcendæ cupido, pateant. Ad has qui reſponderunt, illi reſponſiones ſuas quæſtionibus ſingulis eodem, quo hæ propoſitæ ſunt, ordine accommodarunt, & in capita certa diviſerunt, ut expeditius legi poſſent. Liber ipſe ſolide & cum cura ex mente magnorum inter eos* (Karæos) *Virorum conſcriptus eſt, die, menſe & anno, in calce libri notatis, in urbe* CROSNI OSTRO, provinciæ *LEBUB* (i. e. *LEMBERG*) *quæ eſt in Ruſſia, imperante DOMINO noſtro, REGE Sereniſſimo, cujus illuſtriores ſunt natales, quam omnium ejus Deceſſorum, AUGUSTO, hujus nominis III. inter Reges Poloniæ Majoris & Minoris, ac ducatus magni Lithuaniæ, qui, cum eſſet Dux Saxoniæ, ut Imperium*

um hoc susciperet, solicitabatur. Extollatur gloria ejus, regnumque amplificetur. Ceterum quæstiones hæ & responsiones factæ sunt anno Imperii ejus II. feliciter. Deus Benedictus provehat & amplificet fortunam ejus. Ita fiat, hæc sit voluntas ejus. Ex hac inscriptione apparet, Karæos non minus quam Rabbanitas in librorum titulis præter rationem luxuriari, & ingenio indulgere, ut longius repetere consilii sui rationes necesse habeant, quas Noster etiam in præfatione sua fusius edisserit, hic tædiose non repetendas. Accipe nunc, Lector, causas, quæ, ut dissertationem hanc edendam judicarem, animum permoverunt. Rarissimos esse & non temere obvios Karæorum libros, nemini non constat, cum & ipsi, calamitatibus pressi & ad incitas redacti, parum scripserint, de re familiari curanda magis, qvam ingenii divitiis expromendis, soliciti, & longe pauciora, qvod ex dicendis constabit, typorum beneficio in publicum produxerint. Ex illis vero libris, qui editi exstant, ne unus quidem est, qvod sciam, qui data opera res Karæorum ab ultimis originibus repetat, quas noster non tralatitie, nec infeliciter, vel scrutatus est vel detexit. Unde factum quoque est, ut *Triglandius*, hoc potissimum scripto adjutus, primus omnium ex Scriptoribus Christianis certiora de conditione Karæorum monuerit, quam reliqvi omnes, in eodem argumento ante ipsum versati, nec vel editis vel manu exaratis Karæorum Codicibus destituti, attulerunt. Quod si enim dissertationem ejus de Karæis, hic recusam, cum tractatu hoc contenderis, intelliges, eum, in capite causæ, partim argumentis, a nostro adhibitis, usum esse, partim maximam testimoniorum, quæ ex MSS. Karæorum libris affert, partem ex eodem mutuam sumsisse, qvod subinde in notis monere me memini. Hinc & ipse literas Karæorum, ad se perscriptas, & ab hac commentatione non distinguendas, passim ad partes vocat: imo animo quoque constitutum habuit, easdem, si per fata licuisset, in publicum proferre, cum perspiceret, varia per instituti rationem prætermitti debere, quæ ex re eruditorum & antiqvitatis futura essent. Sic, quando p. 248. (109) designationes Principum & Doctorum Karaiticorum non alibi, quam in nostro hoc tractatu, inveniendas, commemorat, addit: *qui cum catalogi parum ad brevem faciant diatriben, alias cum ipsis libris, si Deus vitam & otium concesserit, commodius proferentur.*

Cum itaque ex hoc præsertim Karæi scripto, tanquam ex fonte profluxerit erudita & subacta Triglandii commentatio, operæ pretium facturum me putavi, si ad illum deducerem harum rerum studiosos, præcipue cum ex eodem longe plenior scriptorum Karaiticorum, de qvibus seorsim aliquando commentaturus idem erat (vide dissertat. ejus de Karæis p. 413.) notitia hauriri possit, ne de aliis antiquitatis Judaicæ momentis, alibi,

 qvod

qvod ſciam, fruſtra quærendis, dicam. Sic nominatim illuſtris mihi locus viſus eſt, qui quasdam Sadducæorum doctrinas perſtringit p. 21. nec vulgaris exiſtimandus, in qvo p. 24. ignobiliores quædam Judæorum ſectæ, quarum, præter tres ſatis illuſtres, nusqvam, qvod ſciam, veſtigium exſtat, ſtrictim memorantur. Omitto alia. Deniqve id effecturum me ſperavi, ut cum ſuperiori præcipue ſæculo eruditi in Rabbanitarum ſcriptis vel edendis denuo, vel Latine convertendis, diligenter verſati ſint, alii, qvibus ſe dabit occaſio, noſtra ætate ad bene de Karæorum ſcriptis merendum adducantur. Idem fuit Willi. Erneſti Tenzelii τ̃ μακαϱίτϐ votum, qui in Dialogis vernaculis an. 1691. p. 578. miratur, eruditorum neminem de ſcriptis Karæorum in lucem proferendis cogitaſſe. Neque enim dubito, vel ex hoc Specimine recentioris Scriptoris, fragmentisqve antiquiorum liberali manu collectis, manifeſtum fore, Karæis nec ingenium, nec doctrinam, nec induſtriam deeſſe, qvo minus comparari cum Rabbanitis poſſint. Hanc enim video quibusdam fuiſſe mentem, rectius & benignius de iisdem forte ſenſuris, ſi ſcripta, minus obvia, oculis uſurpare potuiſſent. Sic ſpeciatim Jo. Henr. Hottingerus in Hiſtoria Eccleſiaſtica Sæculi XII. eos *gentem pene profanam* appellavit, & ex noſtratibus Vir, de his literis alioqvin egregie promeritus, ex eorum ſcriptis exiguum fructum ſibi pollicetur in Introductione ad Theologiam Judaicam, Raymundi Martini Pugioni Fidei præmiſſa capite IV. p. 14. Decipi forte illi ſe paſſi ſunt iniquis Rabbanitarum vocibus, quas hinc inde erumpere eos adverſus Karæos videas. Sic ſpeciatim R. *Abrahami ben Dior* in calce libri Kabbalæ p. 21. ed. Mantuanæ in 4. ſiniſtrum legitur judicium, his verbis conceptum: ועוד סימן שלישי יהיה בידך שהמינים לעלם לא עשו שום טובה לישראל ולא ספר שיש בו חזוק תורה או דבר חכמה ואפילו שירה אחת ונחמה אחת כי כולם כלבים אלמים לא יוכלו לנבות: h. e. *Tertium hoc tibi ſignum & argumentum erit, quod, hæretici* (per hos Karæos intelligit, qvos in ſuperioribus diſerte appellaverat) *nihil unquam boni Iſraeli præſtiterunt, nec librum ediderunt ullum ad Legem confirmandam pertinentem, vel ullum aliud ſapientiæ monimentum, imo ne canticum quidem aut ſolatium: ſed muti ſunt canes, qui latrare non poſſunt.*

Antiquiores præclarius de iis & ſenſiſſe & judicaſſe vel ex libro Cosri Parte III. p. 191. ed. Buxtorfianæ apparet, ubi Rex Coſaræus introducitur hæc in Karæorum gratiam Rabbanitis obvertens, qvod in cultu divino diligentiores ferventioresque ſint Rabbanitis, & rationibus utantur magis idoneis & ad ſenſum literalem propius accedentibus. Et cauſam ſane fuiſ-

ſe,

se, cur ita statuerent cordatiores, non dubito, qui partim ex hoc tractatu, partim ex fragmentis aliunde citatis perspexerim, Karæos in exponenda diviniore Scriptura, relictis fabulis, sensum literalem & ex visceribus contextus deducendum sectari, nec infeliciter eruere, in ritibus simplicitatem pristinam tueri, in moribus vero & ipsa disputatione adversus Rabbanitas suscepta, majorem candorem, integritatem & modestiam probare. Ita Rabbanitas, qvi acerbis conviciis eos excipere consveverunt, fratres suos appellant sæpiuscule, quamvis alibi, ubi res postulat, graviter iisdem & arrogantiam & incredibile fabularum studium exprobrent. Codicis Sacri studiosissimos esse vel ex hac tractatione apparebit, quæ ad dictionem Sacram tam prope accedit, ut Biblicis loquendi formulis tota fere contexta videatur, nec raro etiam, ut in notis aliquoties ostendi, occasionem faciat, φράσεις in Novo Fœdere receptas quodammodo illustrandi. Nihil igitur affectui dedit Triglandius, quando is p. 2. dissertationis affirmat, Karæos Rabbanitas facile exæquare doctrina, judicii vero acrimonia, rationum pondere & perspicuitate, explicandi Sacras literas ἀγχινοίᾳ multum excellere, morum denique integritate & disputandi peritia, vel inimicis testibus, longo post se intervallo relinquere. Si qua igitur utilitas ex Rabbanitarum scriptis vel ad sacras literas vel ad antiquitatis linguæque Hebrææ studium accedere judicatur, eandem, imo majorem, ex Karæorum scriptis, si copiosiora exstarent, exspectari posse crediderim. Non omittendum hic est, præstantiores ex Rabbanitis Karæos habuisse præceptores, quos etiam simpliciori interpretandi genere imitantur. R. *Saadia Gaon* Sæculi X. Scriptoris, cujus in Danielem commentarius in Bibliis Buxtorfianis legitur, tanta est inter Judæos auctoritas, ut *Petachias* in Itinerario suo, quod Jo. Christoph. Wagenseilius inter Exercitationes suas varii argumenti edidit, p. 178. testetur, commentarios ejus ad Judæis in Babylonia inprimis tractari. Magnam ejus inter ceteros qvoqve existimationem esse alibi propediem, si Deus annuerit, ostendam. Hic ipse vero ex Karæorum scholis prodiit, & præceptorem habuit *Schalmonem ben Jerucham*, ut noster testatur p. 115. R. *Abraham Aben Esra* non minorem sibi inter suos auctoritatem comparavit; at hic quoque præceptorem audivit Karæum R. *Japheth Levitam*, cujus frequentem mentionem in commentariis injecit, sicut & ad alios ejusdem sectæ asseclas provocat. Vide quæ notata a me sunt ad p. 110. & compara Triglandium p. 284. dissertationis. Hinc nec mireris, Aben Esram ad Karæorum exemplum literalem sensum consectari, qvo ipso eum a Karæorum methodo proxime abesse recte observavit *Richardus Simonius* in Historia Critica V. T. lib. III. c. VI. p. 17. qui

lib. I. c. 30. ipsam interpretandi rationem, iis receptam, fusius delineat. Habent ergo Rabbanitæ in his duobus Doctoribus suis, quod debeant Karæis, qvi vel ideo a Christianis requirendi & consulendi videntur, ut hoc modo rectius perspicerent, quid novi Rabbanitæ vel in ritus vel in linguam forte ipsam intulerint. Hoc consilium credo olim fuisse *Peringero*, qui Regiis auspiciis iter ad Karæos suscepit, de quo in notis ad p. 2. diximus. Nec præter rem Celeberrimus Vir, *Valent. Ernestus Læscherus* in præstantissimo commentario de Causis Linguæ Hebraicæ p. 138. auctor svasorque exstitit, ut ex eorum scriptis consarcinarentur, quæ in illis ad rem Grammaticam Hebræorum pertinentia forte occurrant. In eo tamen negotio, ut verum fatear, qvod perspicacissimus Vir l. c. itidem professus est, non multum a Karæis exspectari poterit, nisi in aliorum commentationibus plura inveniantur, quam quæ *Aaron* f. *Joseph* Karæus in Grammatica sua Hebræa, quam כליל יופי inscripsit, in medium attulit. In hac enim nihil eximii, aut, qvod Rabbanitæ ipsis invideant, deprehendi, ex recensione libelli a *Rich. Simonio* Tom. II. Biblioth. Crit. p. 201. facta, apparet. Quicquid hujus erit, ex ceteris, quæ allata sunt, non difficulter, puto, constabit, Karæos Rabbanitis palmam dubiam facere posse, præsertim si recogitetur, novitatem & recentiorem originem, quam hi illis crebro exprobrant, adeo non esse demonstratam, ut vel ex nostro hoc tractatu in contrariam sententiam pronunciari debeat. Quæ causa cum a Triglandio accurate & fuse disputata & tantum non perorata mihi videatur, strictim tantum commemorabo, qvid mihi, hæc meditanti, de tota controversia veri maxime simile visum sit.

Constat, eruditos de origine & ætate Karæorum in duas abire sententias, aliis cum *Jo. Morino* eos pro Sadducæorum reliquiis habentibus, quæ Sæculo circiter VIII. post C. N. præeunte Anane, depositis tamen ad cavendam invidiam palmariis Sadducæorum erroribus, caput extulerint; aliis vero cum Jos. Scaligero, quem Triglandius tueri aggressus est, existimantibus, eos cum Sadducæis adeo nihil habere commercii, ut iis potius antiquiores censendi sint. Posterius hoc Karæus noster ex variis & Rabbanitarum & domesticorum Scriptorum testimoniis, ipsisque temporum rationibus evicisse mihi videtur. Nec sane video causam, cur vel Morino, vel alii cuiquam, minus hoc probabile fiat. Etenim præcipuum momentum controversiæ, quæ utrumque cœtum distinguit, in eo positum est, qvod Karæi Talmudicam traditionum farraginem, a Rabbanitis cum tanto supercilio jactatam, non admittant, in solo Codice Sacro acquiescentes. Numquis igitur negare ausit, fuisse semper in Ecclesia Judaica nonnullos,

qui

qui inde ab eo tempore, qvo homines, ingenio indulgentes, nova instituta obtrudere aliis cœperunt, improbandis horum conatibus fortiter restiterint, quos tam graviter, tam aperte per Mosen damnatos esse intelligebant? Numqvis porro affirmare sustineat, non alios se traditionibus, sensim prodeuntibus, opposuisse, quam Sadducæos, & eos homines, qui hanc doctrinæ puritatem aliis erroribus, non excusandis, deturparint? Equidem neminem ita sensurum esse crediderim, cum resurrectionem mortuorum, Angelorum existentiam, aliasque hujusmodi doctrinas tam diserte & perspicue in divinioribus tabulis promulgatas esse videam, ut, qvi has bono animo inspexerint, de illis doctrinæ momentis persvasissimi esse possint, si vel maxime animum a traditionibus alienum præstent. Ad hanc posteriorem classem Karæos ego retulerim, quorum ut nomen novum esse existimo, ita sententiam antiquam, & eo statim tempore, quo traditionum architecti in medium prodierunt, defensam esse puto.

Atqve adeo triplex Epocha statuenda videtur Karaismi, prima quidem exilioris & adolescentis quasi, altera robustioris & firmati, tertia languidi & senescentis. Prima illa initium cepit cum ipsis traditionum initiis, quæ Karæi a *Simeone ben Schetach* repetunt, quod ex tractatu hoc p. 13. 87. 98. & 106. patet. Hic enim, cum *Alexander Jannæus* Sapientes omnes trucidari juberet, ad evitandum capitis periculum. Alexandriam profugus, indeque postea reversus, nova instituta suæ ætatis hominibus, tanquam a Mose per traditionem ad se delata, venditasse dicitur, cui *Jehuda ben Tabbai*, suscepta legis scriptæ causa, restiterit. Quæ quidem ita interpretor, ut tum temporis traditionum negotium in nervum jam erupisse & majori animi contentione agi tractarique censetur. Josephus enim lib. XIII. c. 9. Antiquitt. testatur, *Jonathanis*, qui *Judæ Maccabaei* frater erat, ætate tres inter Judæos hæreses, atque adeo etiam *Pharisaismum* sive traditionum studium viguisse. Jam vero *Jonathan* hic *Alexandro Jannæo*, qui centum ante C. N. annis imperio præfuit, atque adeo æquali *Alexandri Simeone ben Schetach*, quinquaginta annis fuit superior, intra qvos, si Josephi fide standum fuerit, traditionum Pandora fingi, ac magis magisque ornari cœpit, donec *Simeon ben Schetach* in eadem perficienda operam collocaret. Hæc itaqve prima fuerit Karaismi Epocha, per varia Sæcula deinde, reciprocis disputationibus continuata, quales erant cum ante natum Servatorem Sanctissimum acerrimæ, quæ in verberibus nonnunquam desinerent, inter *Hillelianos* (i. e. Traditionum patronos) & *Schammaanos* (ad qvos Karæi tanquam majores suos provocant,) contentiones, tum eodem inter ho-

mines verſante. Quemadmodum enim Phariſæi tum temporis vires ſumſerant, quod ex variis Novi Fœderis locis eluceſcit; ita non ſolum Sadducæi, peſſimis erroribus faſcinati, ſed alii qvoqve, ab his alieni, & in Scriptura interpretanda ſine leviculo traditionum præſidio occupati, illorum conſiliis repugnarunt. Atque hi ſunt, qvi in Novo Inſtrumento *γραμματεῖς* Hebraice סוֹפְרִים vocantur. Hos enim & a Phariſæis & a Sadducæis diſtingui, & utroqve cœtu meliores ipſius DOMINI noſtri ac Servatoris ſuffragio judicari, cum aliunde tum præcipue ex Luc. XI.45. ſq. apparet. Diſcrimen vero illud in eo, qvod diximus, poſitum fuiſſe, ut ſcilicet, non habita jactatæ Cabbalæ ratione, ſacras literas unice amplecterentur ab erroribus ceteroquin, quos Sadducæi mordicus defendebant, immunes, tam luculentis argumentis confeciſſe mihi videtur Triglandius p. 212. ſqq. diſſertationis de Karæis, ut cum ratione dubitatio ſuſcipi adhuc poſſe vix videatur. Quam quidem ſententiam ut ante Triglandium *Jacobus Altingius* in Tractatu de *Schilo* lib. IV. c. 8. adſtruxit, ita poſt eum amplexus eſt & iisdem argumentis adſeruit V. C. *Jac. Basnage* in Hiſtoria Judaica Tomo VI. p. 83. ſq. & Tom. I. lib. II. c. 9. p. 461. ſq. Lege etiam, qvæ de iisdem diligenter commentati ſunt ex noſtratibus Venerandus Valentinus Erneſtus Lœſcherus in laudatiſſimo commentario de Cauſis Linguæ Hebrææ p. 84. eruditiſſimus Godfridus Olearius in Obſervationibus Theologico Philologicis ad Matthæi XIII. 52. & Georgius Urſinus in Antiquitatibus Academ. Hebr. c. IX. ex Reformatis vero Frideric. Spanhemius in Dubiis Evangelic. Parte II. p. 399. ſq. Jo. Leusdenius in Philologo Hebræo mixto diſſ. XXIII. Jo. Lomeierus in diebus Genialibus Decade II. diſſert. IX. Jo. Henr. Hottingerus in Theſauro Philolog. lib. I. c. 2. p. 74. ac denique Jo. Druſius lib. II. c. 13. de Sectis. Ex his conſequitur, in ipſis Scribis hac ætate latuiſſe *Karæos*, quibus cum hac in parte ſimilia traderet Servator Sanctiſſimus a *παραδόσεσι* majorum freqventer Judæos avocans, factum eſt, ut *Orobio*, eruditus in Belgio quondam Judæus, Servatorem Karæorum ſectæ addictum fuiſſe adſereret, teſte Triglandio p. 215. diſſertationis de Karæis: quemadmodum alius Judæus Rabbanita literas, tanquam a Karæo ſcriptas, venditavit, quibus Servatoris ſibi ὁμοψήφȣ, cædes Rabbanitis imputatur & a Karæis ſolicite amovetur. Eas legere licebit in notis *Jo. Jacobi Huldrici* ad *Toldos Jeſchu* p. 82. ſq. Hæc diſſenſio de traditionibus recipiendis vel repudiandis poſtea non potuit non continuari, imo etiam augeri, præcipue, cum, quæ familiari ſermone tradita hucdum erant, inſtituta Sæculo poſt C. N. II. in literas referrentur a Jehuda Sancto, Miſchnæ collectore ac deinde ampliſſimis commentis, in Gemara conſarcinatis,

am-

amplificarentur. Unde nec mirum eſt, in Talmude quoque ipſo, quod Karæi in hoc tractatu monent, hujus controverſiæ fieri mentionem, ita tamen, ut *Traditionarii* Scripturariis ſive Karæis ſemper ſuperiores ſtatuantur. Omnis enim hiſtoriæ Judaicæ facies oſtendit, Phariſæos ſive legis Oralis propugnatores, gratia & multitudine ceteros ſuperaſſe, quam ſibi illi conciliabant cum affectatæ virtutis ſtudio, tum moribus externis ad rigorem quendam compoſitis, & quadam ingenii ſubtilitate, qva in adſtruenda traditione verſabantur, ne dicam, quod Joſephus paſſim teſtatum fecit, ipſos Principes ſectæ hujus patrocinium ſuſcepiſſe. Hoc ipſo, credo, factum eſt, ut Scripturarii ſive Karæi tanquam numero ſemper impares & gratia qvoqve apud plebem inferiores, caput vix efferre poſſent, ſed nuda contradictione contenti ſibi viverent, a Rabbanitarum dominatu ſibi metuentes, ſe felices putantes, ſi externa ſocietate non excluderentur. Quo ipſo fieri tamen non potuit, quin Rabbanitæ ſenſim præclarius de ſe ſuisqve traditionibus ſentirent, contradictionumque impatientes, Scripturarios illos, qvoad poſſent, vexarent, ſupprimerent, ad incitas redigerent, ſuoque cœtu indignos judicarent. Sic ex *Abrahami ben Dior* libro Cabbalæ p. 21. apparet, precibus Rabbanitarum effectum eſſe, ut Sæculo XII. juſſu Regis Hiſpani, Karæi tota Hiſpania ejicerentur. De his injuriis, ſæpe repetitis, conqueruntur paſſim Karæi in hoc tractatu, v. c. p. 52. 54. 59. monentes ſimul, illam animorum diſſenſionem majora indies incrementa cepiſſe, dum tandem nec amicitia ſua, nec conjugio, dignos judicarent. Inter hæc igitur, neſcio quo fortunæ caſu accidit, ut adflictas & oppreſſas Karaitarum res vindicare & reſtituere auderet *Anan* quidam filius *David* Sæculó VIII, cujus hoc nomine honorificam inter Doctores ſuos & Principes mentionem faciunt Karaitæ p. 47. & 51. ad bene iterum de doctrina & cœtu ſuo ſperandum qvaſi ſignum quoddam ab eo prælatum eſſe videntes.

Et in hoc qvidem tempus *Epocham* illam Karæorum *ſecundam* collocandam eſſe exiſtimo, cum illi vires ſuas experiri inciperent, &, qui animo fracti huc dum hoſtiles Rabbanitarum inſultus propulſare tantum conſueverant, nunc, mutata quaſi pugnæ facie, ipſos adverſarios petere & oppugnare ſuſtinerent. Propterea Sæculo ſequente, nempe IX. *Schalmon ben Jerucham* R. Saadiæ Gaon præceptor, commemoratur, qvi Karæorum de traditionibus repudiandis ſententiam carmine ſingulari contra Saadiam diſcipulum propugnaverit, qvod ipſum in Triglandii manibus MS. fuit. Vide eum p. 257. ſq. Neqve defuerunt ſequentibus Sæculis, qui Schalmonis veſtigiis inſiſterent, qvod vel inde apparet, quia Sæculo XII.

Abu

Abu Alpharag Karæus singulari scripto Rabbanitas oppugnavit, cui se opposuit *Abrah. ben Dior*, ut ipse testatur p. 21. libri Kabbalæ, sic & R. *Abraham ben Esra*, ejusdem Sæculi scriptor, Karæorum scripta passim in commentariis allegat, ne de Scriptorum Karaitiorum seriæ, in hoc tractatu exposita, dicam, qvi plures commemorat, usqve ad Sæculum XV. viventes, ex Sæculo fere XV. vix unum adfert.

Unde conjectura assequor, Epocham illam secundam Karæismi adultioris & robustioris cum Sæculo XIV. exspirasse, locumque fecisse *Epochæ tertiæ* senescentis scilicet & languidi, quæ ad nostram ætatem se extendit. Ita ut statuam, præter causam modo dictam adducit me, quod R. *Gedalja ben Jachbija* in *Schalschbeleth Hakkabbala* p. 63. a. l. 11. de quodam ex Majoribus suis R. *Gedalja ben Don David Jachbija* refert, eum scilicet, Vlyssipone profectum, CPoli consedisse, ibique, cum magna inter suos auctoritate polleret, solicitatum a Karæis fuisse, ut animos Rabbanitarum sibi conciliaret, & utrumque adeo cœtum iterum jungeret; operam vero omnem frustra fuisse collocatam apud Rabbanitas, omne Karæorum commercium aversantes. Verba ita habent: ובקשו הקראים ממנו שישתדל להכשירם ולהביאם ברעת חכמי הגמרא והפליג לעשות אמנם לא עלה לידו כי חכמי ישראל לא הסכימו. Ex his nemo non videt, jam Sæculo XV. (hoc enim ineunte vixit ille R. *Gedalja ben Don David*) Karæos CPoli, quæ magnam olim eorum copiam habuit, habitantes, adeo rebus suis diffisos esse, ut in gratiam cum Rabbanitis redire, sed frustra, conati sint. Neque meliorem hoc tempore eorumdem esse conditionem vel in Polonia vel alibi, ex ipso hoc tractatu perspicitur, p. 61. Ita habes, Benevole Lector, omnem Karæorum fortunam in compendio repræsentatam, quam vivis coloribus depictam in ipso hoc tractatu, si placet, inspicies, qui eadem fere, idoneis testimoniis firmata, sed hinc inde disjecta, animo suggeret. Equidem mihi a fusiore delineatione tempero, cui strictim ostendisse suffecerit, Karæorum sectam non novam esse, sed quod ad rem (de nomine enim non censeo esse laborandum, quamvis & illius antiqua admodum vestigia exstent) satis antiquam, & jam eo tempore natam, quo ceteri traditiones suas tanquam divinas ostentare sustinerent.

Supersunt nonnulla, de quibus Te monuisse ab hac præfatione non puto alienum. Primum de scriptis Karæorum sive editis sive manu exaratis dicam, quæ vel in Tractatu ipso vel in notis allata non sunt, deinde eos laudabo, qui hucdum de exquirenda Karæorum secta in scriptis soliciti fuerunt; denique, quid in hujus tractatus editione præstare conatus sim, brevibus

brevibus exponam. Scripta Karæorum paucissima edita exstant, inter quæ est R. *Aaronis* fil. *Josephi*, qvi dicitur הראשון sive *Prior*, כליל יופי sive Grammatica Hebraica CPoli 1581. edita. Ex ejusdem commentario in Pentateuchum, qvi *Mubchar* dicitur, Excerpta quædam in lucem protulit V. C. *Jo. Ludov. Frey* Professor Basileensis, Amstelod. 1705. 4. qvæ tamen videre huc dum mihi non licuit. Præterea editum est opus rituale *Eliæ ben Mosis Byzantini* sub titulo *Addereth Elijahu*, freqventi eruditorum allegatione inclytum, de qvo in notis fusius aliqvoties dixi. Accedit his R. *Eliezeris Poki* שער יהודה liber itidem typis exscriptus CPoli 4. de quo in notis ad p. 149. Deniqve Karæus noster p. 144. testatur, librum quendam precum a R. Aarone priore dispositum, Venetiis ante ducentos annos vulgatum esse, cujus etiam meminit Peringerus in Tenzelii Dialogis menstruis an. 1691. p. 574. Eodem in loco liber alius sub tit. מנהגי קראים i. e. *de ritibus Karæorum* prodiit, si credimus Buxtorfio in Biblioth. Rabb. p. 456. An editus ille sit, dubito, præcipue cum R. Schabtai in שפתי ישנים titulo allato nullam editionis faciat mentionem. Plura laudata ab aliis legere me non memini, quæ & ipsa adeo rara sunt, ut Buxtorfius in notis ad librum *Cosari* p. 203. nullum eorum, *Seldenus* vero de Anno Civili Hebr. p. 7. unum tantum sibi visum esse profiteatur, qvod sibi quoque usu venisse testatur Vener. *Jo. Wulferus* ad Theriacam Judaic. p. 289. In Catalogo Bibliothecæ Lugdunensis Batavæ inter libros editos Legati Warneriani p. 260. n. 20. video commemorari ספר הישר R. *Eliæ* f. *Mosis* f. Sapientis *Eliæ*, qvi ritualis sit, & CPoli regnante Sultano Solimano fol. editus. Hunc parum abest quin ad laudatum antea *Eliam ben Mosis*, auctorem libri *Addereth Elijahu*, referam, imo pro ipso hoc libro habeam, cum alibi Karaiticum hujus tituli scriptum recenseri non meminerim, præterea vero & locus, & folii forma, & argumentum, & tempus respondeant illis, quæ de *Addereth Elijahu* a me relata leges in notis ad p. 147. Forte igitur duplex ejusdem libri inscriptio in fronte occurrit. Exstant bini alii ejusdem tituli libri, sed illi a diversis Scriptoribus de argumento longe alio sunt exarati.

Libri Karæorum, manu exarati, exstant plures cum in publicis, tum in privatis quorundam Bibliothecis. Inter publicas hac quidem ex parte eminet Lugdunensis Belgarum, aucta Legato Warneriano, cujus Codd. MSS. p. 283. sqq. Catalogi illius Biblioth. recensiti, non paucos Karæorum complectuntur, quos suo loco in notis recensui. His addendus est R. *Mosis* filii *Eliæ* tractatus *de prohibitis gradibus consanguinitatis*, qui ibi p. 284. cum comm. *Jeschua* f. *Jehuda* Karæi, cujus mentio est apud nostrum p. 116. recensetur, ut dubitandum non sit, Mosen hunc itidem esse Karæum, qvamvis in præsenti tractatu non recenseatur, & forte filium celebris illius R. Eliæ

ben Mosis Byzantini. Praeterea p. 287. n. 54. ubi varii Karaeorum tractatus uno volumine juncti recensentur, inter ceteros alibi in notis laudatos, deprehendo praeter *Ritus Karaeorum*, sicut paulo ante n. 47. *Systema ordinationis* (תיקון) Caraitarum memoratur, epistolam *Salomonis*, nescio cujus, ad *Aaronem de controversiis matrimonialibus*, ut & epistolam de dissensu Cabbalistarum & Caraitarum in materia Sabbati. Cumque omnes, qui eo volumine comprehenduntur, tractatus Karaeorum sint, non dubito, *Eliæ Logicam*, de qua ibidem legitur, Karaei esse Scriptoris, & forsan *Eliæ Byzantini*. Denique p. 289. n. 63. *Constitutio rituum Karaeorum*, ut & *Ritus Mactationis* capp. 10. recensetur. Ex egregio hoc librorum apparatu selegit nonnulla ipse *Warnerus*, digna, ut puto, quae in lucem ab iis ederentur, qvibus eorum copia fieri potest. Sic p. 421. ejus expositio Pentateuchi ex MSS. Karaeorum, R. *Aaronis*, *Ieschua*, *Iapheth* &c. collecta; nec non collectanea ex libro *Escol Haccopher*, de qvo in notis fuse, item de *Karaeorum* dogmatibus, quibus dissentiunt a Rabbanitis, cum Latina versione singula, in fol. ut & alius ejus comm. in Sac. Scripturam ex libris *Karaeorum* cum ejusdem vers. item de Fide Karaeorum & praecipuis cum Rabbinis controversiis, modisque explicandi Scripturam ex mente Karaeorum in 4. singula cum Lat. interpretatione, ac deniqve p. 424. ejusdem castigationes in explicationem Scripturae Caraiticam recensentur. Quae quidem diligentius hic repetenda esse censui, cum Catalogus ille rarius occurrat, res vero ipsa ab hoc loco non sit aliena. Praeter hanc Bibliothecam Regia Parisiensis plures, Bodlejana vero Oxoniensis pauciores Karaeorum Codices complectitur. Inter privatas Goliana olim tum vero & Triglandina aliquos habuit.

Inter ceteros enim Triglandii Codd. MSS. Orientales, qvi in calce Catalogi Bibliothecae ejus p. 22. sq. enumerantur, observabis in fol. not. C. librum *Addereth Elijahu*, qvi dicitur esse commentarius plenissimus & praestantissimus de omnibus Ecclesiae Karaicae ritibus, institutis & sententiis auctore R. *Aarone* filio *Eliæ*. Enimvero manifestum hic puto esse Catalogi mendum, quem qui concinnavit, alium libro huic titulum facere debebat. Quamvis enim descriptio libri in *Addereth Elijahu*, qui itidem ritualis est, in universum cadat, auctoris tamen nomen non respondet, cum liber *Addereth* ab *Elia ben Mose* scriptus sit, non ab *Aarone* filio *Eliæ*. Mendum hoc ex eo qvoqve evincitur, qvod Triglandius librum *Addereth* saepissime ad partes vocet in dissert. de Karaeis, nunqvam vero ut MS. laudet, sed ut editum, qvia re vera typis exscriptus prostat; vicissim vero idem librum *Aaronis* f. *Eliæ* ritualem memoret ut MS. quem ex Bibliotheca Goliana redemerit: vide dissertat. de Karaeis p. 191. 264. 269. 287. 313. & junge Karaei tractatum p. 9. & 144. Jam vero inter ceteros ejus Codd. Karait. non recensentur

ſetur ullus, qui huic *Aaroni* tribuatur, ut nullo modo dubitem, pro *Addereth Elijahu* in Catalogo ſubſtituendum eſſe titulum alium, & quidem *Gan Eden*, qvo nomine ſingularem librum ab hoc Aarone exaratum de ritibus teſtatur Karæus noſter p. 145. neqve dubitat eundem eſſe, qvem poſſidere ſe Triglandius ad ipſum ſcripſerat. Taceo, deſcriptionem libri prout in Catalogo facta eſt, conſpirare cum delineatione *Gan Eden*, quam petere licet ex Cl. Schuparti Exercit. de Karæis p. 63. ſq. Cur vero in Catalogo erratum ſit, cauſam aſſecutus mihi videor, qvod ſcilicet exemplum Triglandii titulo deſtitutum fuerit, unde nuſquam ab eo niſi communi libri ritualis nomine inſignitur, ut propterea auctor Catalogi de *Addereth Elijahu* cogitarit, qvem ſæpius a Triglandio laudatum meminerat. Quod ſi igitur conjectura hæc me non fallit, emendanda ea erunt, qvæ ipſe, Catalogum ſecurius ſecutus, p. 149. nota (i) ſcripſi, ubi MS. hoc retuli ad *Eliam ben Moſe*, qvod referendum eſt ad notam (f.) Præter illum Cod. & tractatum Mardochæi noſtri, quem nunc edimus, inter MSS. qvarti ordinis occurrit Volumen, qvod varios continet Karæorum libros, nempe ספר נְעִמוֹת h. e. *librum Soavitatum*, סֵפֶר שְׁאֵלוֹת *librum quæſtionum*, quas *Abu Jacob* magnus Doctor Sapientibus hujus mundi tam in Iſraele quam inter gentes proponit; præterea opus de ritibus & ſententiis Karæorum R. *Menachem* & *Jacobi* f. *Simeonis*; ספר דינים Judiciorum librum, qvem *Briani* Karæus conſcripſit; R. *Schalmon* ſeu *Jerucham* de doctrinæ Talmudicæ varietate, *Schabtai* & Sacerdotis lib. de Inceſtu. Ejusmodi Volumen huic, ſi pauca exceperis, prorſus ſimile, occurrit inter Warneriana MSS. p. 284. Sequitur paulo poſt inter Triglandina in 4. lit. L. liber Karaiticus ex Arabica lingua translatus, qvi continet quæſtiones & reſponſiones *Jacobi ben Simeon*, defenſionem libri *Dinim*; (ita enim legendum eſt pro *Dirum*) aliasqve Caræorum & Rabbanitarum controverſias: itemqve כליל יופי ſ. Grammaticam linguæ Hebrææ Aaronis Primi. Denique in forma octavi Ordinis lit. E. memoratur תקון הקראים *Karæorum conſtitutio*, qvæ breviter complectitur omnes Karæorum opiniones Rabbanitis contrarias. His libris ſubinde uſus eſt Triglandius in diſſertatione ſua, qui qvo deinde pervenerint, explorare certo non potui. Nunciatum mihi qvidem eſt, neſcio an ex vero, eos ſi non omnes, certe aliqvos in V. C. *Jac. Henr. van Baasbuyſen*, Profeſſoris Hanovienſis, qui de his literis jampridem præclare meretur, Bibliotheca tranſiiſſe.

Inter Wagenſeilianos Codices MSS. qvi nunc in Bibliotheca Ampliſſimi Senatus Lipſienſis inveniuntur, Karaiticos nonnullos numerari vel ideo non dubito, quod Wagenſeilius olim iis in locis commoratus fuerit, in quibus Viro harum rerum ſtudioſiſſimo eorum copia fieri potuit.

Cum vero non exſtet illorum deſignatio, ſi diſceſſeris ab iis, quos eruditiſſimus *Gætzius* in Programmate, quo Bibliothecæ laudatæ uſum communem indixit, ſuccincte commemoravit, quid hic definiam, non habeo. Certius vero exploratum habeo, celeber. *Jo. Andream Danzium*, harum literarum intelligentiſſimum, inter cetera Bibliothecæ ſuæ *κειμήλια* aſſervare duos *Aaronis* f. *Eliæ* ſive Poſterioris Codices MSS. qvorum alter כתר תורה *corona Legis*, dicitur, qvi eſt commentarius in Legem, alter commentationem de ritibus & inſtitutis Karæorum exhibet ſub titulo, neſcio qvo, qvem Cl. Schupartus in Exercitatt. ſuis de Karæis non commemoravit. In harum enim calce is teſtatur, binos hos Codices ex Bibliotheca B. *Chriſtiani Andreæ Siberi*, Inſpectoris qvondam Tenſtätenſis in Danzianam tranſiiſſe. Amici qvoqve literis edoctus nuper ſum, laudatum Virum conſilium cepiſſe, utrumque ſcriptum latina civitate donatum in publicum edendi, qvod ut e re antiquitatis partim ſacræ partim Judaicæ futurum eſt, ita his deſtinatis proſperos ſucceſſus apprecamur. Deniqve in mentem venit recordari inſtructiſſimæ Bibliothecæ Rabbinicæ, quam David Oppenheimerus, Archi Synagogus Pragenſis & magnæ hodie inter ſuos auctoritatis, incredibili diligentia, nec ſumtu minori ita congeſſit, ut, ſi Iudæos audias, non temere ullus in R. Schabtai שפתי ישינים ſive Bibliotheca Rabbinica recenſeatur liber, qvem illa non exhibeat. Horum vero numerus multum augetur acceſſione tum MSS. Codicum, qvorum magna ibi eſt copia, tum illorum qvoqve, qvi intra triginta annos poſt editum R. Schabtai librum lucem viderunt. Inter MSS. illa non dubitem exſtare Karaitica monimenta, cum Oppenheimerus ex regionibus, loci intervallo disjunctiſſimis, advehi ſibi curet, quæ ad rem Judæorum literariam quocunque modo pertinent, tanto qvidem felicius, qvo majorem is habet facultatem vel præmio, vel religioſi cujusdam fulminis pœna, ſuorum hac in re ſtudium ſibi conciliandi. His enim ſubſidiis eum ad comportandam inſignem ſupellectilem, quæ Hannoveræ ſolicite adſervatur, uti ſolere, nuper admodum ex jucundiſſimis Fautoris colendi literis intellexi. Hæc habui dicenda de libris Karæorum ſive editis ſive manu exaratis.

Nunc de iis Scriptoribus ſtrictim exponam, qui vel tralatitia vel majore opera Karæorum res perſecuti ſunt. Ex Judæorum monimentis non freqvens qvidem, nec tamen prorſus nulla, injicitur Karæorum mentio, in Opere Miſchnico, & qvidem, qvod multum qvibusdam valere viſum eſt ſub diſerto קראים nomine, qvod legitur in *Megilla* c. 3. f. 24. edit. Amſtelod. Primus hoc, obſervaſſe ſibi viſus eſt *Henr. Houtingius* in not. ad Cod. ראש השנה cap. II. §. 1. p. 329. Tomi II. Miſchnæ Surenhuſianæ, neſcius, eundem locum pro antiquitate Karæorum demonſtranda a Scaligero

ro jam allatum, contra iſtum vero a Jo. Morino libro II. Exercitatt. Biblic. Exerc. VII. c. 3. p. 313. ſolicitatum eſſe, cujus deinde cauſam ex inſtituto agendam ſuſcepit Triglandius in diſſert. de Karæis p. 177. Nec deſunt loca alia in corpore Talmudico, in quibus ſub generalioribus nominibus מינים vel - - אפיקורוסים vel צדוקים Karæorum mentio fiat, qvæ tamen hoc loco cumulare nihil attinet. Præterea vero in libro *Coſari*, quem plerique Talmudi quod ad ætatem, qua res ipſa in eo deſcripta contigiſſe putatur, proximum faciunt, fuſior contra Karæos diſputatio inſtituitur, Parte III. §. 22. ſqq. p. 191. ſq. legenda. Nec in Hiſtoricis libris fruſtra eos requiras, ſpeciatimque in *Abrahami ben Dior* ספר הקבלה i. e. *libro Kabbalæ*, ex cujus partim limine, partim calce luculente intelligitur, præcipuum hujus libri ſcribendi conſilium hoc fuiſſe, ut Karæis, ſerie Doctorum ab ultimis originibus deducta, oppugnaret, & doctrinæ eorum novitatem evinceret. Vidit hoc & manifeſtum fecit *Jo. Morinus* p. 244. Exercitt. Biblic. Eundem Scriptorem *Abu Alpharagum*, novum Karæorum Sæculo XII. vindicem, ſingulari ſcripto, qvod nunc periit, adortum eſſe ſupra monuimus. Poſt hunc *Abrahamus Zacutus* in Juchaſin fol. 15. R. *David Ganz* ad an. 4515. ut & R. *Gedalius* in *Schalſcheleth Hakkabbala* Karæorum ſtrictim & obiter meminerunt. Ex Rabbinis *Maimonides* potiſſimum in comment. ad *Pirke Avoth* cap. I. (confer hunc tract. p. 19. & 172.) de iisdem commentatur, frequentius vero R. *Abraham ben Meir Aben Eſra*, præceptore, ut monuimus, Karæo uſus, eos nunc proprio קראים nunc alio nomine perſtringit; modeſtius tamen receptas illorum ſententias confutat, quam reliqvi facere conſveverunt. In ſcenam eos producit in univerſum in commentariis Biblicis, præcipue vero in commentariis ad Pentateuchum, ubi eos nunc צדוקים *Sadducæos*, v. c. ad Lev. VII. 19. nunc מכחשים i. e. *mendaces* ut Lev. XIX. 20. nunc חולקין על אבותינו h. e. *a majoribus diſſentientes* appellat. Varia *Aben Eſræ* loca huc pertinentia collegit *Jo. Juſtus Loſius* in notis ad ספר התפוח p. 62. ſqq. Invehitur qvoqve in Karæos *Lipmannus* in *Nizzachon* ſect. LXII. *Benjamin Tudelenſis* in Itinerario c. 28. edit. Conſtant. Lempereur, *Leo Mutinenſis* in libello de Statu Judæorum recentiorum, R. *Aſarias de Rubeis* in *Meor Erajim* parte III. p. 32. & *Iſaacus Abarbanel* frequentius, partim in *Nachalat Avoth*, qui eſt diffuſus in *Pirke Avoth* commentarius ad cap. I. ubi de Sadoco & Baithoſo agitur, partim in commentariis Biblicis ſpeciatimque ad Exodi XII. 1. ubi ſingulari diſſertatione Karæorum de Novilunio ſententiam confutare conatur, qvam *Houtingius* ex parte notis ad *Roſch Haſſchana* inſeruit, Buxtorfius vero integram cum Lat. verſione libro *Coſri* p. 432. ſubjunxit. Addidero his *Moſen Altaras* in libro Hiſpan. de *alimentis animæ* lib. II. p. 123. Librum ſingularem contra Karæos ex inſtituto a Rabbanitis ſcriptum

non memini, nisi illum huc referre velis, quem R. Schabbatæus in שפתי ישנים sub tit. מָגֵן אָבוֹת i. e. *clypeus Patrum* MS. laudat, qvo disputationem contra Turcas, Karæos & Christianos contineri testatur, qvod ante ipsum fecerat Buxtorfius in Bibl. Rabb. p. 453. Ex Judæis ad Christi sacra conversis *Io. Stephanus Rittangelius* in notis ad librum *Iezira* p. 31. & de Veritate Religionis Christianæ p. 88. itemque *Fridericus Albrechtus Christiani* in libro vernaculo, de Judæorum fide & superstitione p. 131. sqq. de iisdem nonnulla attulerunt.

Ex nostratibus lucem aliquam Karæorum rebus affuderunt *Io. Christophorus Wagenseilius* in notis ad Tela Ignea Satanæ, p. 595: sq. *Theodor. Hackspanius* ad *Nizzachon* p. 225. *Io. Bened. Carpzovius* in Introductione ad Theologiam Judaicam Raymundi Martini Pugioni Fidei præmissa, capite IV. toto, *Laurentius Odhelius* in Synagoga Bifronte p. 4. sq. & 53. sq. *Gustavus Peringerus* in epistola singulari, qvæ inserta est *Wilh. Ern. Tenzelii* Dialogis vernaculis an. 1691. p. 572. sq. qua occasione ipse *Tenzelius* de Karæis differit. Confer an. 1689. p. 638. sq. & 1692. p. 42. & 81. Eundem Peringerum itinerarium Karaiticum conscripsisse, ejusqve aliqvot pagellas formis expressas Wagenseilio misisse testis est *Rud. Martinus Meelfuhrerus* in Accessionibus ad *Almeloveenii* Biblioth. promissam & latentem p. 81. Præter hos de Karæis præceperunt Celeb. *Io. Franc. Buddeus* in Introductione ad Historiam Philosoph. Hebr. p. 70. *Henr. Muhlius*, Kiloniensis Theologus, in Apologia Talmudica p. 3. ubi, variis Karæorum scriptis recensitis, promittit se aliqvando specimen libri Karaitici, a docto quodam Judæo ex Bibliotheca Leidensi secum communicatum, cum aliis nonnullis Orientalibus scriptis editurum. Diligentissime in hac palæstra versatus est Rever. *Io. Gothofredus Schupartus*, nunc V. D. Minister Heilbronnensis, editis Dissertationibus aliqvot Historico-Philologicis de Secta Karæorum, quæ junctim prodierunt Jen. MDCCI. 4. In his ille Nomen, ortum, progressum doctrinas moresque Karæorum potissimum ex Codd. MSS. binis, paulo ante commemoratis, & nunc in Bibliotheca Danziana Jenæ inveniendis, persecutus est. Latuit hæc commentatio Triglandium, in hoc argumento illustrando illi proximum, qvi in dissertatione sua nusquam ejus meminit, nonnulla ceteroqvin in ea inventurus, quæ in usum suum commode convertere potuisset.

Ex *Reformatis* idem saxum volverunt *Io. Buxtorfius* uterque, Pater quidem in Lexico Talmudico-Rabbinico, p. 1199. & 2012. Filius autem tum in notis ad lib. *Cosri* p. 203. sq. tum in libro de Antiqvitate punctorum p. 300. sq. & Vindiciis Veritatis Hebr. p. 341. *Io. Drusius* & *Ios. Scaliger* de Trihæresio Judæorum passim, posterior quoque de Emendat. Temporum p. 143.

p.143.(quem primam quaſi faculam accendiſſe recte dicit Voëtius) & inepiſtolis, *Ludov. Capellus* in Critica Sacra & ejus defenſione, *Jo. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. p.40. Hiſtor. Eccleſ. Sæculo XII. p.244.ſqq. & Bibliotheca Orientali p.24. *Gisb. Voëtius* in Diſputatt. Selectis Parte II. p.96. & 143. *Petrus Cunæus* lib. III. de Republ. Hebr. c.8. *Guil. Henr. Vorſtius* ad Zemach David p.255. *Henr. Houtingius* loco ſuperius citato, *Andr. Rivetus* Tomo II. Opp. p.854. & 1010. *Frider. Spanhemius* in Elencho Hæreſium p.523. *Io. a Lent.* in Theologia Judaica p.551. ſqq. qui p.555. ſingularem de religione Karaitarum tractatum promittit, & eruditiſſimus *Adrianus Relandus*, in Antiquitatibus Hebraicis paſſim, inprimis vero p.264. & in Parte II. Differtt. Miſcellan. p.90.ſq. ubi aliqvot ſpeciminibus Karæorum cum Samaritanis conſenſum oſtendit, atque ex eo argumentum pro Karæorum antiquitate peti poſſe non immerito ſuſpicatur. Nec tacendus omnino eſt *Jo. Meiërus*, Profeſſor Hardervicenſis, cujus in hoc genere induſtria ſpectandam ſe præbuit in Prolegomenis ad Seder Olam p.185. ſqq. & utroque Tractatu de Uxore Chriſtiana & Judæorum Feſtis. Omnium vero diligentiſſime argumentum hoc excuſſit *Iacobus Triglandius* in tractatu, de qvo mox plura dicemus, in cujus veſtigiis hæſit *Iac. Basnage* in *Hiſtoria Iudaica* Tomo I. cap. IX. & X. & Tomo VI. p.92. Ex Anglis huc pertinent *Io. Seldenus* in lib. de Synedriis, de Anno Civili veterum Hebræorum cap. II. p.6. ſq. & alibi, ut & de Uxore Hebræa lib. I. cap. 3. p.7. ſq. *Io. Lightfootus* Tom. I. Opp. p.528. & Tom. II. p.148. &c. *Nic. Fullerus* in Miſcellaneis lib. II. c.3. *Guil. Saldenus* in Otiis Theolog. lib. III. Exerc. IX. *Eduardus Pocockius* in notis ad Portam Moſis, *Radulphus Cudworthus* in tractatu de genuino Sacræ Cœnæ ſcopo p.14. &c. ac *Thomas Goodwinus* in Moſe & Aarone Reizii notis illuſtrato p.14.

Ex *Pontificiis* deniqve poſt *Nic. Serarium* in Minervali lib. III. c.9. *Io. Morinus* in Antiquitatibus Eccleſiæ Orient. p.520.ſq. & ex inſtituto in Exercitt. Biblicis Exercit. VII. tota recentem Karæorum originem demonſtrare conatus eſt, cujus exemplum ſecurius, ni fallor, ſecutus eſt *Richardus Simonius* in Supplemento ad Leonem Mutinenſem de ritibus Judæorum, Hiſtoria Critica V.T. lib. I. & III. paſſim, Bibliotheca Critica Tomo II. c.10. & in Disqviſitionibus Criticis cap. XII. Accedit his *Iulius Bartoloccius*, qui interdum in Bibliotheca Rabbinica Magna, occaſione ſcriptorum Karaiticorum, de ipſis Karæis nonnulla commentatur.

Atqve hæc quidem, forte non ſine aliqvo Tuo, Lector Benevole, tædio curioſius commemoravi, eo animo, ut, ſi cui aliquando in Karæorum res accuratius inquirere lubeat, ſi non omnes, certe præcipuos norit, qvi ex uſu eſſe poſſint. Supereſt, ut paucis dicam, qvid in editione Tra-

ctatus

ctatus hujus præstare conatus sim. Interpretationem Latinam, quoad fieri potuit, Hebræo contextui accommodavi, ea tamen lege, ut Latinæ linguæ curam nec nullam, nec nimiam haberem, inprimis autem ab obscuritate mihi caverem. Notas, ubi opus fuit, ad illustrandum aut confirmandum Scriptorem retuli, interdum tamen ad detergendum, quod ex lectione nonnunquam sterili oboriri poterat, tædium in alia excurri, præcipue vero in amplificanda Scriptorum Karæorum notitia elaboravi. Triglandianam dissertationem adjungendam censui, quod ad illustrationem Tractatus Karaitici inprimis pertineret, unde & in notis sæpius ad eam remisi Lectorem; eadem vero ipsa in locis variis vicissim ex tractatu isto lucem mutuari possit, cum per instituti rationem interdum in compendium ea redigere debuerit Triglandius, quæ hic plenius enarrantur. Ab iis quoque hoc modo gratiam aliquam initurum me speravi, qui, si Trihæresii Scriptores, Drusium Scaligerum & Serarium, quibus, junctim Delphis anno cIↄ Iↄcc III. in 4. recusis, hanc dissertationem comitem dederat Triglandius, forte possideant, seorsim hanc sibi comparare nunc posse non illibenter intelligent: ne dicam, ipsum hoc Syntagma non admodum obvium esse, dissertationem vero multa antiqvitatis Sacræ capita nunc in transcursu tangere, nunc fusius perseqvi, ut, si unum alterumve doctrinæ momentum, a nostris sacris alienum, excipias, lectio ejus attentior nostratibus commendari suo quasi jure debeat. Ne tamen hic prorsus nihil agerem, præter menda hinc inde sublata, Indicem, qvo ista commentatio antea carebat, ita instruxi, ut & ad Tractatum Karæi & ad ipsam dissertationem is referretur. Numerorum notas, in summis paginis editionis prioris obvias, ad oram repetitæ hujus collocavi. Ita vale, Benevole Lector, & opellam qualemcunque benigne interpretare.

Ne quid huic tractatui deesset, initium quoque ejus, quod ob causam in notis memoratam omiseram, hic eo, quo in MS. exstat, modo censui collocandum.

יתברך האל הנצחי הקדמון׃ אשר טרם ברואתו העולם החכמת
היתה אצלו אמון׃ וכמו שממציאותו הקיימת משפיע קיום לכל העולם▭
הנושא בידו כאשכול רמון׃ כך מחכמתו אשר היא אינה זולת כ נו
משפיע למחיצות ברואיו לכל א״ כפי הכנתו כפה ואגמון׃ וכפי כח המקבלים
היה סימן החכמה במתחלף וקדמון׃ כי בנצחיים החכמה המונחלה להם
מראש ועד סוף על אופן אחר נטמן טמון׃ ובמתחלפים באישיהם מרע
השתדלותם התחלפה ונתפלגה ידיעתם כי תשתקע במפורסם ובממון׃ ובתוך
כך כמעט לא חסרה הכונה האלהית ממין האדם שהוא ידיעת האמתיות
ונהיתה לשממון׃ ער שמרוב חסדו י״ת הוקק לתקן המין האנושי והיה
זה קשה בכל ההמון׃ על כן בחר במובחר מהם והנחילם דת אמתית
בהמציא להם בתוהו ילל ישימון׃ ובהאריך הענן של השגחה ענן הסכלות
עצם את עיניהם▭ ויבעט ישורון וישמן שמן׃ ויסר את אופן מרכבותיו
השם מעליהם ויסב אופן עגלה על כמון והמם גלגל עגלתו ויפיצם במפץ
חרוץ בכל האמון״ ונפסקה הנבואה הנשפעת כטל חרמון ונתפלגה הדתם
להרבה מינים ובמקום שיאו״ן היה חרמ״ון׃ ונשאר אנוש מזער אצל
משמרת הדת האמתית נטע נעמון׃ ורובם כרו לסעפים רבים זה בכה
וזה בכה המות יהומון׃ אך יהב &c.
הקדמה׃

הקדמה׃

אך יהב חכמתא לחכימין ומנדעה לידעי בינה׃ בכל דור ובכל אומה ולשון ובכל מדינה לא השבית גואל ושואל ודורש וחוקר תבונה׃ אשר ידבנו לבו לחקור האמתיות בשכליות ובמעשיות ובהוויות אשר זאת היא תורת האדם השלם בכל ימי צבאו לאזן ולחקר עד שימצא האמת השלם כמו שהיה בשנים קדמוניות תלמי המלך המחוכם אשר נפת בנפת שכלו כל הדתות שבעולם ואספם לזקקם׃ ולא מצא בכל הדתות דת אמתית ואלהית כדת היהודים : וככר למעתיקיה בממתקים ומדברים אבל אז עדיין הדת לא היתה מחלוקת:

PRÆFATIO.

Dedit a) tamen (*Deus*) ſapientiam ſapientibus & ſcientiam peritis intellligentiæ (*Dan.* II. 21.) in omni generatione, populo omni & lingua, omni item provincia non ſuſtulit liberatorem aut quærentem, ſcrutantem & venantem ſapientiam: qui ſponte ſua animum converteret ad veritates tam theoreticas quam practicas ſcrutandas, quod eſt hominis perfecti officium, ut omnibus diebus præfiniti ſibi temporis percipiat auribus & quærat, donec inveniat veritatem perfectam. Id qvod antiquiore memoria Ptolemæo Regi ſapientiſſimo uſu venit, qui ingenii ſui cribro ventilavit quaſi omnia, quæ in mundo erant, inſtitutorum ſive religionum genera, & liquanda collegit, neque inter eas invenit ullam, qvæ verior aut divinior eſſet Judaica, ac propterea maximi fecit illius Legis interpretes, qui eleganter & diſerte eam transtulerant: quo quidem tempore illa nondum diſſenſionibus onerata erat, quas hoc tempore eam premere videmus. Nunc autem excitavit Deus animum gentium externarum, ad exquiren-

a) De induſtria omiſi partem præfationis aliquam, quia & male habita erat in MS. & ab inſtituto alienior. Initium ejus tale eſt: יתברך האל. הנצחי verborumque, quæ omiſi, ſumma hæc eſt, qvod divinum Numen ex multis gentibus uni tantum, nempe Judæis, Legem ſuam tradiderit, quam tamen & ipſi, in ſectas diſtincti, ex parte corruperint.

dam & explorandam Legem Dei veram, ut ſciant & cognoſcant, apud quem ſit veritas, & quæ ſecta ex ſectis, in quas diviſa eſt doctrina Judæorum, recte conſtituta ſit. Quemadmodum ante b) duos vel tres annos duo eruditi Viri ex regno Sveciæ juxta fluvium Dunam profecti ſunt, & pervagati Ducatum Lithuaniæ in omnibus locis, in quibus degunt Karæi, petentes, ut venderentur ipſis libri a Sapientibus noſtris ſcripti. Imo eo res deducta eſt, ut cœtus noſtros de mittendis duobus diſcipulis Sapientum in Academiam ſuam ſolicitarent, ex quorum ore placita doctrinæ Karaiticæ cum ſvavitate perciperent. Excitavit itaqve Deus animum Sapientis τοῦ πάνυ amici mei fraterni & ex eadem gente orti, Salomonis fil. Aaronis Senioris ex urbe Paſul, quæ eſt in provincia Samogitia; annis quidem juvenis, ſed ſenili ſapientia præditi, Latinæque Linguæ omnique doctrinæ generi apprime innutriti, qui abiit cum eis in urbem Regni ipſorum, ubi honore eum proſecuti ſunt & maximi fecerunt, petentes, ut compendio traderet omnia diſ-

מחלוקת: כמו שעתה בחלוקה נעתקת״ ועתה העיר ה׳ את רוח אמות נכריות לדרוש ולתור בתורת ה׳ את האמתיות״ לראות ולדעת אצל מי הוא האמרת ואיזו כתה מכתות פלוגת דת היהודים כראוי מקיימת: כמו שזה שתים או שלש שנים יצאו שנים חכמים ממלכות שוועצי״ה אשר על נהר דוו״ינה וישוטטו בדוכסייה של לי״טוא בכל המקום אשר שם הקראים דרים ויבקשו שימכרו להם מחבורי חכמינו ספרים׃ והגיע עד היכן שבקשו את קהלותינו שישלחו מאצלם שני תלמידי חכמים אל מקום מושב מדרשם לשמוע מפיהם דברי הכמת דת הקראות בנעימים: ויער ה׳ את רוח החכם הכולל אחי הוא מבני משפחתי כמ״והרר שלמה י״צו בכ״מוהרר אהרן הזקן מעיר פא׳סול מתחום זא׳מאייט רך בשנים וזקן בחכמת בקי בלשון לטין ובכל החכמות תלמודיות שהלך אצלם לעיר מלכותם

b) Fortaſſe iter illud hic innuitur, quod Carolus XI. Sveciæ Rex glorioſiſſimæ memoriæ ſuſcipere juſſit Ill. Guſtavum Peringerum, tum temporis Profeſſorem linguarum Orientalium Upſalienſem, quam rem expoſuit B. Wagenſeilius in commentatione de Spe liberandi Iſraëlis p. 25. cap. III. Temporis tamen rationes ſcrupulum injicere poterant, cum Peringeri iter anno 1690. ſuſceptum videatur, quia epiſtola ejus de Karaitarum rebus ad Ill. Jobum Ludolfum an 1691. atq; adeo itinere hoc confecto ſcripta eſt, quam in Wilh. Erneſti Tenzelii dialogis, per menſes olim editis, an. 1691. p. 572. ſq. legere licet. Cum itaq; noſter eo tempore, quo is hæc ſcribebat, nempe an. 1699. duos vel tres circiter annos effluxiſſe ſcribat; vel huic memoriæ negligentiæve vitium tribuendum fuerit, vel ſtatuendum, repetita vice ex Svecia Viros eruditos Karæos adiiſſe, de quo tamen nihil huc dum traditum legi. Ceterum laudatum Peringerum aliquot pagellas Itinerarii ſui Karaitici, qvod ab ipſo in diſſertatione quadam commemorari memini, ad Wagenſeilium miſiſſe teſtatur Mehlfurerus in Acceſſionibus ad Almeloveenii Bibliothec. promiſſam & latentem p. 81,

מלכותם ויכבדוהו ויוקירוה
ויבקשוהו שיכתוב להם בקיצו
כל המחלוקת שבין הרבנים
והקראים והוא עשה בקשתם
וחבר מאמר קצר כולל כל
המחלוקת וישלח להם׃ אבל
אני לשמע אוזן׃ שמעתי זה
הספר ובעיני לא ראיתיה
עדין׃ אבל כנראה שהשואלים
ההם עדיין לא היו יודעים עצם
המחלוקת ועל כן שאלו זה
אמנם עכשיו בהעיר ה״ את לב
החכם הכולל השר הגדול
האלוף המכוכם המאלף תורה
וחכמה במדרש המהולל שבעיר
ל״ידה ממדינת הולנ״דיאה הוא
הארון האוהב האמת ודורש
וחוקר צדק השר הטפסר היושב
בשבתי תחכמוני על כסא
החכמה וההוראה ארוני הנעלה
כבוד מעלת יעקוב טריגלאנד
חכם מפורסם בחכמי הנוצרים
ובקי בלשון הקדש בתורה
ובגמרא אשר כל יקר ראתה
עינו וכל סתום לא עממוהו
כי העמיק הרחיב העיון והחקירה
בכל החכמות וא״חכ דבקה
נפשו בתורת ה״ תמימה ובדיוק
מצותינו ובחלוקת הדת שנחלקה
לכמה כתות וישם את לבו
לתור ולדעת אצל מי הוא
האמת וצלל במעמקי מצולות
כונת

diſſenſionum momenta, quæ Rabbanitas a Karæis diſtinguunt. Explevit ille deſiderium eorum, & breve conſignavit ſcriptum, quod complectitur omnes controverſias, miſitque illis. Ego quidem ex fama auribus accepi hunc librum, oculis vero huc usque non vidi. Sed videntur illi, qui de hac re interrogarunt, tum temporis ignoraſſe controverſiam illam, ut proinde hoc petierint. Nunc etiam Deus permovit animum Sapientis eximii, Principis magni, ducis celſiſſimi, qui docet legem & Sapientiam in Academia celeberrima, quæ eſt in urbe Lugduno Batavorum. Dominus hic, veritatis amantiſſimus, & ſcrutans ac inveſtigans juſtitiam, Princeps ac præfectus, qui conſtitutus eſt cum Sapientibus in cathedra Sapientiæ & doctrinæ, Dominus illuſtris & excellentiſſimus, JACOBUS TRIGLANDIUS, Sapiens, inter Sapientes Chriſtianos celeberrimus, gnariſſimus linguæ Sanctæ, Legis & Gemaræ, cujus oculus omnia eximia vidit, quemque nihil abſconditi latet. Profunde enim penetravit, multaque attentione & ſcrutinio verſatus eſt in omni ſcientiarum genere, deinde vero animum convertit ad legem Domini perfectam, & conſiderationem præceptorum noſtrorum ac ſchiſmatis, per quod doctrina noſtra in duas ſectas diſrupta eſt. Apud animum igitur conſtituit inveſtigare & cognoſcere, a cujus partibus ſtet veritas, & altiſſime penetravit in interiorem & abſconditam rationem utriusque doctrinæ, verumque a falſo diſcernens aſſenſum præbuit illi, qui recte ambulat. Ut autem experimento ſciret, num noſtri cœtus aſſeclæ noſſent doctrinam ſuam ac tempus diſceſſionis a Rabbanitis factæ, ſcripſit anno 459. computi mino-

 ris

ris ab O. C. (i. e. A. C. 1699) ad fratres nostros cœtusque nostri asseclas & Scripturæ filios, ut tempus quo dissensio illa orta est, & causam ex illis requireret. Ex verbis autem Viri hujus interrogantis, quem diximus, apparet, quod, cum in omni scientiæ genere, eoque multo præstantiore versatus sit, hoc omne aggressus sit, eo animo, quod supra monuimus, ut eorum, qui interrogati sunt, doctrinam exploraret. Propterea cum alii Viri deessent, literis æstumatissimis una cum quæstionibus laudati Sapientis ad manus meas perlatis, minimus ego, qui lento gradu vestigia eorum sequor, an. 459. computi minoris, pro ut conditionem quæstionum Sapientis illius cœtus nostri Sapientibus, qui vicini mihi habitant, proponere potui, ita illis retuli, & petii, ut responderent ipsi. Construxerunt itaque Sapientes, quicquid in promptu ipsis fuit, & animo succurrit. Sic & ego animo lubenti investigare conatus sum, ut desiderium Sapientis explere possem, & ex singulari studio voluntati ejus respondendi, laboravi & inveni nonnulla, quoad per vires meas exiguas licuit, eademq; instar manipuli ad horreum complexus sum (*Jer.* IX, 21.) libro singulari, tandemq; in brevem dissertationem retuli, cui titulum feci *Amicus Mardochai.* Ille enim dilectus & amicus meus est, cujus incensus sum desiderio & cupiditate, qua arsit ipse, de his rebus interrogandi. Est etiam causa altera, cur libellum hunc ita inscripserim, quod scilicet duces & Doctores mei Sapientes in his Regni Poloniæ regionibus celebratissimi, iidemque loco, in quo habito, vicini, Sapiens perfectus

כונת כל׳ דת ודת ובחר האמת
מן השקר והסכים עכם אשר
ישר הולך׃ רק כדי לבחון
את אנשי עדתנו הישנם יודעים
ארת דתם ואת זמן הלוקתם
בן חרבנים כתב כתב בשנת
ת״נט ל״פק לאחינו אנשי עדתנו
בנו מקרא לשאול מהם זמן
התחלת החלוקה והסבה אשר
ברתי׃ אבל כנראה מדברי
האדון השואל הנ״ל שהוא שלם
בכל ידיעה גדולה מכוו רק
עשה זה כדי לבחון השאולים
כדלעיל״ על כן באפס אנשים
בהגיע הכתב היקר עכם
שאלות החכם ה׳נל לידי
אני הצעיר הבא בעקבות
שורות הקצרות הללו בשנת
ת״נט ל״פק אזי איך שיכולתי
להגיד את טיב שאלות החכם
לחכמי עדתי הקרובים לגליל
מושבי הגדתי ובקשתים שישיבו
אותו דבר׃ והכינו החכמים
ממה שעלה לידם ולשכלם
וכמוכן ממה שהשתדלתי
למצוא בכל אות נפשי למלא
שאלת החכם והשתוקקותי
הנפלאת לעשות רצונו יגעתי
ומצאתי עד שיד יכלתי הקצרה
מגעת ואאסוף אותם כעמיר
גרנה ואעלה אותם על ספר
ועשיתי ממנו מאמר קצר
קראתיו דוד מרדכי כי זה דודי
וזה ריעי אשר נתלהבתי לחשקו
ולתאותו שנכסף לשאול
דברים

דברים אלו: וזאת שנית סבה קרובה לקראי אותו בשם זה. כי אלופי ומורי החכמים המפורסמים שבגלילות מלכות פולין הקרובים למקום משבי החכם השלם האלהי כמה"ורר דוד בכמו"הרר שלום הזקן יע"מש המרביץ תורה ב"קק לוצקא י"צו בתחום וו'אלין· והחכם הכולל האלהי התורני והחיצוני כמו"הרר יוסף בכמ"הרר שמואל הזקן ז"צל המרביץ תורה ב"קק ה"עליץ בתחום פוכוטיא מעלתם שניהם גדולי משפחתי· דודי הם מקרבת גופנית ודודי וריעי ורבותי ומורי ואהבי ומלמדי וחביבי מאהבה רוחנית" הם הם יסודי המעלה מיסדי ומכיני התשובות הללו" ואני הצעיר משרתם מצווה על פעולתם לקשור ולענוד · אחת לאחרת אמרי חכמתם· עשיתי כאשר צווני ואשלחה להגיד לאדוני למצוא חן בעיניו" וא"עפ שאני יודע שאפש"ר שלא יסתפק אדוני עם תשובות אלו לגובה שאלותיו· אמנם ידעתי כי חן וחסד יתן אדוני אל עבדיו ולא ידחה את המאמר הזה מלפניו· כי ירצה אדוני במה שיכולנו בהיות שלא יכולנו במה שרצה אדוני עד שיערה רוח ממרום ויעזור לנו הש"ית למצוא יותר אמרי חפץ בימים הבאים ולהגיד

& Theologus, gloria Doctoris noſtri, Domini, Domini *David* fil. R. *Schalum* Senioris, qui docet legem in Synagoga Sancta *Losca* in provincia *Volbyniæ*, & Sapiens ὁ πάνυ, Theologus non minus Legis quam Philoſophiæ & externarum diſciplinarum peritus: G. D. N. D. Domini *Joſeph* fil. *Schemuel* Senioris qui docet legem in Synagoga *Halitz* quæ eſt in provincia Pocutiæ, uterque excellentes & præcipui in mea gente Viri, quod, inquã, illi ſunt patrui mei ratione cognationis, amici item & ſodales, Magiſtri, Doctores, dilecti & præceptores mei, quos amore ſpirituali proſequor. Illi, illi inquam, tanquam fundamenta excellentiæ, jecerunt fundamentum harum reſponſionum, easdemquem expolierunt. Ego vero minimus & ſervus eorum, verba hæc ſapientiæ plena colligere & in ordinem redigere juſſus, feci, quod fieri per me voluerunt, miſique ad Dominum meum nuncii inſtar, ut gratiam tuam aucuparer. Et quamvis probe ſciam, Domine, fieri poſſe, ut his reſponſionibus pro ratione quæſtionum eximiarum, non contentus ſis, certo tamen perſuaſus ſum, Dominum meum gratiam ſervis ſuis largiturum, nec diſſertationem hanc ab oculis ſuis propulſurum eſſe. Placeant igitur hæc tibi, Domine, quæ ſcribere potuimus, cum non poſſimus ea, quæ placere tibi poſſint, donec effundat ſe Spiritus ex alto, & juvet nos Deus benedictus, ut in poſterum plura, eaque magis placitura, invenire, & tibi, Domine, nunciare poſſimus. Nunc itaque accipe, Domine, hoc, quod a manu mea proficiſcitur inſtar muneris cujusdam, quod, lætum tuum vultum

tum mihi pollicitus, misi: accipe, inquam, & benevolus sis servo tuo, qui me, &, annis, & ingenio, minimum ex omnibus cœtus nostri Karaitici asseclis profiteor. Minimus ego sum & abjectus & relictus a viris (Jes. LIII. 3.) habitans in loco tenebroso, nubilo & caliginoso præ stultitia & contemtu. Fixam vero sedem habeo in urbe, quæ Lingua Russica *Crosni Ostro* appellatur, quod Hebraice dixeris *sylvam elegantem*, quam filius Regis Constantini, cujus amplitudo augeatur, hæreditatis jure possidet. Sita illa est in provincia Russiæ, cujus præcipua & regia urbs est *Lebub*, quam Germani appellant *Lemberg*, a qua urbs, quam ipse habito, inter plagam Septentrionalem & Orientalem, versus Leopolin, sita, tribus milliaribus distat. Misellus ego sum, & præ teneritudine exspirans (*Ps.* LXXXVIII. 16.) servus Sapientum promtissimus, cui in pulvere pedum eorum, qui Deum timent, volutari volupe est, contemtus in oculis eorum (*Ps.* XV. 4.) & spretus, *Mardochaus* fil. Domini Patris mei &c. *Nisan*. Distinximus igitur hanc dissertationem in duodecim capita, secundum duodecim tribus filiorum Jacobi, quorum singuli accedent & sermones suos coram Patre suo interrogante edisserent.

ולהגיד את אזן ארוני׃ ועכשיו
יקבל אדונינו זה את הבא בידי
מנחה היא שלוחה לאדוני
בסבר פנים יפים וירצה את
עבדו הקטן צעיר אנוכי לימים
ולהשגה בכל אנשי עדתי עדת
הקראים״ צעיר אני ונבזה
וחדל אישים היושב במקום
חושך ענן ערפל הסכלות
והוללות׃ הדר בעיר קראסניי
אוסטרוו בלשון רוסיא
שהמכונה בו בלשון עברי י״פי
יע״ר היא עיר אחוזת אבותיו
של בן המלך קונסטנטין י״ר ה
ותנשא מערכת מעלתו׃ בתחום
רוס״יא שעיר המלוכה של
התחום ה״נל הוא עיר לבוב
הנקרא בלשון אשכנז לעמב״ארג
ועיר מושבי הנזכר שלש
פרסאות ברוחק מעיר לבוב
צפוני מזרחי למושבו של
לבו״ב״ עני אני וגוע מנער
עבד מוכן לחכמי לב נכסף
להתאבק בעפרות רגליהם
של יראי ה״ נבזה בעיניו ונמאס
מרדכי בלא״אמו כמה״ורר ניסן
יע״מש׃ וחלקנו זה המאמר
לי״ב פרקים כנגד י״ב שבטים
בני יעקב כל בן יבא ויציע
דבורו לפני אביו השואל׃

Incipio

וזה החלי בעזר מחוללי:

פרק א' מטה ראובן

מטה ראובן שהיה בעל
תשובה הוא יכלול
בעצמו את שאלות
האב האדון שהשאלות
הן הן בעלי התשובה שאליה
ישיב המשיב עמר הבן ואמר
כן:

בעבור שהיה גדר התנאי
להיות ממין המותנה והמותנה
ממין התנאי ושמפני זה חוייב
שבהתבאר המותנה יודע לאיזה
תנאי הוא מותנה: על כן טרם
שנכתוב התשובות לשאלות
החכם נביא השאלות
ששאל בתוך כתבו למע
שיערכו התשובות מול
השאלות:

Incipio itaque auxilio conditoris mei innixus.

CAP. I.

TRIBUS RUBEN.

Qui c) pœnitentiam olim egit, idem colliget ſeorſim quæſtiones Patris & Domini, eo quod quæſtiones occaſionem faciunt, ut, qui reſpondere vult, ad illas reſpondeat. Ita igitur filius loquitur:

Quoniam ea eſt pacti ratio, ut ſit ex illis rebus de quibus paciſci poſſimus, & viciſſim illa, de quibus conveniri debet, pactum ſive conditionem requirant, atq; adeo, quando conventio proponitur, neceſſe ſit ſignificari, qua conditione pactum ſit initum; Propterea ante, quam afferamus reſponſiones ad quæſtiones Sapientis, adducemus quæſtiones ipſas, quas in ſcripto ſuo protulit, ut reſponſiones

c) Poſtquam noſter animum induxit, Jacobi filios ſingulos, tanquam reſponſionum ad quæſtiones interpretes, adhibere, unicuique eorum ea momenta expedienda dedit, inter quæ & ipſum aliqua intercedat convenientia, quæ vel ex parte rerum ab eo geſtarum, vel ex benedictione, a Moſe aut Jacobo illi impertita, repetitur. Sic per Rubenem quæſtiones omnes, ad qvas deinceps reſponderi debet, colligi voluit, eo quod is fuerit בעל תשובה qua quidem appellatione, in ſe æqui voca, ludit: תשובה enim & *pœnitentiam* & *reſponſionem* denotat. Atque hæc appellatio ex priori ſenſu a Rabbinis & Talmudicis paſſim tribui ſolet Rubeni, quem ajunt eo tempore, qvo Joſephus vendebatur Gen. XXXVII. 29. non adfuiſſe, ideo quod ob perpetratum inceſtum pœnitentiam egerit. Lege quæ R. *Salomon Iſaacides* ad l. c. obſervavit. Hoc itaque loco noſter eundem titulum Rubeni tribuit ex poſteriori ſive *reſponſionis* notione, ac propterea negotium quæſtiones ſingulas, quæ reſponſionem exſpectant, colligendi illi committit. Niſi potius dicendum videatur, alludi hic ad Joſ. XXII. v. 21. ſqq. ubi Rubenitarum, Gaditarum & dimidiæ tribus Manaſſis reſponſio ad impactum ἀποςασίας crimen commemoratur.

nes ordine & ex adverſo opponantur quæſtionibus, & primo loco ad primam, & ſic deinceps ad ceteras reſponderi poſſit. Sunt itaque ſequentes:

השאלות להשיב על ראשון ראשון ועל אחרון אחרון: ואלו הן:

Quæſtio I.

Ut eo rectius reſponſiones ad eam dandæ examinari poſſint, in quatuor partes diſtinguetur.

Pars I. de eo, an Karæi, qui hoc tempore inveniuntur, ſi iidem ſub Templo II. exſtiterint, Sadducæorum, qui reſurrectionem mortuorum negarunt, numero fuerint comprehenſi, quemadmodum d) nonnulli ex eruditis inter Chriſtianos exiſtimarunt, tandem vero, pudore adducti, ne pro hæreticis haberentur, reſurrectionem mortuorum profeſſi ſint.

Pars II. Sive an Secta Karæorum ſub Templo II. ſectam ſingularem conſtituerit?

Pars III. Sive an vera ſit Doctorum Talmudicorum ſententia, quod initium illi ceperint tempore R. Anan, qui propter principatum litem excitarit, eumque affectarit, eo vero excidens malosque amplexus mores legem ore traditam negarit, quo facto, aliisque in eandem ſententiam pertractis Karæi poſt obſignatum Talmud prodierint?

Pars IV. Quod ſi Karæi ſub Templo II. ſectam ſingularem & a reliquis diſtinctum effeciſſe dicantur, rei hujus veritatem

השאלה הראשונה כפי בחינת התשובות אליה תחלק לארבאה חלקים:

החלק ה"א אם אותם הקראים הנמצאים בזמן הזה אם הם היו בזמן בית שני היו נכללים בכת הצדוקים שכפרו בתחיית המתים כמו שסוברים קצת חכמי הנוצרים· רק לבסוף מחמת בושה שלא יחזיקו אותם לכופרים הודו בתחיית המתים׃

החלק ה"ב או הכת הקראים היו בזמן בית שני כת בפני עצמן:

החלק ה"ג או אם הוא כדעת חכמי התלמוד שהתחילו בימי ר"ענן אשר חלק על הנשיאות ורצה להיות נשיא ומפני שלא רצו למנותו נשיא יצא לתרבות רעה וכפר בתורה ש"בעפ ונמשכו אחריו אנשים הרבה ומהם יצאו הקראים וזה היה אחר חתימת הלמוד:

החלק ה"ד ואם תרצה לומר שהיו בזמן בית שני כת בפני עצמן רצוני לידע אמתת הדבר

d) Ita ſtatuunt Jo. Buxtorf. in Lexico Talmud. Rabbin. p. 2115. Jo. Henr. Hottingerus in Theſauro Philolog. p. 41. & ex noſtratibus Jo. Bened. Carpzovius in Introduct. ad Theolog. Judaic. p. 11. alii. Ex Judæis vero præter alios, a Buxtorfio allegatos, idem affirmat Leo Mutinenſis in lib. de ritibus Judæorum recentiorum p. 134. ed. Lat.

הדבר עם ראיות ברורות ובטוב טעם ודעת מתוך ספורי המעשיות אם כן הוא:

tem rationibus luculentis & idoneis ex libris historicis adstructam videre velim.

השאלה ה״ב באשר שהקרה ה״ לפני ספרי הקראים וקראתי ושלשתי ויגעתי ומצאתי אגרת אחרת מה ששלך רבי מנחם הקראי לעקילס הגר אצל רבי סעדיה הרבן על אודות הלכות שחיטה והעמיד דבריו על פי החרוז ופתיחת דבריו כן הוא: משאלך מלאנו. נגישת חפצך עשינו. רצוני לידע אם הוא עקילס המתרגם התורה בלשון יון בימי האדריאנוס מלך רומי. או אם הוא עקילס הגר אנקלוס הגר שתרגם התורה ללשון ארמי. ובאיזה אופן שתרצה להשיב לי צריך אתה להראות פני כבודך בראיות ברורות ובדברים המתישבים על הלב:

Quæstio II.

Postquam divino beneficio libros Karæorum videre mihi contigit, legi eos iterum iterumque multoque labore devorato inveni epistolam R. Menachem Karæi, qvam ad Aqvilam proselytum, apud R. Saadiam commorantem, de ritu mactandi animalia verbis, per rhythmos dispositis, scripsit. Initium carminis ita habet: *Petito tuo satisfecimus & desiderium tuum explevimus* &c. Scire itaque velim, num iste sit Aqvila, qui legem lingua Græca interpretatus est tempore Adriani Romanorum Regis; aut num Aquila ille proselytus sit Onkelos proselytus, qvi Pentateuchum Chaldaice convertit: in quamcunque sententiam responderis, necesse fuerit argumenta afferri luculenta & rationes animum convincentes.

השאלה ה״ג באשר שאנה השם לידי ספר אחר מדבר מדיני והלכות אסור והתר והלכות שבתות וימים טובים כפי מנהג ודין הקראים ופתיחת דבריו אמר אהרן בן אליהו וגו׳ יודיעני אם הוא ספר מורה אהרן הנזכר בכמה מקומות. או אם הוא ספר אחר ובאיזה זמן היה חי המחבר. ואם

Quæstio III.

Qvoniam divino beneficio in manus meas incidit liber, qui de constitutionibus circa res licitas & illicitas, Sabbata item & dies festos ex mente & ritu Karæorum exponit, cujusque hoc est initium: *Dicit Aharon filius Eliæ*, &c. scire velim, utrum is sit liber *More Aharon*, qui passim allegatur, aut ab hoc diversus? quo item tempore Scriptor iste vixerit, &

num

num instituta illa pondus adhuc habeant, & inter vos observentur?

ואם הם דינים עתיקים ומקובלים אצלכם:

Quæstio IV.

Scire velim, num exemplar Scripturæ S., Legis scilicet, Prophetarum & Hagiographorum, qvod apud vos est, idem sit cum reliquis Rabbanitarum Codicibus, ut nulla intercedat mutatio, aut num potius aliqua observetur diversitas vel circa ὕστερον πρότερον, vel circa Keri & Kethib. Certus qvoqve reddi cupio de eo, qvid statuatis de vocalibus, num illæ vel Mosis vel Esræ vel Masorethis Tiberiensibus post obsignatum Talmud, quæ nonnullorum & Judæorum & Christianorum sententia est, acceptæ ferendæ sint. Hæ sunt quæstiones præcipuæ, quas proponit Vir eruditus in epistola sua. Sequentur nunc capita distincta, quæ complectuntur responsiones ad illas quæstiones. Ad ceteras vero quæstiones, quæ in epistola sparsæ leguntur, responsiones, Domine, reperies in scripto singulari, pars vero earum his quoque capitibus comprehendetur. Accedamus itaque, divino auxilio freti, ad ipsas responsiones suis singulas quæstionibus accommodatas.

השאלה ה"ד רצוני לידע עם הנוסחא של מקרא דהיינו תורה נביאים וכתובים אצלכם הוא כמו שארי הנוסחאות של הרבנים בלי שום שנוי או אם יש איזה שנוי במוקדם ובמאוחר בקרי ובכתיב ומה שאתם סוברים מן הנקודות אם המה מימות משה או מימות עזרא או המה נמצאים מחכמי טבריא אחר חתימת התלמוד לפי דעת קצת יהודים וחכמי נוצרים: אלו הן השאלות העקריות ששאל החכם אשר יבואו אחרי זה פרקים מיוחדים כוללים תשובות אלו השאלות: ושאר שאלות החכם הכתובות בתוך הכתב תקבלנה תשובותיהם בכתב מיוחד לאדוני וקצתן תוכללנה בתוך אלו הפרקים: ועתה נבוא בעזרת האל יתב' לסדר התשובות כנגד כל שאלה ושאלה:

Cap. II.
TRIBUS SIMEONIS.

De quo dictum est: *dividam eos per Jacobum & dispergam per Israëlem* (*Gen.* XLIX, 7.) cujus proinde opida

פרק ב" מטה שמעון

אשר נאמר עליו אחלקם ביעקב ואפיצם בישראל ועיירות שבטו היו מחולק

מחולק בין נחלת יהודה ושאר
שבטים הוא יאסוף דברים
נפוצים בתוך ספרים של יהודים
רבים וחלוקים בספריהם ויביא
לאביו השואל ויאמר׃

אחרי אשר הוו הראיות
והנצוחים היוצאים מתוך דברי
איזה דת להרוס גדרים ולקעקע
יסודות עצמה ולאמן ולחזק את
פנות הדת המקביל לה הן הן
הראיות העצמיות והקיימות
והאמתיות מזולתן׃ על כן ראיתי
להקדים הראיות היוצאות מתוך
דברי בעלי תורה שבעל פה
על הוות הקראים הם זולת
הצדוקים והביתוסים מן הראיות
היוצאות מתוך דברי בעלי דת
הקראות׃ ואלו הן המקומות
אשר בדברי בעלי התורה
שב״עפ אשר מהן נוציא ראיות
למה שאמרנו׃

הרא״בד קבץ מתוך דברי
זכרוניות שבתלמוד וכמו כן
מתוך ספרי דברי הימים שונים
ועשה ספר סדר עולם׃ וכן
עשה בעל ספר יוחסין ואחריהם
ה״רמב״ם עשה. סדר קבלת
הדורות זה אחר זה בהקדמתו
לפירוש משניות׃ ואחריהם
החכם רבי גדליה אבן יחייא
קבץ מתוך דברי כלל הנזכרים
ועשה ספר שלשלת הקבלה
בשנת ש״ט לאלף הששי
ואחריהם החכם רבי דוד גאנז
קבץ וקצר מכלל הנזכרים
ועשה ספר צמח דוד בשנת
ש״לב לאלף הששי׃ וכמו כן
החכם

opida per terras Judæ & reliquarum tribuum ſparſa erant: hic colliget dicta, quæ in variis Judæorum ſcriptis hinc inde leguntur, & Patri interroganti hunc in modum ſuggeret.

Quoniam argumenta & probationes, quæ deducuntur ex illius ſectæ principiis, quæ alterius præſidia evertere & fundamentis ejus notam inurere, vicisſim vero oppoſitam doctrinam adſtruere & angulos ejus munire conatur, rationes validæ, firmæ & præ ceteris veriſſimæ ſunt; conſultum putavi, argumenta, quæ ex ſcriptis Antiſtitum Legis Oralis afferri poſſunt, ut probetur, Karæos a Sadducæis & Baithoſæis diſtinctos eſſe, præponere illis, quæ ex ſcriptis Doctorum Karæorum derivari poſſunt. Hæc itaque ſunt loca, quæ in ſcriptis Aſſeclarum Legis Oralis leguntur, ex quibus deinde pro ſententia, quam diximus, probanda argumentabimur.

R. *Abraham ben David* ex narrationibus hiſtoricis, quæ leguntur in Talmude, & ex aliis itidem commentariis hiſtoricis collegit conſarcinavitque Chronicon. Idem fecit Scriptor libri *Iuchaſin*, & poſt eos *Maimonides* ordine recenſuit generationes ſibi invicem in propaganda doctrina ſuccedentes, in præfatione ad commentarium in Miſchnam. Poſt illos eruditus R. *Gedalia Aben Iachija* ex commemoratis libris alium, quem dixit Catenam traditionis, compilavit anno 309. Millenarii ſexti. Poſt horum laborem denique R. *David Gans* ex prioribus illis conſcripſit librum, quem inſcripſit *Germen Davidis*, anno 332.

Millenarii Sexti. Ad horum exemplum eruditus R. *Asarias de Rubeis* exaravit librum sub titulo *Lumen oculorum* anno 5333. in quo varias difficultates & dissentiendi rationes adversus scripta historica antiquiora attulit operamque dedit illorum emendationi, vel librariorum errores corrigendo, vel observationes varias & animadversiones suggerendo, quorum nihil non tibi, Domine, perspectum esse puto, qui & ipsos libros in Museo tuo in promptu habebis. Cum vero certum sit & pervulgatum, quo quis recentior in hoc genere Scriptor sit, eo accuratiorem illum in subducendis temporum rationibus esse; Propterea præcipue innitemur testimoniis librorum qui dicuntur *Catena Traditionis* & *Germen Davidis*, quippe qui illis omnibus posteriores sunt. Ex illorum itaque computis argumenta in nostram causam afferemus, id quod oculis tuis, Domine, perspicies. Scilicet ex mente Scriptoris *Catenæ Cabbalæ* fol. 23. editionis Cracoviensis, & ex sententia auctoris *Zemach David* in millenario quarto traditur, quod *Antigonus Sochæus* traditionem acceperit a *Simeone Justo*, discipulo Esræ Legisperiti & Sacerdotis an. 3460. *Sadocus* vero & *Baithos* discipuli ejus hæretici & *Jose* fil. *Jæser* & *Jose* fil. *Jochanan* discipuli ejusdem recte sentientes ab eo acceperint anno 3500. *Josua* autem fil. *Perachiæ* & *Nittai Arbelita* acceperint a *Jose* illo altero nobis commemorato anno 3560. hinc *Jehuda* fil. *Tabbai* & *Simeon* fil. *Schetach* a *Josua* & *Nittai* anno 3621. Vides itaq; ex hac computi ratione, quam eruditi isti ex dictis veterum, non ex suo ingenio

החכם רבי עזריה האדומי עשה ספר מאור עינים בשנת של"ג לאלף הששי ובו הרבה להקשות קושיות על כתבי הזכרונות הראשונות ממנו וא"חכ השתדל לתקנם אם בתקון טעיות סופרים או בהגהות ונימוקים כאשר ידעתי. כי הכל גלוי וידוע לאדוני ונצמאים בבית מדרשו ·אכן דבר זה הוא ידוע ומפורסם שכל מה שהוא יותר מאוחר בחבורו הוא יותר מדוקדק בחשבונו ובתקונו· על כן נסמוך על היותר על הספר שלשלת הקבלה ועל ספר צמח דוד שהם אחרונים מכולם ונביא מחשבונותיהם ראיות כאשר עיני אדוני תחזינה מישרים: הנה לפי דעת בעל ספר שלשלת הקבלה דף כ"ג ע"א מספרו הנדפס בעיר קראקא ולפי דעת בעל ספר צמח דוד בספרו הנ"ל בתאריך אלף רביעי נראה ונגלה שאנטיגנוס איש סוכה קבל משמעון הצדיק שהיה תלמידו של עזרא הסופר הכהן בשנת ת"ס לאלף רביעי· צדוק וביתוס תלמידיו הכופרים ויוסי בן יועזר ויוסי בן יוחנן תלמידיו המאמינים קבלו ממנו בשנת ת"ק לאלף רביעי. ויהושע בן פרחיה ונתאי הארבלי קבלו מהשני יוסי הנ"ל בשנת ת"קס לאלף רביעי· ויהודה בן טבאי ושמעון בן שטח קבלו מיהושע ונתאי בשנת תר"כא לאלף הרביעי: הנה

הגדה נראה מחשבונה
אלו החכמים שהניחו מכח אמו
קדמוניהם ולא מלבם· שמזמ
קבלת צרוק וביתוס עד זמ
קבלת יהודה בן טבאי ושמע
בן שטח עברו מאה ועשרי
ואחד שנים· ונגלה ונראה לכ
משכיל שצדוק וביתוס כשיצא
למינות נשארו חביריהם יוס
האחד ויוסי השני שנמריםם
משמרת הטהורה האמונה
האמתות שהיה אנטיגנוס רבב
מאמין ומקובל מרבותיו משמע
הצדיק ובית דינו· ואחריהם
של היוסים יהושע בן פרחיו
ונתאי הארבלי קבלו ושמר
את משמרת ה׳ ותורתו בלי שונ
חדוש מינות ומחלוקת בדורם
ואחריהם מהם קבלו יהודה ב
טבאי ושמעון בן שטח לשמור
את מקבת בור מים חיים
היוצאים מתחת מפתן בית
הקדוש ובימיהם נתחדשה
המחלוקת בין המלך ובי
החכמים (כמו שנכתוב
במה שאחר זה בראיות
המובאות מדברי חכמי
הקראים) עד שהוכרחו. החכמים
לברוח מפניו ואשר לא ברח
נהרגו ושמעון בראותו שנהרג
החכמים ושחבירו יהודה בן
טבאי נתרחק ממנו סבר שלא
ישוב בית דין החכמים עו
למקומו והמציא המצאות מלבו
בהיותו נפרד מבני גילו והשקיע
בלב תלמידיו שכל מה
שהמציא מלבו או הספורים
המסופקים באמותם אשר הוא
האמין

genio attulerunt, sequi, quod inde a tempore, qvo *Zadock & Baithos* doctrinam receperunt, ad ætatem *Iudæ* fil. *Tabbai* & *Simeonis* fil. *Schetach* præter centum unus & viginti anni præterierint: nec minus patet rerum intelligenti, quod, cum *Sadocus* & *Baithos* ad hæresin deflecterent, socii eorum *Jose* primus & secundus relicti sint, doctrinamque illibatam & fidem germanam servarint, eo quod *Antigonus*, doctor eorum, recte sentiebat a præceptoribus Simeone Justo & assessoribus ejus edoctus. Post utrumque vero *Jose* *Josua* fil. *Perachiæ* & *Nittai Arbelita* receperunt, & præcepta Dei legemque ejus sua ætate ab omni mutatione, hæresi aut dissensione tuta præstiterunt. Istis autem acceptam referunt *Jehuda ben Tabbai* & *Simeon ben Schetach*, ut *foramen cisternæ* (*Ies.* 51. 1.) *aquarum viventium, quæ de limine templi sanctissimi prodeunt* (*Ezech.* 47. 1.) integrum servarent. Horum vero ætate orta fuit controversia inter Regem & Sapientes, (quemadmodum in sequentibus ex scriptis doctorum Karaiticorum tradituri sumus) donec fuga sibi consulere doctores cogerentur, illi vero, qui fugere nollent, occiderentur. *Simeon* itaque doctores interfectos, collegam vero suum *Jehudam* fil. *Tabbai* a se remotum videns, existimavit, Synedrium Sapientum nunquam pristino loco & dignitati vindicatum iri, cumque a ceteris sibi similibus separatus esset, varia ex ingenio effinxit & animis discipulorum suorum inculcavit, quod omnia, quæ vel ex ingenio vel ex incertis narrationibus commentus erat, ut his fidem faceret, dixit

xit omnes illas Mosi Magistro nostro in monte Sinai esse tradita. Cum itaque *Simeon* ex exsilio suo & *Iehuda* fil. *Tabbai* ex latebris suis restitueretur, divisa fuit doctrina duorum istorum sociorum, & in duas abiit sectas, qvoniam *Iehuda* fil. *Tabbai* non amplexus est inventa *Simeonis* fil. *Schetach*, quæ ex ingenio confinxerat. *Iehuda* itaque solus sanctum depositum, h. e. Scripturam Sacram a Divino Numine per legatum fidelem & nuncium sincerum literis traditam servavit: neque convertit se ad insolentia & stulta mendacia in Dominum suum, Dominum Deum exercituum conjecta, quod scilicet Deus Mosen, servum domus fidelem, legem oralem docuerit, cum tamen eum nunquam tradiderit, nec tradere unquam constituerit. Propterea e) nomen *cœtus Iehuda* fil. *Tabbai* abolitum & cum Karæorum nomine permutatum est, eo quod

האמין בהם שכלם הם קבלה למשה רבינו ע״ה בסיני: וכשהושב שמעון ממקום גלותו ויהודה בן טבאי שב ממקום הסתרו״ אז נתפלגה קבלתם של שני החבירים ונחלקה לשנים מפני שיהודה בן טבאי לא הורה אל ההמצאות שהמציא שמעון בן שטח ובדה מלבו· רק שמר יהודה משמרת הקדש לבד שהוא מקרא קדש הכתוב כפי הגבורה ע״י ציר נאמן השליח האמתי· ולא פנה אל רהבים ושטי כזב האומרות לאדוניהם האדון ה״ צבאות כי ה״ דבר למשה נאמן ביתו תורה שב״עפ וה״ לא דבר ולא עלתה על לבו· ועל כן נתמה שמם של סיעת יהודה בן טבאי בשם קראים שמובנו בעלי מקרא הכתובה והרשומה לא סומכים

e) Ex his verbis consequi videtur, primum hujus sectæ nomen fuisse *cœtum Jehuda ben Tabbai*, quod deinceps cum Karæorum appellatione permutatum fuerit: Ex quo etiam intelligitur, quid de Triglandii opinione habendum sit; qui p. 23. dissertationis de Karæis existimat, sectam hanc inde a primis originibus Karæorum titulo venisse, eo quod sectarum appellationes, quæ a dogmate desumuntur, soleant fere esse priores, & æquævæ dogmati suppullulanti, auctores vero initio sæpe lateant vel incerti sint. Mea quidem sententia ratio hæc nec in universum de sectis valebit, quarum plerasque ab auctoribus suis appellari Historia Ecclesiastica testatur, nec speciatim ad præsens negotium pertinebit, cum Antistes doctrinæ Karaiticæ tum temporis ignotus esse non potuerit. Ceterum de nomine קראים fusissime omnium egit Cl. Jo. Gothofr. Schupartus in dissertationibus de hac secta editis cap. I. ex quibus etiam nonnulla dijudicare licebit, quæ Triglandio l. c. de eodem commemorata sunt; v. c. quando R. Elieserem קרא׳ non appellativo sensu sed proprio quasi nomine appellatum putat, de quo aliter puto sentiendum, cum Juchasin p. 60. b. diserte testetur, R. Samuelem & R. Jochanan קרא׳ vocatos esse, quod dicta ipsorum Scripturæ loco & pretio sint habenda. Quemadmodum vero olim Karæi per contemtum dicti sunt, ita Reformatis idem tempore persecutionis Albanæ usu venisse testatur Hottingerus p. 67. *Thesauri Phil.* ubi relatum sibi ait a Viro docto, eos vocatos esse *Lectores*. Ita memini Rich. Simonium in epistolis Selectis passim v. c. ep. 30. p. 212. Protestantes Karæos vocare.

סומכים על משענת קנה רצוץ
דרש משובש: הנה בהיות
שמקבלת צדוק וביתוס עד זמן
קבלת יהודה בן טבאי ושמעון
בן שטח עברו קכ"א שנים
כדלעיל ומקבלתם עד זמן
מחלוקתם כמוכן על כל פנים
יחוייב שעברו כמה עשרות
שנים בלי ספק עד שיעלה
סך השנים בין התחלת דת צדוק
וביתוס המכוערת על התחלת
דת הקראות המפוארת קרוב
לק"נ שנים· אם כן איך יהיו
הקראים והצדוקים כת אחת
והלא הקראים יצאו מהחלק
הנשאר אצל מצבת משמרת
האמונה כנ"ל כי כבר נתבאר
כי תלמידי אנטיגנוס לשנים
חלקים צדוק וביתוס הכופרים
ויוסי ויוסי המאמינים ויהודה
ושמעון אע"פ שהיו חולקים
בין עצמם מכל מקום הם
שניהם ביחד חולקים עם
צדוק וביתוס כי הם שניהם
נמשכו מכת המאמינים שהיו
בעלי ריבם של הצדוקים
והביתוסים· הרי ראיה ברורה
שהקראים הם זולת הצדוקים·
וזו הראיה תשוה למופת טבעי:
כי מחלוקתם כמחלוקת מציאות
הטבע שנחלק לרוחני וגשמי
וגשמי לפשוט ומורכב ומורכב
לדומם וצומח וחי ומדבר·
וכמו שהצומח או החי לא יקרא
דומם או גשם פשוט או רוחני
כן הקראים לא יקראו צדוקים
ולא יחול שמם של הצדוקים
על הקראים כי הובדלו בנה
ומבדיל

quod studiosi Scripturæ literis consignatæ non innituntur fracta studii allegorici confusissimi arundine. Cum itaque a tempore, quo *Sadocus* & *Baithos* doctrinam accepit, usque ad ætatem *Juda* fil. *Tabbai* & *Simeonis* fil. *Schetach* 121. anni, ut supra monitum est, effugerint, præterea vero inter doctrinæ receptionem & dissensionem istam aliqvot annorum decades omnino & procul dubio intercedere debuerint, prodibit tandem summa annorum, qui dividunt initium sectæ *Sadoci* & *Baithosi* fœdissimæ ab initio sectæ *Karæorum* laudatissimæ eaque ad 150. circiter annos adscendet. Quod si vero ita res habet, qvomodo Karæi & Sadducæi eandem sectam constituent, & nonne potius Karæi prodiisse censendi sunt ex altero illo cœtu, in demandata puraque, quam diximus, religione persistente? Ostensum enim a nobis est, qvod discipuli Antigoni in duas dissesserint sectas, alteram *Sadoci* & *Baithosi* apostatarum, alteram *Iose* utriusque recte sentientium: quamvis vero *Iehuda* & *Simeon* a se invicem dissenserint, iidem tamen uterque omnino a *Sadoco* & *Baithoso* alieni fuerunt, quia ambo cœtum recte sentientium, qui cum Sadducæis & Baithosæis contendebant, secuti sunt. Ratio itaque hæc manifesta est, qvod Karæi a Sadducæis sint distincti: quod argumentum cum ratione quadam physica sic comparari potest. Ea enim hic datur diversitas, quæ est in Ente naturali, quod in spiritualem & corpoream essentiam distinguitur, quarum hæc est vel simplex vel composita, atqve hæc iterum vel inanimata vel vegetativa, vel vivens vel rationalis. Quemadmodum itaque vege-

vegetativum aut vivens non vocari potest inanimatum vel corpus simplex aut spirituale; ita Karæi non possunt vocari Sadducæi, neq; Sadducæorum nomen in Karæos cadit, quia pariete quasi quodam a se invicem sunt distincti. Sane rerum intelligentes demonstratam rei hujus veritatem perspicient & assequentur. Hoc itaque caput sufficiat responsionis loco ad partem primam quæstionis primæ, ad quam etiam pertinebit sequens caput III.

ומבדיל· והמשכילים יזהירו בשכלם ויבינו אמות הענין כי כן הוא. וראיית זה הפרק היא תשובה לחלק ראשון מהשאלה הראשונה ואח״כ עוד יבוא פרק שלישי. במוכן להשיב על החלק הראשון מהראשונה·

CAP. III.

TRIBUS LEVI

Adducet argumenta ex verbis filii ac nepotis sui Levitarum, quorum alter nomen Levi tanquam gentilitium fert, alter ut gentilitium habet, & eodem appellatur. Surgit itaque & ait: afferamus probationem responsionis ad quæstionis primæ partem primam ex ipsis Rabbanitarum ac duorum potissimum celebratissimorum Virorum scriptis. Alter illorum sapiens f) *Iehuda Levi*, auctor libri *Cosari* est, qui à Rege Cosari de conditione & ratione traditionis doctrinæ interrogatus, in calce tractatus tertii libri laudati ita scribit: *Post hunc fuerunt Iehuda ben Tabbai & Simeon fil. Schetach, eorumque Collegæ. Horum temporibus*

פרק ג״ מטה לוי

יביא ראיה מדברי נינו ונכדו הלוים אחר המיוחס בשם לוי והשני נקרא ומיוחס בשם לוי· ויעמד ויאמר עוד נביא ראיות לתשובת השאלה הראשונה לחלק הראשון ממנו מכח מאמרי חכמי הרבנים משני חכמים מפורסמים״ הנה החכם הר״ר יהודה הלוי ז״ל בעל ספר הכוזרי כששאלו המלך הכוזרי בעד איכות הקבלה וטעמה בסוף מאמר שלישי מספרו כתב זה לשונו: ואחריו יהודה בן טבאי ושמעון בן שטח וחביריהם ובימיהם התחלה

f) Hujus testimonio hanc in rem procul dubio usus est noster, quod sciret, magnam ejus apud Rabbanitas esse auctoritatem, sicut R. Asarias in Meor Enajim lib. 3. c. 36. affirmat, *librum ejus plenum esse benedictione Domini, circa veritatem dogmatum scitu dignorum, dignumque quem Judæi omnes in fœdere suo fideles & ipsi discant, & operam dent, ut omnes ipsorum filii & discipuli tabula cordis sui inscribant, cum hac ad monitione & præceptione*: cave tibi, ne derelinquas Levitam (allud. ad Deut. XII. 19.) Cæterum *Cosari* rectius dici, quam *Cusar* vel *Cosri* pridem monuerunt eruditi, quorum scribendi rationem sequuntur *Menasse ben Israël*, *Th. Hyde* & alii plures.

התחלה דת הקראות בעבור מה שאירע לחכמים עם ינאי המלך והיה כהן והיתה אמו חשודה וחללה כי נשבית· ורמז לו אחד מן החכמים שאמר לו ינאי המלך רב לך כתר מלכות הנח כתר כהונה לזרעו של אהרן· ויעצוהו חביריו להכאיש בחכמים ולכלותם ולהגלותם ולהמיתם ואמר להם המלך כאשר אאבד החכמים ממי נלמוד תורתי· אמרו לו הנה תורה שבכתב בכל המצות בה הרוצה יבוא וילמוד ואל תחוש לתורה שב"עפ· והגלה החכמים ובכללם את שמעון בן שטח והיה חתנו· ונתקלקלה הרבנות זמן מעט וטרחו להחזיק בתורה בשקול דעתם והקשתם ונלאו ולא יכולו· עד שהושב שמעון בן שטח ותלמידיו מאלכסנדריאה של מצרים ושבה הרבנות לאיתנה וכבר

ribus incepit Karaismus, propter aliquid, quod contigit inter Sapientes & Jannæum Regem, qui fuit Sacerdos, matremque habuit suspectam, g) *& contaminatam quia in captivitatem abducta erat. Hoc ei quidam ex Sapientibus tacite exprobrans dixit illi: Jannai Rex, sufficiat tibi corona regni, relinque coronam Sacerdotii semini Aaronis. Svaserunt itaque socii ejus ipsi, ut Sapientes vexaret, perderet, in exsilium ejiceret & occideret. His ille respondit: ubi perdidero Sapientes a quo discemus legem? Responderunt illi: ecce adest lex scripta, complectens præcepta omnia, qui voluerit, veniat & discat: neque est quod solicitus sis de lege orali. In exilium itaque ire jussit Sapientes, interque eos Simeonem fil. Schetach, generum suum. Sic Rabbinorum dignitas diminuta fuit ad tempus, conatique sunt illi vindicare legem ingenio & ratiocinationibus, sed succubuerunt labori, nec perficere potuerunt, donec Simeon fil. Schetach & discipuli ejus Alexandria ex Ægypto revocati fuerunt, atque adeo Rabbanitarum doctrina vestituta fuit.* h) *Ra-*

C *dices*

g) Locus hic in lib. Cosari Parte III. p. 240. ed. Buxtorf. exstat, qui tamen ex parte a nostro aliter effertur. Pro eo enim apud Buxtorfium legitur simpliciter: והיתה אמו חשודה שהיא חללה quod Buxtorf. vertit: *& matrem habuit suspectam, quasi ex illegitimo conjugio nata.* Quæ quidem versio minus se probavit Triglandio, quod ex diss. ejus de Karæis p. 85. sq apparet, ubi idoneas invenies rationes, quæ nostri auctoris lectione confirmantur, & augentur, ex qua scilicet intelligitur, Sapientes matrem Jannæi non illegitimorum natalium, sed potius vitii cujusdam in captivitate oblati, arguisse. Eodem modo criminationem hanc recenset Josippon lib. IV. c. 6. p. 272. ed. Cl. Breithaupti his omnino verbis: ויאמר אליו כי בשבי הלכה אמך בימי אנטיוכ׳ אפיפאנוס מלך מקד׳ והיא היתה חללה h. e. ex Breithaupti versione: *quoniam mater tua tempore Antiochi Epiphanis, Macedonia Regis, in captivitatem abducta atque contaminata fuit.*

h) Plenius Hebraica leguntur in ed. Buxtorf. p. 241. וכבר השרישו הקראין שורש h. e. *& jam radices egerunt Karai cum Viris &c.* qua ratione locum eundem legit alius Karæus, nempe *Moses Beschitzi* in lib. *Matte Elohim*, prout ex eo affert Trigland. p. 44.

dices autem egerunt cum Viris, legem oralem rejicientibus, & argumentis subtilibus sententiam confirmantibus, sicut adhuc hodie eos facere vides. Sed Sadducæi & Baithosæi sunt hæretici, & Epicuræi, negantes sæculum futurum, suntque iidem illi, contra quos i) *in precibus nostris oramus. Karæi autem de fundamentis multum laborant, in eliciendis vero consequentiis, nimis ingenio indulgent: & fieri potest, ut noxa afferatur ipsis quoque radicibus, magis quidem ex stultitia quam intentione ipsorum.* (Hucusque verba R. *Juda Levita*.) Eodem modo Sapiens k) R. *Levi* fil. *Abraham Levita* ex Sapientibus Rabbanitis in libro suo, qvem dixit *Livjat chen* oratione III. sectione XX. ubi meminit temporis festi Christianorum (Pentecostes) in eundem semper diem incidentis, loquitur: *causa, cur illi semper festum certo cuidam diei alligent, hæc est, quod phrasin:* crastina Sabbati, *de die Sabbatum proprie dictum sequente accipiunt, quemadmodum etiam eodem sensu interpretantur Sadducæi & Karæi.* (Hucusque verba R. *Levi* Levitæ.) Et sapiens ac subtilis philosophus, eximius Rabbi *Caleb* fil. *Eliæ* ex Karæis, postquam in libro suo, quem *decem Sermones* vocavit, *Serm.* IV. laudatorum Virorum verba attulit, hæc addit:

וכבר השרישו עם אנשים
שהיו דוחים בתורה שבעל פה
ומתחכמים בטענות כאשר
אתה רואה שעושים היום״ אבל
הצדוקים וביתוסים אינם כי
אם מינים ואפיקורוסים
מכחישים העולם הבא והם
המינים שאנו מתפללים
בתפלתנו׳ אך הקראים
משתדלים בשורשים מתחכמים
בתולדות׳ ואפשר שיגיע ההפסד
אל השרש מסכלותם לא בכונה
מהם (עד כאן לשון ה״רר יהודה
הלוי) וכן כתב החכם רבי לוי
בכ״הר אברהם הלוי מחכמי
הרבנים בספרו בלוית חן
במאמר שלישי בשער כ׳ ממנו
בהזכירו קבע חג הנוצרים ביום
א׳ לעולם· אמר זו היא לשונו
וטעם קבעם החג לעולם יום
אחד שהם הבינו מחרת השבת
שבת ממש וכן הבינו הצדוקים
והקראים״ (עד כאן לשון של
רבי לוי הלוי) והחכם המפולפל
והמפולסף והכולל הרב רבינו
כלב בן הר״ר אליהו מחכמי
הקראים כשהביא בספרו
בעשרה מאמרות במאמר רביעי
בהצעתו

i) Vide, quæ de plerisque his notat Buxtorf. ad lib. *Cosari* p. 242. ut & Lexic. ejus Talmudic. rad. מין & שמר nec non Vener. Jo. Wulferum in notis ad Theriacam Judaicam passim.

k) Affert & explicat locum hunc Triglandius p. 41. ubi auctorem vocat Abrah. Levi, qui dicendus potius erat R. *Levi ben Abraham Hallevi*, sicut & titulus ex *Prov.* I. 9. petitus rectius per *Livjath chen*, quam ut ille habet, per *Levijath* effertur. Ceterum idem forte hic est liber, quem R. Schabtai in שפתי ישנים MStas in Legem conciones complecti ait, tribuitque R. *Levi bar Abraham bar Chajim*. Eodem modo Scriptorem hunc appellat auctor *Schalscheleth hakkabbala* p. 59. a. quem secutus *Bartoloccius*, in eo erravit, quod librum hunc Grammaticum esse dixit, atque adeo confudit cum altero ejusdem tituli libro, qui est R. *Immanuel ben Jekuthiel*. Sed de his alias.

בהצעתו דברי אלו החכמים כנ"ל אחרי דבריהם אמר כן זה לשונו) ונראה מדברי שני אלו האנשים שהקראים זולת הצדוקים והביתוסים והנה על פי שנים עדים יקום דבר שהאחד משיח לפי תומו לבאר חכמתו והאחד מורא המלך עליו לבלתי הגיד דבר שאינו כן. ולכן אמרו שניהם אמת והודו כאשר היה הענין׳ וא"עפ שמאה מהם או אלף אנשים ואם הם חכמים יאמרו שהקראים הם הצדוקים שקר בפיהם כי הם ידברו על צד המחלוקת והקנאה ואהבת השררה והנצחון. וכל שכן להיות דבריהם מקובלים אצל הסרים למשמעתם ונחשבים לעיני בעלי ריב בני מקרא׳ יעצמו עיני שכלם והרבו כזבים ולשונם תדבר עולה. והנה אע"פ שנראה בתחלת המחשבה ובעיון הגס כפי הנראה אצל הפתאים המון העם אשר שכן ענן הקנאה והתחרות עליהם שהקראים הם הצדוקים והביתוסים ממה שכתב הרמ"בם בפירושו בפרקי אבות בפרק אנטיגנוס. איש שוכו זה)

addit: *& apparet ex verbis duorum illorum Scriptorum, quod Karæi a Sadducæis & Baithosæis sint distincti, jam vero duorum testium ore, quorum alter candide rem exposuit,* l) *alter vero à Regis ira magis sibi timuit, quam ut rem aliter, ac gesta est, edissereret. Propterea uterque verum dixerunt, &, prout res habebat, ita professi sunt.* m) *Et si vel centum imo mille etiam sapientes, dixerint, Karæos esse Sadducæos, mendacia tamen proferunt, quia partium studio & æmulatione victoriæque cupiditate ducti disputant. Quanto minus itaque verba eorum (Karæorum) recipientur ab illis, qui ad eorum (Traditionariorum) jussa se accommodant, sicut etiam nunquam a contentiosis istis hominibus pro Scripturariis habebuntur. Occludunt illi oculos mentis, multiplicant mendacia, linguaque sua injusta proferunt. Et quamvis primo intuitu & ex tralatitia consideratione, prout à simplicibus & vulgo hominum, quos scilicet æmulationis & contentionis studium vexat, judicatur, Karæos Sadducæos & Baithosæos esse, ex iis apparere possit* n) *quæ R. Moses Maimonides in commentario suo in* Capitula Patrum *ad caput, cujus hoc est initium: Antigonus Sochaus* &c. (i.e. *cap.* I. §. 3.) in hanc sententiam tradit: *Et vocantur in illis regionibus, h. e. in Ægypto Karæi, qui Sapientibus Sadducæi & Baithosæi audiunt, atque hi*

l) Ista quidem ratio apud eos nihil efficiet, qui cum R. Asaria c. XLII. Meor Enajim Jo. Morino & aliis existimant, colloquium illud non tam vere cum Rege Cosaræorum habitum, quam ab ipso *Juda Levita* ex ingenio confictum esse: qua de re in Bibliotheca, quam paro, Hebraica pluribus, si Deus annuerit, proxime dicam.

m) Affert locum hunc Triglandius p. 53. quem tamen quod ad extremam partem aliter, & nisi fallor, minus convenienter scriptoris menti accepit.

n) Ad hunc Maimonidæ locum vide Trigland. p. 15. Eum non satis recte intellexisse videtur Hottingerus in Thes. Philolog. p. 41. qui etiam in contrariam nostro Scriptori sententiam adducit.

bi sunt, qui opponere se traditioni aggressi sunt. (*Hactenus ille.*) *Nihilominus idem* (*Maimonides*) *re accuratius considerata, & procul habito zelo ac odio, Karæos a Sadducæis & Baithosæis distinctos habuit. Quando enim ait: & vocantur in illis regionibus Karai, id sibi vult, quod vulgo ita fuerint appellati sensu improprio & tralatitio, quia discrimen non fecerunt inter utrumque cœtum, sed absolute communia jusserunt esse harum sectarum nomina, ut Sadducæi dicerentur Karæi, hi vero vicissim Sadducæi, donec vulgus Karæos, qui in Ægypto erant, ex Sadducæis ortos existimaret, cum tamen Sapientioribus & veritatis magis gnaris, Sadducæi & Baithosæi alia essent secta, & ejusmodi quidem hæretici, qui dissentirent a cæteris in lege scripta interpretanda, quanto magis in recipienda traditione, cujus nullum est in Lege præsidium. Quod ipsum innuunt verba ejus: Illi sunt, qui traditioni se opponere aggressi sunt, quia ipsorum ætate non fuit traditio repugnans legi scriptæ, eique adversa, & cujus nullum esset in ea præsidium, sicut commemoravimus in præfatione generali; sed exstitit tantũ expositio, quam Sapientes in Lege suscipiebant ex constitutionibus sepimentis & modis certis, quorũ in ipsa lege scripta indicium exstabat; tantum abest ut* o) *dextram sinistram &.*

(וזה לשונו) ויקראו באלה הארצות ר"ל בארץ מצרים קראים ושמותם אצל החכמים צדוקים וביתוסים והם אשר התחילו להשיב על הקבלה" עד כאן) הנה אחרי העיון האמתי בסור הקנאה והשנאה גם לפי דעתו הקראים הם זולת הצדוקים והביתוסים· כי תבין אמרו (ויקראו באלו הארצות קראים) רצונו שנקראו כן אצל המון העם על צד ההשאלה או ההעתקה כי הם לא שמו הפרש ביניהם אלא החליטו שם כל כת על הכת האחרת וקראו לצדוקים קראים ולקראים צדוקים עד שחשבו המון העם שהקראים הנמצאים במצרים הם מן הצדוקים· אמנם אצל החכמים שיודעים האמת נקראו צדוקים וביתוסים הכתות האחרות שהם המינים שחלקו על פירוש דברי התורה הכתובה· כל שכן בדברי הקבלה שאין לה סיוע מן התורה· וזהו אמרו (והם אשר התחילו להשיב על הקבלה) כי בימיהם לא היתה הקבלה סותרת למה שכתוב בתורה או הפכית או שאין לה סיוע משם כמו שזכרנו בפתיחה הכוללת· כי אם פירוש שהיו החכמים מפרשים התורה על גדרות וסייגים ותקנה שהיו עושים לכלם היה רמז תוריי כתוב"

o) Alludit noster ad pervulgatum Rabbanitarum oraculum, quo Doctoribus suis tam cœcam haberi fidem volunt, ut si dextram sinistræ, sinistram dextræ nomine appellent, de assertione eorum dubitatio non sit suscipienda. Ita enim præcipiunt R *Sal. Isaacides* & R. Bechai ad Deut. XVII, 11. confer B. Jo Frischmuthi diss. ad illum locum, Theod. Hackspan. Tract. de Usu librorum Rabbin. p. 288. sq. & Jo. Andr. Eisenmengeri Judaismum detectum Part. I. p. 331.

כתוב׳ לא שיאמרו על ימין שמאל ועל שמאול ימין׃ צדוק וביתוס התחילו להשיב אפילו על זה שכל ישראל היו מודים בדבר זה״ת (עד כאן דברי רבינו כלב בן אליהו) עוד החכם רבינו כלב הנ״ל במקום הנזכר מספרו הנ״ל אומר׃ ואלה הכתות ר״ל צדוקים וביתוסים לדעתנו ולדעת אחינו הרבנים הם אפיקורוסים ומינים מכחישים העולם הבא שהוא שרש הדת והאמונה והם הנזכרים בספרים דת צדוקיה דת ביתוסיה׃ ואמר הרב רבינו יהודה הדסי האבל בספרו באשכול הכופר בדבור לא יהיה בא״לפא בית״א צ״ז וצ״ח שהצדוקים ואם הם מבני ישראל כבר הכחישו דברים שבאו בתורה כי נטו בסברות כוזבות שבא מופת על הפכם או סותרם שהם אסרו הגירושי׃ גם ימנו חדשיהם כלם משלשים יום ולא

& sinistram dextram dicerent. Sadocus vero & Baithos initium faciebant contradicendi etiam illis, in quibus Israëlitæ omnes consentiebant. Hucusque verba R. Caleb ben Eliæ. Idem Sapiens Doctor noster *Caleb* loco ex laudato libro commemorato ita ait: *Atque istæ sectæ* (h. e. *Sadducæi* & *Baithosæi*) *secundum nostram & fratrum nostrorum Rabbanitarum sententiam* p) *Epicuræi sunt & heretici, negantes sæculum futurum, quod est dogma legis & fidei fundamentale. Hi ipsi in libris sectæ Sadducæorum & Baithosæorum appellantur. Sic* q) *Rab Doctor noster Jebuda Haddassi Haebel in libro, Eschcol copher, præcepto I. alphabeto 76. & 77. monet, quod Sadducæi, quamvis fuerint ex filiis Israël, abnegarunt tamen res, quæ exstant in Lege, & falsissima persuasione animos inducebant, ac si miraculum quoddam fieri deberet, ad se vel convertendos vel confutandos in eo, quod vetarent repudia. Menses etiam suos omnes ita numerabant, ut triginta omnino diebus absolverentur. Neque Pascha & octavum diem Azereth unquam celebrabant die Sabbati, sed die profesto.*

p) Communissima hæc sunt hæreticorum apud Judæos nomina, quorum prius nempe אפיקורוסים eos omnes generatim, qui non sunt Israëlitæ, speciatim vero, legem Dei impugnantes denotat, ut monet R. Isaac ben Abraham in *Chissuck Emuna* p. 9. ed. Wagenseil. Plura de hac voce tradunt Wagenseil ad Tela Ignea Satanæ p. 119. Jo. Mayerus not. ad *Seder Olam* p. 249. & Jo. Gothofr. Schupartus de Karæis p. 9 Sensu specialissimo Christianos Epicuræos & Minim ab iis appellari, luculenter contra Salom. Zevi, qui id in Theriaca Judaica c. II. §. 15. negaverat, evicit Vener. Wulferus in suis ad illum animadversionibus p. 107. sq. Adde Celeb. Jo. Andr. Danzii diss. de Sacr. Judæorum νομοφυλ. §. 20. Bartoloccium Tomo III. p. 365. Bibl. Rabbin. Jac. Altingium de Schilo IV. 26. & Eisenmengerum in Judaismo detecto Part I. p. 691. De origine vero & notione vocis מין erudite & fuse commentatus est Guil. Guisius ad Berach. IX. 5. & Cl. Georgius Eliezer Edzardus, Collega conjunctissimus in exquisitis notis ad cap. II. *Avoda Sara* p. 253-263.

q) Locum hunc adducit Frigland. p. 46 Notabilis autem est, cum ob alia vix alibi invenienda, tum quod Sadducæos inter Anthropomorphitas refert, quod ab aliis tradi non memini. Fuisse tamen inter Judæos olim, qui ita statuerent, vel ex Justini dialogo cum Tryphone apparet, imo inter Karæos hanc opinionem radices quondam egisse, ex sequentibus patebit.

sto. Tribuebant etiam similitudinem corporis Creatori, (utinam eos Deus ex terra viventium eradicet, Sela, Ps. LII, 7.) & præter hac alia mala dogmata & ementitos fidei articulos afferebant, quemadmodum commemorat de iis & narrat r) *David ben Meduaz al Mikmatz in nonnullis libris suis. Quamvis itaque* s) *Baithosæi multas res de lege inficiantur, iidem tamen non assentiuntur sententiis, quæ traduntur a secta Sadducæorum. Nihilominus tamen utrique statuunt optime & præclare, quod festum Pentecostes non nisi die primo celebrari debeat, quæ etiam sententia est assectarum Scripturæ, super quos sit pax. Qui igitur ait, Karæos esse Sadducæos & Baithosæos, non loquitur recta, quia ex sententia nostra illi hæretici sunt & Epicuræi,* t) *Enim vero quoniam nos, Scri-*

ולא יעשו הפסח ויום שמיני עצרת ביום השבת כי אם ביום חול· גם יתנו דמות לבורא שזה ישריש מארץ חיים סלה· וזולת זה מהדעות הרעות והאמונות הכוזבות כאשר הזכיר והגיד עליהם דוד בן מרואץ אל מקמץ במקצת ספריו: ואמנם הביתוסים א"עפ שהכחישו דברים רבים מן התורה עם כל זה לא האמינו בדעות המגונות בדת הצדוקים· ועם זה האמינו שניהם בדעת הברור שמועד חג השבועות לא יהיה אלא ביום ראשון כדעת בעלי מקרא עליהם השלום׃ ולכן מי שאמר שהקראים

r) Hujus Scriptoris mentionem alibi me legisse non recordor.

s) Baithosæos itaque a Sadducæis manifeste distinguit, quod etiam alibi in hac commentatione fieri videbis rectius certe, quam plerique inter Judæos & Christianos faciunt, qui pro iisdem habent. Distinguendos autem esse monuit R. Gedalias in *Schalschelèth hakkabbala* p. 104 qui duas sectas esse & Sadducæos longe pejores imo prorsus infideles diserte affirmat, sicut R. Asarias in Meor Enajim lib. III. p. 32. qui Baithosæos ceteroquin pro Essæis habet, negat se ullibi legisse, Baithosæos negare mortuorum resurrectionem. Compara in hanc rem Jo. Drusium de Sectis lib. III. c. III. & IV. & Theodor. Hackspan. Syllogen p. 15. sq.

t) Locum hanc affert Trigland. p. 52. sq. qui ibidem quatuor causas edisserit, cur Karæi Sadducæorum nomine sint vocati. His & ea commode addi potest, quod omni memoria Judæis familiarissimum fuerit, sectas diversissimas secum invicem confundere, quemadmodum Sadducæos cum Samaritanis miscuerunt, castigati ideo a Jo. Morino Exercit. Bibl. p. 308. & Hottingero Exerc. Anti Morin. Sect. 14. cum tamen Samaritani palmarium Sadducæorum errorem, qui ad negatam resurrectionem pertinet, abominentur, id quod contra Leontium Act. II. de Sectis & Origenem comm. in Matth. manifeste probatur ex Chronico Samaritanorum, in quo resurrectio *unum ac præcipuum ex religionis fundamentis* diserte appellatur. Vide Abrah. Echellensis præf. ad supplem. Hist. Or. p. 145. & Humfr. Hody in tr. Anglic. de vindicata ejusdem corporis resurrectione ac eruditissimũ Adr. Relandum Parte II. diss. Miscell. qui Samaritanos hac in parte egregie vindicant. Sic magis mireris, Baithosæos cum Essæis eosdem habitos esse a R. Asaria in Meor Enajim lib. III. p. 33. & Menasse ben Israel lib. I. de resurr. c. 6 quos confutarunt B. Carpzov. in Introduct. ad Theol. Judaic. c. III. § 4. & Lehmannus in notis ad *Pirke Avoth* p. 36. sq.

שהקראים הם הצדוקים והביתוסים לא דבר נכונה כי לדעתנו הם מינים ואפיקורוסים" אמנם מפני שאנו בעלי מקרא מכחישים הקבלה שהודו בה אחינו הרבנים שאין לה סיוע מן התורה שעליה נאמר ה" דבר וה" לא דבר׃ והם ר"ל הצדוקים והביתוסים עם הכחשתם דברים רבים מן התורה ושרשי האמונה הכחישו גם זה׃ שהוא דבר משותף בינינו לבינם׃ החליטו עלינו שמם וקראונו צדוקים וביתוסים" עוד שכבר הצדוקים והביתוסים הודו באמונת יום חג השבועות כמונו שהוא אחד מגדולי המחלוקות שבינינו לבינם שהם אומרים מחרת שבת מחרת יום טוב שלא כתורתו י"ת ולא עלינו תלונתם כי על ה"׃ ואין ראוי להחליט שם ולכנותו בדבר שאינו בו מצד השאלה או העתקה׃ כי כמה אנשים וכמה כתות יצאו חוץ מקצת דרכי התורה ושמם לא יחול עליהם זולתם׃ הלא תראה כת השומרונים שאינם מאמינים אלא בתורת משה רבינו ע"ה ויהושע

Scripturæ aſſeclæ, inficiamur Kabbalam, quam amplectuntur fratres noſtri Rabbanitæ, ideo quod nullum ejus eſt in lege præſidium, & de ea dicitur: (Ezech. XIII. 7.) Deus locutus eſt; quamvis is non ſit locutus; illi autem, h. e. Sadducæi & Baithoſæi inter ceteras res multas, quas de Lege & fundamentis fidei negant, etiam hanc (traditionem) mendacii arguunt, in qua re proinde nobis cum illis convenit; hinc factum eſt, ut illi nomen eorum in nos ſimpliciter devolverint, vocantes nos Sadducæos & Baithoſæos. Præterea jam Sadducæi & Baithoſæi de die celebrandi Feſti Pentecoſtes idem nobiſcum profeſſi ſunt, id quod ex præcipuis diſſenſionis noſtræ ab illis capitibus eſt, quia ipſi craſtina Sabbati (Lev. 23, 15.) *interpretantur de craſtinis diei Feſti quod non eſt ſecundum Legem Dei Benedicti:* proinde *illi non contra nos ſed contra Deum murmurant.* (*Exod.* XVI. 8.) *Neque fas eſt, nomen abſolute & ſimpliciter imponere, & tribuere cuiquam, ab ea re, quæ in illo non eſt, niſi per translationem & accommodationem. Multi enim viri & multæ ſectæ a nonnullis legis inſtitutis recedunt, quarum tamen nomen non cadit in alias ab iis diſtinctas. Nonne vides ſectam Samaritanorum, qui non niſi Legem Moſis Magiſtri noſtri, ſuper quem ſit pax,* u) *& librum Ioſuæ ſervi ejus, ſuper quem ſit pax, amplectuntur, offerre oblationes & ſacrificia in hunc usque diem ſine ſanctuario, & No-*

u) Per librum Joſuæ, credo, intellexit noſter non, qui illius nomine in Codice Sacro occurrit, quem, ſi a Pentateucho diſceſſeris, totum rejiciunt, ſed eum, quem Samaritani Joſuæ falſo tribuunt, quique alias Chronici Samaritani nomine appellatur, de quo ex MS. Biblioth. Lugdun. fuſe expoſuit Jo. Henr. Hottingerus tum in Exercitationibus Anti Morinian. p. 64. ſq. tum in Enneade diſſertationum, noviſſime vero Celeber. Jo. Alb. Fabricius, idemque Collega conjunctiſſimus in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 876. ſqq. Cur autem Samaritani libros ſacros præter Pentateuchum omnes non receperint, idoneam mihi reddidiſſe cauſam viſus eſt eruditiſſimus Pet. Allixius in Obſervationibus ſuis in lib. V. & N. T. Parte I. p. 17. ſq.

Novilunii festum celebrant secundum institutionem Ieroboami fil. Nebath? x) *Sic nota est secta Gaarja & secta Karija, secta Obadiæ Ascenani, Ismael Al Acbaari, secta Mosis Al Saphrini & doctrina Meschui Haachbari aliaque sectæ plures, quæ in populo Israelitico ortæ sunt, & mutarunt Legem, perverterunt instituta ac fœdus æternum irritum reddiderunt, prout eas commemorat R. Iehuda Haebel in libro laudato. Et quomodo fieri potest, ut Zadocus & Baithos fuerint capita populi nostri, nostrique duces, cum tamen in libris nostris non commemorentur? Num dicet opus conditori suo, non fecit me, & fictile dicet figulo, non intelligit,* (*Ies.*29, 16.) *Obmutescant labia mendacia quæ loquuntur contra justum duriter.* (*Ps.* XXXI. 19.) *Imo quod plus valet, sapientes nostri, super quos sit pax, in versum illum: prehendite nobis vulpes, vulpes parvas, perdentes vineas* (*Cantic.* II. 15.) *observant, quod Salomo, super quem sit pax, hoc commate alluserit ad Zadoc* & *Baithos, & illorum sequaces, qui corruperint & perverterint legem, & obscurarint splendorem ac pulchritudinem ejus.* (Hucusque verba R. *Caleb* in libro suo laudato.) Et cum his finem huic capiti imponemus.

ויהושע משרתו ע"ה לברי והם מקריבים קרבנות ועולות עד היום בלי מקדש וחרשיתם על פי תקון ירבעם בן נבט׃ וכת דת גאריה וכת דת קרעיית וכת דת עובדיה האסכנני וכת ישמעאל אל עכבארי וכת משוי אל זאפרינו ודת משוי העכברי ושאר כתות אחרות שקמו בישראל והחליפו תורות וחלפו חקים והפרו ברית עולם׃ כמו שהזכירן הרב רבי יהודה האבל בספרו ה"נל׃ וכי היתכן להיות צדוק וביתוס ראשי עמנו ומנהיגנו ולא היו נזכרים בספרינו היאמר מעשה לע ושהו לא עשני ויצר אמר ליוצרו לא הבין׃ תאלמנה שפתי שקר הדוברות על צדיק עתק׃ וגדול מזה חכמינו עליהם השלום אמרו בפסוק אחזו לנו שועלים שועלים קטנים מחבלים כרמים שרמז שלמה המלך ע"ה בזה הפסוק על צדוק וביתוס ומי שנמשך אחריהם שחבלו והשחיתו התורה והשחירו זהרה ויופיה (עד כאן דברי רבינו כלב בספרו ה"נל) ובכאן נשלים הפרק׃

CAP. IV.

TRIBUS JUDÆ.

Qui superior fuit fratribus suis, afferet demonstrationem ceteris omnibus præstantiorem & dicet:

פרק ד" מטה יהודה

אשר גבר באחיו יביא ראיה אשר גברה על כל הראיות ויאמר׃ גלוי וידוע

x) Notabilis omnino locus est, qui de specialibus quibusdam sectis inter Judæos recentiori memoria exortis, strictim exponit, quas alibi non memini commemorari.

וידוע לכל גלוי עינים השכלים המדייקים בדברי חכמינו ז״ל כי חז״ל האחרונים אע״פ שהם טוענים על הקודמים מהם במה שנראת להם שדעתם נכון מדעת מי שקדמום· מכל מקום לא כחדו ולא כחשו את הקדמונים שלהם ולא בושו להתכנות בשמותם״ וראיה גדולה לכך ממה שתלמידי רבינו ענן שפירש מה שפירש במצות מליקת עוף ובאו תלמידיו אחריו ולא ישרה בעיניהם דעת רבם· וטענו כנגד רבם בטענות מבטלות דעת רבם: ולא בושו בכך התלמידים מלהגיד· האמת· אלא אדרבא פרסמוהו ולא כחדוהו תחת לשונם· רק בהדיא כתבו בספריהם· כמו שזה גלוי לכל המעיין בספריהם· ואע״פ שהתנגדו כנגד הרב מכל מקום לא נתביישו מלהתכנות בשם רבינו ענן ומלהקרא בשם סיעתו· וכמו כן ראיה מחכמינו הקדמונים הנקראים בעלי הרכוב שקראו מאמר איש איש אל כל שאר בשרו לא תקרבו לגלות ערוה כפשוטו· והיו אוסרים כל הגופים שנמצא בהם ריח משפחה ויצאו מהקש להקש עד לאין תכלית· עד שברוחק גדול היה נמצא בדורותם שנים גופים שיהיו מותרים

dicet: cognitum & perſpectum eſt omnibus, quibus oculi mentis aperti & in ſcripta ſapientum noſtrorum intenti ſunt, qvod ſapientes noſtri p. m. ætate poſteriores, quamvis illi confutare ſoleant antiquiores in illis momentis, de quibus rectius illis ſentire ſibi videantur, nullo tamen modo majores ſuos diſſimularunt vel abnegarunt, neque nominibus ipſorum appellari, pudore ducti renuerunt. Illuſtre hujus rei argumentum eſt, quod fecerunt diſcipuli Doctoris noſtri *Anan*, quibus cum interpretatio præcepti de diſcerpendo per unguem avis capite minus recta videretur, argumentis, ſententiam Doctoris ſui refellentibus, eum oppugnarunt, neque pudore prohiberi ſe paſſi ſunt, qvo minus veritatem proderent, ſed propalarunt eam potius, nec lingua ſua texerunt, ſed potius in libris ſuis aperte profeſſi ſunt, id quod cuicunque, qui ſcripta eorum inſpexerit, conſtat. Quamvis itaque diſceſſerint a Doctore ſuo omnino, pudori tamen ſibi non duxerunt ab eo appellari, aut ad cœtum ipſius referri. y) Simile exemplum afferri poteſt de majoribus noſtris antiquioribus, qui vocabantur *inventores compoſitionis*. Hi enim præceptum (*Lev.* XVIII. 6.) *Nemo quis quam ad ullam propinquam carnis ſuæ appropinquet, ad retegendam nuditatem*, ſecundum literam accipiebant, adeoque pro illicito habebant conjugium perſonarum, inter quas vel minima intercedebat

y) Hæc & ſequentia hinc repetiit & explicavit Triglandius p. 42. ſqq. Rem vero ipſam, & quam ſoliciti Karæi fuerint in computandis conjugii gradibus licitis & illicitis, fuſiſſime expoſuerunt Jo. Seldenus de Uxore Hebr. Jo. Meyerus in Uxore Chriſtiana & Triglandius p. 135. ſq.

מותרים לינשא אחד לחבירו׃
עד שמסבה זו נתמעטו בלי פריה
ורביה׃ עד שקמו החכם רבינו
יוסף הרואה ותלמידיו וחכמי
דורו ושברו מלתעותיהם של
הקודמים מהם והעמידו את סדר
העריות על חמשה ומהם על
ששה עקרים לבד והתירו הרבה
צפיהם וחברו ספרים והביאו
ראיות כאריות לבטל דיעות
הקודמים מהם וכתבום בפרהסיא
ולא בושו להורות שהם
המרכבים בני עדתנו וחכמינו
אלא טענו כנגדם ובטלו דעתם״
כך אם היו הצדוקים קדמוני
אמתנו וראשית אמונתנו והיו
כופרים בתחיית המתים או
מקעקעים קצת מיסודות התורה
למה היו האחרונים בושים או
יראים לפרסם שכלות
קדמוניהם׃ הלא זה היה להם
אדרבה לתפארת ולכבוד ששבו
מסכלות לחכמה ומהעדר ידיעת
לקנין אמתי ונכון״ וכמו כן
בענין המלאכים והשכינה
השורה

bat cognatio,& ex una consequentia alteram in infinitum deducebant, donec vix duæ personæ eorum ætate invenirentur, quas conjugium contrahere fas erat; quo ipso effectum est, ut ad paucitatem redigerentur, sublata omni generatione & multiplicatione. Donec tandem exoriretur sapiens Rabbi noster z) *Ioseph Videns*, cum discipulis suis & illius ætatis sapientibus, qui amoliti a se sunt hallucinationes decessorum, rationemque graduum prohibitorum a) quinque tantum ac deinde sex regulis comprehendentes multos gradus licitos pronunciarunt, librisque conscriptis adduxerunt rationes, sententiis decessorum suorum refutandis idoneas. Has autem illi publice exposuerunt, nec pudori sibi duxerunt, profiteri, quod illi, qui vocabantur מרכבים (*conjungentes*,) fuerint filii cœtus nostri, & sapientes nostri, sed oppugnarunt potius eos, & institutam eorum abrogarunt. Eodem modo, si Sadducæi majores populi nostri & auctores religionis nostræ fuissent, itidemque resurrectionem mortuorum negassent, aut alios articulos Legis fundamentales sustulissent, quare posteri eorum aut pudore aut timore prohiberi se passi fuissent, quo minus majorum suorum imperitiam in lucem

z) In quantum hic Josephus a majorum placitis hac in parte discesserit, fusius exponit Seldenus Uxore Hebr. lib. I. c. IV. p. 12. sq. Eum R. Moses Beschitzi in loco quodam, in ipso hoc scripto alibi allato, vocat המאור הגדול sive lumen magnum. Hic Josephus discipulum habuit R. Jeschua ben Jehuda, qui idem argumentum singulari libro tractavit, in nonnullis tamen a præceptore discedens, sed paucissimos sectatores nactus; vide Seldenum l. c. p. 9. & 19. Ceterum idem, quod noster hic refert, jam ante testatum reliquit Postellus in Alphabeto XII. linguarum: *Ditissimum*, inquit, *hominum genus* (Karæi) *sed usque adeo ceteris invisum, ut bona pars virginum illorum, quia per affinitatem & paucitatem non sibi satis sunt innupta maneat.*

a) Octo canonas, ex quibus gradus conjugii æstimari debeant, affert Trigland. p. 138. ex R. Eliæ Byzantini Addereth Elijahu p. 97. qvod mirum nemini videbitur, qui novit, Eliam hunc cum R. Aarone Jeschuæ ben Jehuda sectatores fuisse, quod Seldenus p. 19. ostendit.

השורה במשכן ובבית קדש הקדשים סברו קדמוני חכמינו שהם מתלבשים בגשם ומתנוצצים לעינים הגשמיים לזכי הנפש· מה שכן האמינו גם חכמי הרבנים׃ אבל באו חכמינו האחרונים כגון החכם רבינו אהרן בעל המבחר והחכם רבינו אהרן בעל כתר תורה והרסו דעתם ואמרו כי המלאך אי אפשר שיראה לעינים הגשמיים כי הוא רוחני ואין לו מחיצת הגשם· וכמו כן השכינה אינה אחד ממלאכי הכבוד היושבים ראשונה במלכות· כי אי אפשר לרוחני שיתקומם במרום ושיוגבל ברחקים ובגדרים· רק היא השגחת השי״ת העצומה והנפלאה׃ כי האל המרומם על

lucem proferrent? Nonne illud potius gloriæ eorum & laudi inserviisset, quod stultitiam cum sapientia & ignorantiam cum possessione veri certique permutassent? Ita etiam de Angelis & de Schechina habitante in tabernaculo & in Sancto Sanctorum majores & Sapientes nostri statuerunt, quod b) corpore fuerint induti, & oculis corporeis hominum, anima purorum, instar scintillæ visi sint. Idem hoc crediderunt etiam Sapientes Rabbanitarum. Nostri vero Sapientes posteriorum sæculorum, v. c. Sapiens Doctor noster *Aaron* auctor libri, qui dicitur *Selectus* & Sapiens Doctor noster *Aaron* auctor libri, *corona legis*, surrexerunt, & destructa eorum sententia dixerunt, fieri non posse, ut angelus oculis corporeis videatur, quia Spiritualis essentiæ est, neque tegumento corporeo instructus. Similiter *Schechina* non est c) ex numero Angelorum gloriæ, qui primum in regno locum tuentur, quia fieri non potest, ut essentia spiritualis constringatur loco quodam aut circumscribatur quantitate certa & limitibus. Sed illa est d) providentia Dei benedicti

b) Angelos materiales credidisse Judæos vel ex eo intelligitur, qvod alios eorum ex igne, alios ex aqua productos existimarunt, adducti loco Ps. CIV. 4. sed minus recte intellecto, quo hanc in rem abutitur R. Menachem Rekanatensis in Pentat. f. 362. col. 1. provocans simul ad Medrasch Ruth: adde Jalkut chadasch f. 115. Ipsa Judæorum ac speciatim Cabbalistarum materiam Angelis tribuentium loca nolo hic cumulare, quæ legere licet apud Bartoloccium in Biblioth. Rabbin. Tom. I. p. 256. sq. & Celeber. Jo. Franc. Buddeum in Introd. ad Philos. Hebræorum p. 316. sqq.

c) Quam varias Hebræi constituant Angelorum classes, ex eorum scriptis exposuerunt Bartoloccius l. c. Tom. I. p. 267. Hoornbeck. de convincend. Judæis lib. IV. c. 1. Christian. Gerson in Talmude Judæorum Part. I. c. 7. sq. & Joh. Andr. Eisenmenger. in Judaismo detecto Part. II. c. 7.

d) Dum noster Schechinam de providentia Dei in universum interpretatur, consentit cum iis, qui in Bava Batra f. 25. a. Schechinam ubiqve locorum esse arbitrantur. Loco enim allegato dicitur: הושעיה סבר שכינה בכל מקום h. e. R. *Hoschaja existimavit Schechinam esse ubique* &c. provocaturq; simul ad Nehem. IX. 6. sicut R. Ismael eodem in

על כל ברכה ותהלה או אחר מעבדיו והקדושים העליונים אין מחיצתם להתטפל למחיצה חגשמית הזאת לבא לדור בתוכו· רק מצד היותו ית״ב בורא הכל ויודע הכל ומשגיח בכללים ובפרטים מחלק השגחתו לכל חלקי הנמצא כפי הכנת המקבלים· ובעמו ישראל היתה השגחתו עצומה וקרובה מכל ברואי העולם השפל כמו שנאמר ואתכם לקח ה׳ וגו׳ וישראל שבט נחלתו כבקרת רועה עדרו ושאר הכתובים· אבל מה שספרה התורה ירידתו י״ת והראותו והעלותו ודבורו עם הנביאים· וכן ביאת המלאך ועפפותו

dicti potens & mirabilis. Certe nec Deus, omni benedictione & laude superior, nec quisquam ex ministris ejus sanctis, illisque superioribus, is est, ut cum tegumento qvodam corporeo compingi in unum, inque eo commorari posset, sed, qvoniam est Deus benedictus, & conditor omnium, sciens omnia, & prospiciens e) rebus omnibus, tam in genere, quam in individuo, impertitur providentiam suam omnibus rebus, quæ existunt, pro diversa recipientium conditione. Sic f) in populum ejus Israël providentia ejus efficacissima fuit & præsentissima præ ceteris omnibus inferioris mundi creaturis, sicut dictum est (*Deut.* IV. 20.) *& vos assumsit Deus* &c. & (*Jer.* X. 16.)

loco idem sentiens ad Zachar. II. 7. se recipit. Alias sensu specialiori Schechinam a Iudæis accipi pro speciali & gratiosa Dei præsentia idoneis testimoniis probarunt Coccejus ad Sanhedrin. p. 157. n. 4. Io. Christoph. Wagenseilius ad Sotam p. 83. sq. & Theodor. Hackspanius de Usu librorum Rabbinic. p. 373. sqq. qui tamen postremus præter rationem negat, per eandem unquam unam SS. Trinitatis personam distincte significari. Specialissime enim de secunda & tertia persona usurpari evicerunt Io. Gregorius Anglus in eruditis suis ad N. F. observatt. c. XXXI. Campegius Vitringa lib. I. Observatt. Sacrar. c. IV. & Pet. Allixius in Testimonio veteris Ecclesiæ Iudaicæ contra Unitarios cap. X. p. 120. sqq.

e) Quod noster Dei providentiam ad omnia extendit, in eo a communi Judæorum sententia non recedit; vide Laur. Odhelii Synagog. Bifrontem p. 116. sqq. ubi ostenditur, Maimonidi Part. III. More Nevochim c. 17. providentiam divinam limitibus quasi circumscribenti ceteros contradixisse.

f) Specialis hujus præsentiæ specialia loca, in quibus se exseruit, quatuor recensent Judæi in Sevachim fol. 118. b. ubi dicunt: בארבעה מקומות שרתה להן שכינה לישראל בשילה בנוב ובגבעון ובבית עולמים: h. e. *in quatuor locis Schechina adfuit Judæis: in Schilo, in Nob, Gibeone & in Templo Salomonis.* De hac speciali cura interpretanda etiam puto verba R. Menachem Rekanatensis in Pentat. f. 61. col. 4. ubi observat Schechinam, per Rahelem significatam, habitare inter Israelitas, non vero inter gentes. Adde Cod. Berachoth fol. 7. col. Quod quidem eo minus mirum est, cum iidem se omnium gentium præstantissimam profiteantur, ob quam ipse quoque mundus sit conditus: vide Lib. Cosri Part II. §. 36. & R. Jeschaja ben Abraham in שני לוחות הברית p. 145. col. 3.

ועופפותו ודמות המלאכים
המשונים אחד מרעהו· וכמוכן
מה שראה יחזקאל הכבוד שיצא
מבית עולמית או שלא יכלו
הכהנים לעמוד לשרת מפני ענן
הכבוד הכל הוא משל לירידת
ההשגחה הנפלאה והעצומת
או להסתלקותה וא"עפ שסתרו
האחרונים את דעת הראשונים
מכל מקום לא כחדו האחרונים
שהם קדמונינו והכמינו" כך
אלו היו גם הצדוקים קדמונינו
ומניחי דתנו היו חכמינו
האחרונים זוכרים אותם לטובת
ומורים שהם קדמונינו בלי
שום בושה וכלמה" הלא אבינו
אברהם היה בן תרח עובד
צלמים· ולמה לא בוש ולא
נכלם לקרא בשם ה'· עם
שבזה היה עושה חרפה גדולה
לאביו ולכל משפחתו· ומכל
מקום אמר אם לא אל בית
אבי ואל משפחתי תלך"
מה שבודאן במדתו של אברהם
אבינו ע"ה היו תומכים הכמינו
ע"ה והיו מורים על האמת·
ומחסת זה לא היו בושים
מלהודות

16.) *Israel virga hereditatis ejus*, *&* (*Ezech.* XXXIV. 12.) *sicut inquirit pastor gregem suum* &c. Quod autem narrat lex de descensu Dei benedicti, apparitione adscensione & locutione cum Prophetis, ut & de adventatione Angeli ejusque volatu & similitudine corporea Angelorum, a se invicem distinctorum, sicut & de eo, qvod Ezechiel vidit gloriam qvæ prodiit ex sanctuario, aut qvod non potuerunt Sacerdotes consistere in ministerio suo coram nube gloriæ: illud, inquam, omne metaphorice de descensione providentiæ mirabilis & efficacissimæ, aut de recessione ejus effertur. Quamvis itaque recentiores (*Karæi*) huic antiquiorum sententiæ se opposuerint, nequaquam tamen iidem dissimularunt, qvod illi fuerint majores aut Sapientes nostri. Pari modo, si Sadducæi etiam fuissent majores nostri, & doctrinæ nostræ auctores, certe Sapientes nostri recentioris ætatis eorum honorificam fecissent mentionem, & sine pudore aut rubore eos inter majores suos aperte numerassent. Nonne Pater noster Abraham filius erat Tharæ g) idololatræ? Quare igitur non puduit eum, neque erubuit invocare nomen Dei, cum tamen hoc modo magno probro afficeret Patrem suum & totam suam familiam & nihilominus tamen diceret (*Gen.* XXIV. 38.) *nisi ad domum Patris mei & familiam meam proficiscaris* &c. Quos igitur mores hic aperte probavit Abraham pater noster, p. m. eosdem induerunt sapientes nostri, super quos sit pax, & de veritate testati sunt, ac vel ideo non erubue-

g) Tharam non idololatram solum sed idolorum quoque fictorem fuisse tradunt Judæi in Schalscheleth hakkabbala p. 8. unde repetit Wagenseilius in not. ad Sota p. 192. Vide etiam Jo. Henr. Hottingeri Smegma Orient. c. VIII. p. 280. sqq. Thom. Stanlejum in Histor. Philos Orient. lib. III. c. 2. p. 348. & inprimis Jo. Ovvenum in Theologumenis p. 222. lib. 3. c. 9. qui eum ab idololatrias suspicione liberare conatur.

מלהודות מי הם הקדמונים שלהם״ בכן בהיות שלא נמצא בשום אחד מספרי חכמינו זכרון הצדוקים שיהיו קדמונינו אלא אדרבה ח״זל מזכירים את זכרונם של צדוק וביתוס לרעה ולחרפה וגדופה ולשמצה מרוע דעתם וקלקול אמונתם· כמו שהרבה הרב הגדול רבינו יהודה האבל בעל ספר אשכול הכפר לגלות ערותם ולפרסם קלקול אמונתם וכיעור השגתם״ וכן עשו גם כל חכמינו כמו הקדמונים כן האחרונים כמו שראית בפרק שעבר״ הנה זו היא הראיה הגדולה שאין אנחנו הקראים מכת הצדוקים ושלא היו הם קדמונינו אבל הם זולת עדתנו״ ובזה די למשכיל מורה על האמת הערה׳ ובכאן נשלמו התשובות לחלק הראשון מהשאלה הראשונה:

buerunt profiteri, qvinam fuerint majores ſui. Cum itaque in nullo Sapientum noſtrorum ſcripto mentio inveniatur Sadducæorum, ac ſi illi majores noſtri fuerint, imo vero Sapientes noſtri p. m. minus honorifice Sadoci & Baithoſi meminerint, ut omnino in opprobrium, contumeliam & exploſionem illorum ob impietatem ſententiarum & contemtum doctrinæ eorum vergeret; id quod fuſe explicavit Rab magnus, Doctor noſter *Jehuda Haebel*, ſcriptor libri *Eſcol Haccopher*, ut nuditatem eorum retegeret, & vanitatem doctrinæ eorum turpitudinemque opinionum redderet manifeſtas, cujus exemplum ſecuti ſunt etiam omnes noſtri Sapientes, tam veteres quam recentiores, quemadmodum capite antecedente vidiſti: certe ex hac demonſtratione luculente apparet, nos, h) Karæos non eſſe ex ſecta Sadducæorum ortos, neque eos majores noſtros fuiſſe, ſed potius a noſtro cœtu ſejunctos. Atque hæc ſufficere poſſunt rerum intelligenti, qui veritati aſſenſum præbere vult. Hoc modo abſolutæ ſunt reſponſiones ad partem primam quæſtionis primæ pertinentes.

CAP.

h) Karæos non eſſe ex ſecta Sadducæorum ortos, oſtenderunt ex Chriſtianis Joſ. Scaliger, quamvis aliter olim ſenſiſſet, in Elencho Trihæreſii c. II. quem eum fere hoc nomine riſiſſet Jo. Morinus in Exercitt. Biblicis, vindicias ejus & veritatis ipſius ſuſcepit Jac. Triglandius in c. V. diſſertationis ſuæ. Conf. J. G. Schupartum cap. II. §. 6. ſqq. diſſ. de eodem argumento. Neque cauſam habuit Hottingerus, cur p. 41. Theſauri Philolog. affirmaret, ſententiam hanc nullis ſuffultam eſſe rationibus, a qua Maimonidem etiam & Abarbanelem comment. in Pirke Avoth alienum eſſe idem præter rationem cenſuit. Maimonidæ enim locum pro ſe facere oſtendit noſter in ſuperioribus: Abarbanelem vero Karæos a Sadducæis ſeparaſſe ipſe quoque R. Aſarias in Imre Bina c. 3. diſerte affirmat. Pro eadem ſententia propugnavit etiam Henr. Houtingius in not. ad Cod. Roſch Haſſchana cap. II. §. 1. qui ſe inter cetera argumenta Judæi, præceptoris ſui, Davidis Sarfati Pinnæ auctoritate tuetur. Denique iidem ipſi, qui Karæos a Sadducæis olim ortos putant, ab iisdem tamen nunc omnino diſtinguendos eſſe profitentur.

CAP. V.

פרק ה׳ מטה יששכר׃

TRIBUS JISSACHAR

שהודה יושב אהלים יביא דברי חכמים שונים שהיו יושבי אהלים מביאי דברי יושבי אהלים שקדמו מהם׃ ויעמד ויאמר לפני האדון אביו השואל דברי יושבי אהלים ויענה ככה׳ ועתה נבוא להשיבך האדון המעולה על החלק השני מהשאלה הראשונה. ונאמר הנה החכם רבי עזריה האדומי מהרבנים בספרו הנזכר בחלק שלישי ממנו הנקרא אמרי בינה פרק שלישי דף ל״ב ע״א וע״ב כתב רז״ל כי יוסיפון בספרו הי״ג לרומיים

Quæ habitavit tentoria, (*Deut.* 33. 18.) afferet dicta Sapientū diversorū, qui habitarunt tentoria, & attulerunt verba habitantium in tentoriis, qui ipsis vixerunt priores. Stabit itaque & coram Domino interrogante verba habitantium tentoria proferet, atque sequentem in modum respondebit. Procedamus nunc, Domine præstantissime, ad partem primæ quæstionis posteriorem expediendam, atque ita dicamus: Ecce Sapiens *R. Asarias de Rubeis* ex Rabbanitis in libri sui laudati parte III. quæ vocatur *Imre bina*, cap. III. fol. 32. col. 1. & 2. hunc in modum scribit. *Josephus libro XIII. quem* i) *Romanis scripsit, cap. IX.* & in

i) R. Asarias & alii Judæi Josephi libros ita distingvunt, ut alios ליהודים sive Iudæis, alios לרומיים sive Romanis scriptos esse dicant, priori appellatione commentationem Hebraicam, quæ Iosippi nomen præ se fert, posteriori vero libros Græce a Iosepho exaratos intelligentes. Quæ quidem allegandi ratio ex Iosephi Gorionidæ distinctione repetenda videtur, quippe qui lib. IV. c. 16. p. 310 ed. Cl. Breithaupti cum libros de rebus Iudæorum gestis scriptos periisse monuisset, addit: וכתבתים בספרי לישראל וגם בספרי הגדול אשר כתבתי לזקני רומה h. e. *has res in libro meo in gratiam & utilitatem gentis Israëliticæ conscripsi, idem etiam propositum servavi in magno illo libro meo, quem Senatui Romano scripsi.* Adde eruditam V. C. *Jo. Gagnerii* præfationem ad suam Pseudo Gorionidæ editionem p. 9. Ceterum in locis Iosephi a R. Asaria hic allatis, quæ leguntur in edit. Lips. fol. Græco-Lat. p. 442. p. 454. p 616. & p. 788. de Trihæresio Iudæorum nunc fusius nunc brevius agitur; de tempore vero, quo ortæ illæ hæreses sunt, nihil monetur diserte, quod tamen ex tota narrationis serie assequi possumus. Sic speciatim lib. XVIII. c. II. pag. 6, 7. huic rei inservit, Cum enim

& in calce cap. XVIII. ut & libro XVIII. c. 2. nec non libro II. de Bello Judaico cap. VII. scribit, qvod Sapientes Judæorum jam sub Templo II. centum annis ante excidium ejus, in tres sectas, *Pharisæorum* scilicet, *Sadducæorum* & *Essæorum* divisi fuerint. Idem R. Asarias laudatus scribit, qvod in nonnullis locis, qvos citavimus, Josephus quartam sectam memoret, quæ sit *Judæ Gaulonitæ*, ex Galilæa oriundi, cujus mentio fiat apud Christianos in fine k) capitis V. Actuum Apostolicorum, qui adstruxerit sententias Pharisæorum, sed cum hoc additamento, non esse suscipiendum ullum jugum regni terreni, sed tantum regni cœlestis. Propterea etiam omnes ejus asseclæ se ipsos exponebant nunc morti, nunc exitio & omni generi calamitatum, ne jugum ullius Regis aut Dominatoris, qui in terra sit, suscipere deberent. Idem Josephus in limine libri l) de Vita sua me-

לרומיים פרק ט״ גם בסוף פרק י״ח ממנו וכן ספר י״ח פרק ב״׳ ובשני מן המלחמות פרק ז״ כתב שחכמי היהודים מזמן תעך לפנים בזמן בית שני ממאות שנים קודם חרבנו היו חלוקים לשלש כתות׳ פרושים צדוקים ואיסיאי׳ ואמר ר׳ עזריה הנ״ל שגם הנ״ל בקצת מקומותיו אלה שכתבנו זכר יוסיפון כת רביעית היא כת יהודה הנבלני מארץ הגליל הנזכר אצל הנוצרים סוף פרק חמישי מפעולות שלוחיהם אשר היה מחזיק בדיעות הפרושים׳ אך עם התוספת הזה׳ שאין לקבל על שום מלכות בעולם כי אם מלכות שמים׳ ולזה היו כל הנמשכים אחריו מפקירין את עצמם הן למות הן לשרושי ולכל ענוי נפש לבל ישאו בעול שרם

Iosephus rebellionem, a Iuda Galilæo motam, cap. 1. commemorasset, idem hac occasione ad Trihæresium delatus cap. II. ita pergit: Ἰουδαίοις φιλοσοφίαι τρεῖς ἦσαν ἐκ τοῦ πάνυ ἀρχαίου τῶν πατρίων &c.

k) Vid. Act. V. 37. ubi Iudæ Galilæi rebellio commemoratur: hunc enim a Iuda Gaulonita Iosephi non esse diversum vel ex eo constat, quod ipse Iosephus utroque eum nomine appellat, *Gaulonitam* vocans XVIII. 1. Antiquitt. *Galilæum* vero lib. II. c. 12. de Bello Iud. ideo scilicet, quod Gaulonitis regio esset Galilææ. Lege præter Interpretes Isaacum Casaubonum in Exercitatt. Anti-Baronian. II. n. 57. & Frideric. Spanhemium in Dubiis Evangelicis Parte II. p. 118. Iosephi locus, quem R. Asarias innuit, legitur lib. XVIII. Antiquitt. cap. I. p. 616. ed. Lipsiensis ubi cum commemorasset, Iudam Gaulonitam, adscito in societatem Pharisæo quodam *Sadduco*, populos ad defectionem solicitasse, addit p. 617. binos illos Viros hoc modo super tres pristinas sectas novam quartam induxisse. Præter rem vero ita statuisse Iosephum, & factionem Politicam cum schismate Theologico confudisse, jam pridem alii monuerunt.

l) Vide Iosephum p. 999. ed. Lips. ubi ita: πυθόμενός τινα Βανοῦν ὄνομα κατὰ τὴν ἐρημίαν διατρίβειν, ἐσθῆτι μὲν ἀπὸ δένδρων χρώμενον, τροφὴν δὲ τὴν αὐτομάτως φυομένην προσφερόμενον, ψυχρῷ δὲ ὕδατι τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα πολλάκις λουόμενον πρὸς ἁγνείαν, ζηλωτὴς ἐγενόμην αὐτοῦ &c.

meminit sectæ alterius, quæ arida deserti loca incoleret, & herbas amaras cum stirpibus decerperet, quibus ad vestitum & victum uterentur. Monet ipsum, nonnunquam aliquos ex Sadducæis m) in Synedrio numeratos esse, quod ipsum appareat ex calce Megillath Taanith & capite, quod incipit *Jesch Nochelin*, (i.e. cap. 8. *Bava Bathra*) similibusq; aliis. Præterea (Asarias) capite laudato p. 32. ait, quod antiquus quidam Scriptor Christianus cui nomen Epiphanii, in libro suo contra hæreticos exarato n) sect. XIV. scribat, esse sectam inter Judæos, cujus auctor non fuerit Zadocus ille, collega Baithosi, sed cœtum effecisse unum hominum, qui coierint & se ipsos hoc nomine, nempe Sadducæorum, appellarint, tanquam qui justitiam sectentur. Hucusque ille. Insuper capite memorato R. *de Rubeis* fere sub calcem in hanc sententiam scribit: *Et ecce, si librum Cosri evolvas, tractatu III invenies, quod distinguat inter Karæos & duas sectas illas Sadducæorum & Baithosæorum, quando ait, quod doctrina Karaitica inceperit tempore Simeonis ben Schetach, propter id, quod accidit sapientibus a Jannæo Rege, & quod Sadducæi ac Baithosæi jam tempore Antigoni adeoque longo tempore ante orti sint. Sic & Princeps Don*

שום מלך ושליט אשר יהיה בארץ׳ והוא יוסיפון זכר כמו כן בראש ספר תולדותיו כת אחרת השוכנת חררים במדבר וקוטפים למחיתם ולבושם מלוח עלי שיח׳ ואמר כי לפעמים היו מן הצדוקים נמנין בסנהדרין כנראה גם כן סוף מגלת תענית ופרק יש נוחלין וכמה דכותיה״ עוד בפרק הנ״ל בע״ב מדף ל״ב אמר״ שקדמון אחד מן הנוצרים נקרא איפיפאניו בספרו נגד המינים סדר י״ד כתב כי יש כתה ביהודים שלא היה ראשיתם צדוק ההוא חבירו של ביתוס׳ רק עדה אחת אשר נועדו ותארו את עצמם ככה ר״ל צדוקים כרודפי צדק״ עד כאן״ עוד בפרק הנ״ל כתב האדומי קרוב לסוף הפרק זה לשונו׳ והנה כי תבקש לכוזרי מאמר ג״ תמצא שהוא מבדיל בין הקראים לשתי כתות האלה צדוקים וביתוסים באמרו כי דת הקראות הוחלה בימי שמעון בן שטח בעבור מה שאירע לחכמים עם ינאי המלך ושהצדוקים והביתוסים כבר החלו

E	*Isaac*

m) In Synedrio locum olim habuisse Sadducæos ex Josepho etiam apparet Lib. XX. c. 8. Antiquitt. & lib. XVIII. c. 2. p. 617. Hoc & aliis argumentis adductus *Humfredus Hody* in eleganti commentatione, qua resurectionem ejusdem corporis adstruxit, p. 89. seqq. affirmat, Sadducæos ante Servatoris nostri ætatem pro hæreticis non esse habitos.

n) Legitur hic locus Epiphanii in edit. Coloniensi p. 31. his omnino verbis: Πρῶτοι Σαδδουκαῖοι ἀπόσπασμα ὄντες ἀπὸ Δοσιθέου τοῦ προλελεγμένου· ἐπονομάζουσι δὲ οὗτοι ἑαυτοὺς Σαδδουκαίους δῆθεν ἀπὸ δικαιοσύνης τῆς ἐπικλήσεως ὁρμωμένης. Σεδὲκ γὰρ ἑρμηνεύεται δικαιοσύνη. Non repetam hic, quæ ad hunc Epiphanii locum Viri eruditi ac inprimis Trihæresii Scriptores attulerunt.

Isaac Abarbanel in ejus sententiā abit in commentario in Capitula Patrum ad Mischnam: Iehosua ben Perachja. (i.e. c. I. §. 6.) Huc usq; ille. Ibidem porro ita scribit: *Et sane verba Sapientum nostrorum p. m. quæ leguntur Tract. Kiddu-schin* cap. III. *ubi factum Jannai recensetur, inclinant in sententiam laudati libri Cosri modo memoratam. Neque sane postquam vidimus, utramque illam sectam unam esse & conspirare in rejicienda traditione, necesse non est, ut discrimen, quod nullum est, quæramus.* Hucusque ille. Sic quod ad sectam Judæ Gaulonitæ, Pharisæos sectati, ut supra monitum est, & sectam Sadducæorum alteram, cujus meminit Doctor Christianorum antiquus Epiphanius, ut monuimus, attinet, postquam illarum mentionem fecisset R. *Asarias de Rubeis*, ita ait: *Ex variis igitur locis novimus, duas illas sectas pariter Legem oralem rejicere, qua de causa utraque simul commemorantur* (sc. in precibus) *tanquam digna, quæ in loco cineris comburantur.* Hic desinunt verba *Asariæ de Rubeis*, qui investigavit & examinavit complures Scriptores Historicos cum Judæorum, tum reliquorum populorum, & de illis accuratius disquisivit. Quod ipsum manifestum fiet illi, qui librum ipsum inspexerit, quo multa huc pertinentia comprehenduntur. His allatis respondebo, quantum ad me pertinet, ad quæstiones tuas, Domine, & dico, quod ex verbis hujus Sapientis manifeste appareat, quod etiam illis, qui non sunt ex secta Sadducæorum & Baithosæorum, nomen Sadducæorum imponere communiter consveverint, idque ideo, quod & ipsi legem Oralem amoliti a se sint, qualem

con-

החלו בימי אנטיגנוס זמן רב מקרבם" גם השר דון יצחק אברבנאל נוטה לדעתו בפירוש מסכת אבות משנת יהושע בן פרחיה עד כאן" עוד אמר שם וז"ל· ובאמרת לשונם ז"ל בקדושין פרק האומר כשספרו מעשה ינאי הנזכר נטות לדעת הכוזרי הנ"ל האמור: אפס אחרי ראותנו שכלו מינות אחרות להכחיש המסורת אין הכרח להמציא בהם הפרדה אשר אמנם איננה" ערכאן וכמוכן גבי כת יהודה הגבלני המחזיק עמם הפרושים הנזכר לעיל וכת הצדוקים השניים שזכרם קדמון הנוצרים אפיפאניו כדלעיל אחרי שהזכירם רבי עזריה הארומי אומר ר"זל ויהי מה ידענו מכמה מקומות כי שתי הכתות הללו זה לעמת זה כופרים בתורה שבעל פה אשר על כן אלו ואלו נזכרין יחד על הנשרפין במקום הדשן" תמו דברי עזריה הארומי אשר חקר ודרש בעד הרבה כותבי זכרונות מהיהודים ומשאר אומות ופלפל בערם· וכמו שזה יגלה להמעיין בספרו שהוא מלא ענינים כאלו· ואחרי כן אענה חלקי אני המשיב לשאלותיך האדון ואומר שהנה בהדיא נראה מדברי זה החכם שגם לשאינם מכת הצדוקים· והביתוסים הסכימו קדמוניהם של הרבנים לכנות שם צדוקים· וזה מסבת היות גם הם דוחים

תורה

תורה שבא״פ כאשר קיימו וקבלו זה מיום ההלוקה והכפירה גם עד עתה׃ אם כן בהזכיר הרבנים בתלמודם או כותבי זכרונותיהם בספריהם באיזה ענין את הצדוקים כמו שעושה היוסיפון בספרו במקומות רבים צריך למשכיל להתישב ולהאמין בדיוק לדעת לאיזה חלק מהצדוקים הוא מזכיר כי כפי מה שנראה מדברי קדמון הנוצרים וממה שהרבנים מכנים בשם צדוקים גם לשאינם מכת צדוק חבירו של ביתוס׃ שהצדוקים שני מינים המין האחד סיעת צדוק שהוא חבירו של ביתוס והמין השני שקראו עצמם כן מלשון רודפי צדק שהם הקראים שגם כן מצד דחותם את התורה שבע״פ קראום הרבנים בשם צדוקים הכופרים גם כן׃ וזה לתחרות ולקנטורין׃ והנה אביא לאדוני ראיה ברורה על זה שמעני אדוני נשיא אלהים אתה כי הנה הם עצמם מודים כנזכר לעיל שלפעמים מן הצדוקים היו נמנין בסנהדרין ואמרו כמו כן בעד הכהן הגדול והמלך מבית חשמונאי הוא יוחנן בן שמעון הנקרא בלשון יון הורקנוס ששמש בכהונה גדולה ארבעים שנה ולבסוף נעשה צדוקי׃ וכמו כן בעד אלכסנדרוס המלך בנו של הורקנוס אמרו שהיה מתחלה פרוש ואח״כ נעשה צדוקי וכמו כן אשתו של אלכ

constituerunt (Rabbanitæ) & inde a tempore diſſenſionis & hæreſeos usque ad hoc tempus receperunt. Cum vero ita res comparata ſit, neceſſe eſt, quandocunque Rabbanitæ in Talmude ſuo aut libris Hiſtoricis librisque aliis, & quocunque de argumento Sadducæorum meminerint, quemadmodum Ioſephus in variis libri ſui locis facit, neceſſe eſt, inquam, ut Lector prudens attendat, & probe exploratum habeat, de quo Sadducæorum genere illi loquantur, quia, ut ex Doctoris Chriſtanorum (Epiphanii) verbis patuit, & ex ipſo more Rabbanitarũ, nomen Sadducæorum his etiam inponentium, qui non ſunt de ſecta Sadoci, Collegæ Baithoſi, intelligitur, Sadducæorum duo ſunt genera, alterum cœtus Zadoci, qui fuit Collega Baithoſi, alterum illorum, qui ſe ipſos ita vocarunt, eo ſenſu, quod ſectentur juſtitiam, qui ſunt ipſi Karæi, quos etiam propterea, quod Legem Oralem rejiciunt, Rabbanitæ vocant nomine Sadducæorum, quamvis illi ſimul hæretici ſint & apoſtatæ, idque contendendi & litigandi tantum cauſa. Hanc in rem tibi, Domine, perſpicuum argumentum adducam: audi me, quæſo, Domine, qui Princeps Dei es (Gen. 23. 6.) Illi enim ipſi ſponte ſua fatentur, ut ſupra monitũ eſt, quod interdum ex Sadducæis quidam numerati ſint in Synedrio: imo ajunt Sacerdotem Magnum & Regem ex familia Haſmonæorum, qui *Iochanan* fil. *Simeon*, Græca autem Lingua *Hyrcanus* vocatur, cum ſacerdotio magno per quadraginta annos functus eſſet, tandem ad o) Sadducæos

o) Teſtatur hoc Joſephus lib. XIII. c. 18. Antiquitt. p. 453. ubi Ionathan præcipuus Hyrcani

cæos acceſſiſſe. Similiter de Alexandro Rege, Hyrcani filio, commemorant, quod initio quidem Phariſæus deinde vero p) Sadducæus factus ſit, poſt illum vero q) uxor ejus Phariſæos per totos novem annos, quibus regno præfuit, dilexerit. Poſtea excreverunt duo filii, alter Hyrcanus, alter Ariſtobulus. Hyrcanus ſtudioſus erat Phariſæorum, eosque tuebatur, Ariſtobulus autem amabat Sadducæos & ab eorum partibus ſtabat. Bella itaque exſtiterunt inter duos illos fratres regni cauſa, ideoque mox hic, mox ille imperavit, ſicut R. *Gedalia fil Jechija* in libro ſuo, quem dixit *Catenam traditionis*, fol. 25. ex ſcriptis Sapientum ſuorum teſtatur. Similiter ipſi illi profitentur, & ex veteri hiſtoria narrant, quod Sacerdotes filii Eljaſchib Sacerdotis, qui filias Sanbellati Horonitæ, Judæos vexxantis, conjugio ſibi junxerant, adeoque uxores preregrinas invexerant de Eſra Sacerdote & Nehemia Tarſchata de Sacerdotio depulſi ſint. Cum autem Alexander Rex Macedonum caperet Hieroſolymam, *Simeon* Iuſtus, Sacerdos magnus, exiit obviam Regi, petiitque ab eo, ne vaſtaret Sanctuarium, quod erat Hieroſolymæ, ſibiq; adeo pro more cultum divinum in eo obire liceret, cujus etiam precibus Rex indulſit: Videntes itaque hoſtes Iudæorum, *Sanballat* & amici ejus * Cuthæi ge-

אלכסנדר אחריו אהבה הפרושים במשך שני מלכותה אשר מלכה ט׳׳ שנים ואח׳׳כ גדלו שני בנים אחד הורקנוס ושני ארסתובלוס· והורקנוס היה אהב הפירושים ומחזיק ידיהם וארסתובלוס היה אוהב הצדוקים ומחזיק ידיהם· והיו מלחמות בין שני אחים על דבר המלוכה· ולכן פעם זה ופעם זה מלך כמו שכתב הר׳׳ר גדליה בן יחייא בספרו בשלשלת הקבלה דף כ׳׳ה ע׳׳א מתוך דברי חכמיו וכמו כן הם עצמם מודים ומזכירים מן המעשיות שעברו שהכהנים בני אלישיב הכהן שלקחו נשים מבנות סנבלט החורוני צורר היהודים והושיבו נשים נכריות· והבריחום עזרא הכהן ונחמיה התרשתא מהכהונה וכשבא אלכסנדר מלך מוקדון ולכד את ירושלים אז שמעון הצדיק הכוהן הגדול יצא לקראת מלך מוקדון ובקשהו שלא יחריב את בית המקדש אשר בירושלים ושיעברו את העבודה האלהית בתוכו כמשפטה ונתרצה המלך לבקשתו· אזי בראות צורי היהודים סנבלט ורעיו הכותיים וחתניו הכהנים שלא נתבטל הבית בעיר הקדש·

אזי

amicus eum, ab Eleazaro reprehenſum, ad Sadducæos ut tranſiret, cohortatus eſſe legitur. Idem Abraham ben David Hallevi in libro Kabbalæ p. 39. teſtatur, affirmans, & Regem ipſum & ſervos ejus Sadducæorum inſtituta ſectatos eſſe.

p) Odii hujus in Phariſæos occaſio ediſſeritur a Joſepho lib. XIII. c. 25. Antt. & Pſeudo-Gorionide lib. IV. c. XI. p. 292. edit. Cl. Breithaupt.

q) Lege Ioſephum Antiquitt. XIII. 24. & Pſeudo-Gorionidem IV. 14. p. 301. ſqq. apud quos cetera etiam, quæ in ſequentibus tradit noſter, inveneris.

* Hoc nomine Samaritanos vocari ab urbe *Cutha*, ex qua a Salmanaſſare deducti ſunt, ex

אזי לקנאתם בקשו גם הם
את המלך המוקדוני שירשה
להם לבנות בית המקדש בהר
גריזים והרשות להם ובנוהו·
ועמד הבית על הר גרי זים
מאתים שנים· וכשיצאו צדוק
וביתוס תלמידי אנטיגנוס
תלמידו של שמעון הצדיק
למינות· הבריחום יוסי בן יועזר
ויוסי בן יוכנן וסיעתם שומרי
משמרת הקדש מתוך העיר·
והלכו הם וסיעתם ונתאחדו
עם הכותיים בבירת המקדש
שבהר גרזים· וקבעו להם הכותיים
והצדוקיים והביתוסים עיר
מטרופולין לשררותם את עיר
שומרון· והאריכו בחזקתם
עד שעמד יוחנן הכהן בן שמעון
הכהן והמלך הנקרא הורקנוס
ועשה מלחמות עם מלכות
היונים· מחזיקי יד הכותיים
והצדוקים· אז החריב את
שומרון עיר מטרופולין לכותים
ולצדוקים והחריב את הבית
הבנוי להם למקדש בהר גרזים·
ואותם הכריע והכניע והכרית
כאשר כתב זה רבי גדליה מכח
דברי קדמוניו בשלשלת קבלה
בדף כ״ה ע״א ויוסיפון בפרק
כ״ח מספרו ליהודים· והנה
כשאמרו הרבנים שהורקנוס
היה פרוש ולבסוף נעשה צדוקי
או אלכסנדר בנו שהוא ינאי
המלך אהב הצדוקים או
ארסתובלוס אהב את דת
הצדוקים· הנוכל לומר שנעשו
כצדוקים הכופרים בתחיית
המתים

generique ejus Sacerdotes, Templum Hieroſolymis non eſſe deletum, æmulationis ſtudio a Rege Macedoniæ petierunt, ut ſibi facultatem faceret exſtruendi Sanctuarium in monte Gariſim, qua impetrata ſtructuram illi perfecerunt. Perſtitit itaque templum illud in monte Gariſim ducentos annos. Cumque *Zadocus* & *Baithos* diſcipuli Antigoni, qui erat diſcipulus Simeonis Iuſti, in hæreſin deficerent, Joſe ben Joëzer & Joſe ben Jochanan ac coetus eorum, qui curam habebant ſanctæ doctrinæ ex civitate eos ejecerunt. Abierunt itaque illi cum aſſeclis ſuis, & adjunxerunt ſe Cuthæis in domo Sanctuarii, quæ erat in monte Gariſin. Cathæi itaque Sadducæi & Baithoſæi Metropolin principatus ſui urbem Samariam conſtituentes, perſtiterunt, donec *Iochanan* Sacerdos filius Schimeon Sacerdotis & Rex, *Hyrcanus* dictus, ſurgeret, bellumque inferret regno Græcorum, qui Cuthæos & Sadducæos ſuffulciebant. Hic itaque Samariam, Metropolin Cuthæorum & Sadducæorum devaſtavit, & ædem loco, ſanctuarii in monte Garizim exſtructam, deſtruxit: Ipſos vero depreſſit, ſubegit & ad internecionem delevit, ſicut R. Gedalias ex ſcriptis majorum ſuorum in *Catena Traditionis* p. 25. & Ioſephus cap. 28. libri ſui ad Iudæos ſcripti teſtantur. En itaque, quando Rabbanitæ dicunt, Hyrcanum, initio Phariſæum, tandem Sadducæum factum fuiſſe, aut Alexandrum filium ejus, qui eſt Jannæus Rex, amaſſe Sadducæos, aut Ariſtobulum denique ſtuduiſſe ſectæ Sad-

2. Reg. XVII. 24. & Joſepho Antt. IX, 14. conſtat. Confer eruditiſſimi Relandi Partem II. Diſſertatt. Miſcellan. p. 67.

Sadducæorum, num dicere fas eſt, r) eos factos eſſe Sadducæos tales, qui negent reſurrectionem mortuorum, & reliquos articulos Legis fundamentales? Abſit longiſſime. Nonne enim Hyrcanus primus ipſe domum Sanctuarii, quam in monte Gariſim habebant, deſtruxit, nonne regni Metropolin evertit, eos diſſipavit, & doctrinæ noxam attulit? Quomodo itaqueidem dici poteſt ad eorum doctrinam acceſſiſſe? imo, ſi ad eam ſe recepit, neceſſe erat, ut relicto, quod in urbe erat, ſanctuario, adiret ſanctuarium in monte Gariſim, neque ſic vel regno vel ſacerdotio in ipſa urbe (ſancta) præeſſe potuiſſet: vel etiam templum in monte Garizim exſtruere iterum debuiſſet. Quo præterea, quæſo te, filius & nepos ejus ſe receperunt, ut Sacerdotio fungerentur, cum domus deſtructa, doctrinaque & inſtituta ipſorum per Sacerdotes & Reges ipſos everſa eſſent. Similiter quando Sapientes cum Alexandro Rege, filio Hyrcani, qui dicebatur Jannæus Rex, quemque Sacerdotio defungi nefas putabant, eo quod mater ejus ſuſpecta erat, contendebant, num etiam de Lege & de articulis Legis fundamentalibus, quos negabant Sadducæi & Baithoſæi hæretici, diſputarunt? Enimvero manifeſtum eſt, dicendum eſſe, quod, quando illi dicunt, Hyrcanum, filium & nepotem ejus, Sadducæorum partes amplexos eſſe, nihil aliud innuatur, quam quod facti ſint Karæi, qui ex cauſis ſupra commemoratis ita vocabantur, quod ſcilicet, ſpretis Phariſæorum fraudibus, Karæorum doctrinam ample-

המתים ובשאר יסודות התורה״ חלילה לנו מכך והלא הורקנוס הראשון היה עצמו מחריב את בירת המקדש שלהם שבהר גרזים ומחריב עיר מלכותם ומפיצם ומבטל דתם· ואיך היה הוא עצמו שב לדתם ואם היה שב לדתם היה צריך לצאת מבית המקדש שבתוך העיר וללכת למקדש שבהר גרזים ולא היה מולך ומכהן בתוך העיר· או היה שב ובונה את הבירת בהר גרזים· וכמו כן בנו ובנו אנה היו יוצאים לכהן והבית הרוס ובטל דעתם ונהרס דתם על ידי הכהנים והמלכים עצמם· וכמוכן בחלוק החכמים עם אלכסנדר המלך בן הורקנוס שנקרא ינאי המלך שאסרו לו הכהונה משום שהיתה אמו חשודה כמו כן היו חולקים עמו בעד הדת ושרשי התורה שכפרו בהם הצדוקים והבותוסים הכופרים העצמיים אלא ודאי נחוייב לומר שמה שאמרו כי נעשו הורקנוס ובנו ובנו צדוקים שהמכוון בו שנעשו קראים שנקראו כן מסבות הנזכרות לעיל שהם מאסו בערמת הפרושים ותמכו את דת הקראות שמעט הבדל היה ביניהם שלא נתרחקו מיסודי התורה

r) Compara quæ in hanc ſententiam commentatur Triglandius p. 48. & confer, quæ infra ad cap. VI. notabuntur.

התורה האמתית כמו הצדיקים
והביתוסים הכופרים רק שלא
האמינו בתורה שב"עפ" ומכאן
ואילך נמשך המנהג בתוך העיר
ירושלים שלפעמים היה כהן
ונשיא מהפרושים ולפעמים מן
הקראים כמו שהיה רב כהנא
הכהן בן אליועיני בן אביתר
בן ידעיה שעשה מי פרה
בבית שני והיה מכת הצדוקים
כמו שיראה אדוני במה שלמטה
מזה בפרק ט"· ובהיות הענין כן
הלא כל משכיל יבין וישכיל
שהיו קדמונינו כת בפני עצמן
בזמן בית שני והיה להם מקום
ושם בעיר הקדש ובבית הקדש
ובהנהגת השררה והנשיאות·
אם כן הדבר הנה חוייב שהיה
כת הקראים כת בפני עצמן
בזמן בית שני מזמן שמעון בן
שטח עד חרבן הבית ומן הוא
והלאה" ואין להתחר בדברי
יוסיפון שלא הודה בשום מקום
מספרו אודות הצדוקים
המוזכרים ממנו ברוב שהם
הקראים· כי הקנאה והתחרות
הרבה עושים כי יעורו עיני
חכמים· ומכל שכן שהיה
הוא מכת הפרושים כמו שהודה
עצמו בתחלת ספר תולדותיו
שכתב לרומיים כמו שהביאו ר'
עזריה האדומי בפרקו הנ"ל· ואיך
היה מודה על האמת ומביש
את

amplexi sint, qui ab illis ceteroquin parvo discrimine sejuncti erant, quia non recedebant a fundamentis legis veræ, ad exemplum Sadducæorum & Baithosæorum hæreticorum, sed Legem Oralem recipere tantum recusabant. Ab hoc tempore & ulterius in urbe Hierosolyma more receptum fuit, ut Sacerdos & Princeps nunc ex Pharisæis, nunc ex Karæis esset, quemadmodum talis fuit Rab *Cohana*, Sacerdos fil. *Abjathar* fil. *Jedaja*, qui paravit aquas vaccæ sub Templo II. Sadducæis ceteroquin addictus, ut apparebit ex iis, quæ infra cap. IX. dicentur. Cum igitur res ita habeat, nonne omnis prudens intelligit & assequitur, majores nostros sectam singularem sub Templo II. constituisse, locumque ac nomen habuisse in urbe sancta, in domo sanctuarii & administratione principatus ac imperii? Si vero ita est, consequitur omnino, sectam Karæorum sub Templo II. sectam singularem fuisse inde a tempore *Simeonis ben Schetach*, usque ad excidium Templi, necminus ab hoc tempore & ulterius. Neque commoveri debemus verbis Josephi, qui nullo libri sui loco de Sadducæis, ab eo sæpe commemoratis, professus est, quod Karæi sint. Zelus enim & ira efficiunt, ut oculi Sapientum occæcentur. Quanto magis vero illi hoc acciderit, qui fuerit sectæ Pharisæorum, quod ipse initio s) libri de vita sua quem in gratiam Romanorum scripsit, profitetur, quemadmodum locum affert R. Asarias de Rubeis in capite antea citato. Quomodo itaque is veritati testimonium, se ipsum vero turpiter daret? Et quo-

s) Vide p. 999. ed. Lips. ubi ipse tradit, se singulas Judæorum sectas quasi ex plorandi causa pervagatum tandem in Pharisaismo perstitisse.

quomodo verba Iosephi pro veris haberi possunt, cum ipse de se testetur, t) consilium se dedisse Tito, quo tandem modo urbem Sanctam capere posset. Ex quibus ejus verbis intelligitur, eum fraudulentum se & mendacem in populum Deumque suum probasse. Quæ etiam causa est, cur R. *Asarias de Rubeis* non honorificam ejus fecerit mentionem. Certe Iosephus in libro suo nusquam meminit Legis Oralis, sed potius in libro, quem Iudæis scripsit u) c. 37. quod initium facit libri V. ita scribit: *Nam ita primi Scriptores præceperunt, aliique eosdem secuti idem receperunt & observant; convenit enim atque æquum est, ut omnes, qui componuntur, libri Scripturæ S. ac perfecta aliorumque librorum Probeticorum, in quibus veritas ac justitia continetur, normam sequantur; super his enim mundus constructus est, atque in illis homo est homo, sine illis autem omnia vanitas sunt & afflictio Spiritus* (Eccles. I, 14.) *Et quid proderit homini sapientia prædito, mendacia loqui, siquidem mendacia loquens* non

ארת עצמו· ואיך יהיו דברי יוסיפון אמתיים בהודות שעצמו מעיד על עצמו שיעץ לטיטוס באיזה אופן יוכל לתפוש ארת עיר הקדש· שמתוך דבריו מובן שכזב והשקיר את עמו ואלהיו וגם רבי עזריה האדומי לא העלה זכרו לשבח״ ומכל מקום בשום מקום מספרו לא זכר יוסיפון את התורה שבע״פ· אלא ארדבה בספרו שכתב ליהודים פרק ל״ז שבו תתחלת ספר חמישי ממנו כתב ו״זל· כי כן צוו הסופרים הראשונים וקיימו וקבלו האחרונים· כי ראוי והגון הוא שיסוב כל ספר שיכתב על קטבי התורה הקדושה והתמימה ושאר ספרי הנבואה שהם האמת והצדק כי עליהם העולם בנוי ובהם האדם אדם· חולת זה הכל הבל ורעות רוח· כי מה לו לאדם בעל תבונה לדבר שקר כי

t) Ubi hoc scripserit Josephus non invenio. Testatur ille quidem lib. III. c. 14. de Bello Judaico p. 854. & lib. V. c. 12. p. 901. se Vespasianum sibi conciliasse postquam imminentis ipsi imperii spem fecisset. Adde Pseudo-Gorionidem lib. VI. c. 23. p. 627. & Sveton. in Vespas. c. 5. nec omitte Vener. Gothofr. Olearii eruditam de hoc Iosephi Vaticinio dissertat. Lips. 1699. habitam. Forte itaque noster datum hoc a Iosepho de ratione Hierosolymam expugnandi consilium ex eo collegit, quod Pseudo-Gorionides lib. VI. c. 31. p. 677. multis gloriatur, se a Vespasiano per literas Tito consiliarium datum & cum eodem adversus Hierosolymam profectum esse, sicut Iosephus lib. I. contra Apionem p. 1037. se obsidioni Hierosolymorum præsentem adsuisse testatur. Interim ex hoc loco patet, non deesse inter Judæos, qui in Iosepho candorem & fidem desiderent. Huic adde Isaac. Abravanel. in comm. ad Daniel. Fonte X. palma 7. quem locum illustrat Gvil. Henr. Vorstius in not. ad R. Ganzii *Zemach David* p. 286. sq. Lege etiam *Mart. Difenbachii* Iudæum Conversum p. 161.

u) Legitur locus ille non cap. 37. sed 36. a quo liber V. incipit, secundum ordinem librorum & capitum, ex ipso Scriptoris præscripto in edit. Veneta, quam sequitur in sua versione Cl. Gagnerius, observatum. In editione Cl. Breithauptii invenies eundem lib. IV c. XVI. p. 311.

כי דובר שקרים לא יכון״ עד כאן דבריו״ שנראה מדברים אלו שלא בכל לבו נסמך על קבלתם או שלא היה עדיין מפורסם״ וזהו האמת שכל מה שרבו הדורות השתקעו במחלוקות ורבו הטענות והתשובות מכל כת כנגד חברתה״ אבל מתחלת הענין לא היה הדבר׃ כל כך ברוחק ודחייה איש מעל חבירו כמו שהוא הענין עכשיו״ ובכאן נשלים הפרק׃

non consistet? Huc usque verba ejus. Ex his apparet, quod non ex animo Cabbala fuerit innixus, aut saltem, quod eo tempore nondum fuerit divulgata. Denique id verissimum est, quod, quo magis ætas processit, hoc profundiores radices egerint controversiæ, pluresque & exceptiones & responsiones ab utraq; dissentientium parte, mutatis quasi vicibus, allatæ sint. Sed sub primis negotii initiis tantopere illi a se invicem sejuncti non erant, quæ quidem præsens hujus rei est conditio. Hoc ipso caput hoc finimus.

הפרק ו״ מטה זבולוני

CAP. VI.

TRIBUS SEBULON

חיוצא בהסתחרותו לשוט במדינות רחוקות יביא אל אביו השואל חדוש מובא ממדינות רחוקות על ידי משוטט במדינות רחוקות׃ ויעמוד לפני אביו ויאמר כן׃ ועתה נבוא לדבר כנגד החלק השלישי מהשאלה הראשונה״ הנה אע״פ שכבר מכל הפרקים שעברו הוכחט בתוכחת מגולה שהתחלת הדת של קראים היתה זמן רב קודם החרבן׃ שלפי זה לא היה צריך להביא תשובות לזה החלק כי המשכיל יסתפק גם לזה החלק מן התשובות המושבות לחלקים ממה

QUi x) ad mercaturam faciendam proficiscitur ad pervagandas provincias remotas, adducet Patri interroganti novi aliquid ex regionibus dissitis ab eo, qui in illis peregrinatus est, apportatum. Stat igitur coram Patre suo, & ita loquitur: Veniamus nunc ad partem tertiam quæstionis I. Ecce, quoniam jam capitibus antecedentibus oculari demonstratione evicimus, originem doctrinæ Karaiticæ longo tempore ante excidium ponendam esse, ut proinde necesse non sit novas ad hanc partem responsiones adducere, cum Vir prudens etiam quod ad hanc partem in responsionibus ad superiora momen-

x) Alluditur ad Gen. XLIX, 13. & Deut. XXXIII, 18.

ta datis, inventurus, sit quod faciat satis; propterea illa, quæ hoc capite adducam, non pertinebunt simpliciter ad partem illam tertiam, sed erunt instar subtilioris cujusdam & Topicæ dissertationis, per quam omnes quasi recessus hujus argumenti in gratiam prudentis cujusq; & justitiam sectantis Viri, qualis tu, Domine, es, excutiuntur. Producam itaque excellentiæ tuæ, Domine præstantissime, designationem Genealogicam Principum Judæ, qui amplexi sunt doctrinam Karæorum, & a generatione ad generationem incorruptam conservarunt majorum suorum Genealogiam, ne prosapia sua & gens confunderetur. Propterea etiam consignarunt eam in pelle piscis, ut diu incolumis esset; inventa vero est in urbe y) Cairo in regno Ægypti, ubi sedes fuit Principum Karæorum inde a tempore exsilii Hierosolymitani. Incidit autem series illa Genealogica exeunte anno 5400. (A. C. 1640.) in manus nostratis cujusdam *Bar Simcha* Lithuani, qui iter in terram Sanctam suscipiens omnes locos adiit, in quibus Synagogæ Karæorum fovebantur. Accidit itaque, cum esset in Synagoga Cairi, ut nasceretur filius Principi uni, qui ibi degebat. Circumcisus itaque ille est, & in numerum Principum inscriptus ac relatus eo die, quo natus erat Princeps, qui die circumcisio-

הראשונים״ וגם עתה ממה שאביא בזה הפרק לא יהיה תשובה דוקא לחלק השלישי הזה׃ רק יהיה כמין חדור ואסמכתות׳ להרחיב נקבי משכיות החמדה לכל משכיל ורודף צדק כמוך ארוני׃ חה שאעתיק להדרתך אתה האדון המרומם כתב יחס נשיאי יהודה אשר הם תומכים את דת הקראות והם שומרים דור מדור את יחס אבותיהם לבל יתערב יחסם חרעם והם כותבים את היחס על עור דג שיהיה קיים לאורך ימים חה היחס נמצא בעיר אלקהרא במלכות מצרים אשר שם מושב נשיאי הקראים מזמן גלות ירושלים׃ ונזדמן בקץ ארבע מאות שנים לאלף הששי לאחד מאנשי עדתנו בר סמכה מגליל דוכסייה של ליט״וא והיה משוטט בארץ הקדושה ודרך בכל מקום ששם קהלות הקראים דרים׃ ונזדמן לו שבהיותו בקהלת אלקהרא יולד בן לנשיא אחד הנמצא לשם ונמול אצלו ונכתב ונחתם בחתימת הנשיאים יום הולדת אותו הנשיא שנקרא ביום מילתו בשם ישועה׃ והוסיפו כתב יחסו אצל הנשיאים הקודמים ממנו שהם אבותיו ואבות

y) In hac Ægypti urbe Karæos inprimis statam sedem habuisse & adhuc habere, Leo Mutinensis de ritibus Iudæorum recentiorum Parte V. c. 1. testatur, quod & R. *Juda ben Eliezer Poki*, & ipse Karæus, in libro שער יהודה CPoli 1582 edito confirmat, in Ægypto multos se Karæorum libros conspexisse dicens, quorum tantus fuerit numerus, ut ex una Synagoga volumina prope trecenta a prædonibus direpta fuerint; confer Io. Seldenum p. 7. Uxoris Hebrææ; de ipsa illa Serie Chronologica confer Trigland, p. 109.

ואבות אבותיו· ואלו הן שמות
הנשיאים· שם ארונינו הנשיא
הנמול ביום הזה והוא חמישי
בשבוע אחד עשר יום מחדש
אב יהפך אבלו לששון· שנת
חמשה אלפים וארבע מאות
שנים לבריאת העולם אלף
ותשע מאות וחמשים שנים
למספר היונים בעיר אלקה״ריא
הסמוכה לצוען מצרים שעל
נהר פישון מושבהי· והוא יום
שמיני להולדו ושמו על המילה
ארוננו נשיא הגדול ישועה בן
הנשיאים מגזע יראים האל
ישמרהו ויחיהו ויפרהו וירבהו
ויקיים עליו יהי שמו לעולם
לפני שמש ינון שמו וכו׳· סימן
טוב· בן כתר גדולתנו וקדושתנו
מורנו ורבנו בעל נזרנו וכתרנו
עטרת ראשנו וצניף תפארתנו
הודנו והדרנו משכיל מזהירנו
איש ונוגה עפעפינו הנשיא
הגדול ברוך האל יאריך בטוב
ימותיו ויכלה בנעימים שנותיו
ויקיים עליו אורך ימים אשביעהו
ואראהו בישועתי· סימן
טוב בן כתר ק״מוכב״ן ע״רות״
ה״ומ״ם הנשיא הגדול אליעזר
צמח האל ירחמהו ועל מעלת
תורתו יקיים נפשו בטוב תלין
וזרעו י״א· בן כג״ק מורנו
ורבנו כ״תע״ת הודנו והדרנו
כבודנו משכילנו מזהירנו איש
ונוגה עפעפינו קנ״· ומ״ו ת״ל
וק״ש כ״כ ופאר חלי עדיינו
ארוננו הנשיא הגדול פרחון
אהרן האל ישכיב עליו טלי
רצונו עלי קברו ויקיצהו לקחת
שכרו:

cisionis nomen *Jeschua* accepit. Addiderunt proinde genealogiam ejus ceteris Principibus, qui, tanquam Patres & majores, antecesserant. Hæc autem sunt illorum nomina. Nomen Domini nostri Principis, circumcisi die hoc, qui est qvintus hebdomadis, & undecimus mensis Ab, cujus vertatur luctus in lætitiam, anno 5400. ab. O. C. an. 1950. secundum Æram Græcorum, in urbe Cairo, vicina Zoani (*Tani*) Ægypti, juxta fluvium Phison. Illi die octavo, ex quo natus fuit, impositum in circumcisione nomen est Domini nostri Principis magni JESCHUA, nepotis Principum, ex stirpe Timentium. Deus custodiat eum, & vivum servet, amplificet, augeat, & ratum in eo esse jubeat, quod dicitur Ps. LXXII. 17. *Manebit nomen ejus in seculum, & durante Sole sobolescet nomen ejus.* Bonum factum. Filius, corona magnitudinis nostræ & sanctitatis, doctor noster & Magister, dominus coronæ nostræ, corona capitis nostri, & cidaris ornatus nostri, gloria nostra, & decus nostrum, doctor & præceptor noster, Vir & splendor faciei nostræ, Princeps magnus, BARUCH: Deus producat dies ejus feliciter, & annos ejus cum prosperitate senescere jubeat, & in ipso impleat quod exstat. Ps. XCI. 16. *Longitudine dierum saturabo eum, faciamque, ut videat salutem meam.* Bonum factum. Filius &c. princeps magnus ELIESER ZEMACH, cujus Deus misereatur, & propter dignitatem legis suæ impleat, quod dicitur Ps. XXV. 13. *anima ejus in bono commorabitur & semen hereditario jure possidebit terram.* Doctor noster, &

& Magister noster, gloria nostra, & decus, Præceptor monitorque noster, Vir & splendor oculorum nostrorum, Ornamentum ornatus nostri, Dominus noster, Princeps magnus PIRIAHU AHARON: Deus quiescere faciat rorem benignitatis suæ in sepulchro ejus, excitetque eum ad accipiendam mercedem suam impleatque in eo, quod dicitur (1. Sam. XXV. 29.) *Anima domini mei ligata sit in fasciculo viventium &c. requies ejus sit gloriosa.* Doctor noster & caput nostrum Princeps magnus ELIAS JACHIN, cujus Deus misereatur, & in eo impleat, quod dicitur Dan. XII. 3. *& qui erudierunt alios, splendebunt* &c. Filius &c. erudiens nos, Vir & splendor oculorum nostrorum &c. decus nostrum, Dominus noster, Princeps magnus SARSCHALOM. Deus liget in fasciculo viventium animam ejus, & cum justis ac piis fiat suscitatio ejus. Impleatur in eo, quod scribitur Jes. XXVI. 19. *Reviviscent mortui tui, cadavera mea resurgent.* Filius &c. & splendor oculorum nostrorum, &c. decus ornatus nostri IOSIAS MOSE, &c. Filius &c. gloria nostra, decus nostrum & ornamentum, Magnificentia nostra, Princeps magnus AMAZIAHU JOSEPH &c. Filius &c. gloria & decus nostrum, Princeps, magnus, ELIESER ZEMACH, caput captivitatis &c. Filius &c. Princeps magnus DAVID qui occisus est ob unitatem Dei & Legem ejus: requirat deus sangvinem ejus, & sumat vindictam, impleatque, quod scriptum est (*Deut.* XXXII. 42.) *cantate gentes cum populo ejus, nam sanguinem servorum suorum ulciscetur* &c. Filius &c. Dominus

שכרו״ ויקיים עליו והיותה נפש אדוני צרורה בצרור החיים וכ״ו מנוחתו כבוד״ בן כ״נק מורנו כ״ע ראשנו״תו״ה הנשיא הגדול אליהו יכין האל ירחמהו ומ״ע יקום ויקיים עליו והמשכילים יזהירו וגו״ בן כג״ק מ״ונ וע״ר ו״תהו משכיל מ״ז ב״כ איש נוגה עפעפינו ק״נומ״ו ת״ל וקר״נ ופארנו אדוננו הנשיא הגדול שר שלום האל יצרור בצרור החיים נשמתו ועם הצדיקים ועם החסידים מחייתו ויקיים עליו יחיו מתיך נבלתו יקומון וג״ו מ״נב״״ בן כג״ק מו״נו ער״ות מש״מז ה״ום ונוגה עפעפינו ק״ל ומ״ו ת״ל וק״ש כ״כ ו״פ חלי עדיינו ה״ה יאשיהו משה כע״ס מנ״כ׳ בן כג״ק מו״נו ער״ות הודנו והדרנו פאר תפארתנו גדולתנו הנשיא הגדול׳ אמציהו יוסף מנ״כ״ בן כג״ק מ״ונו״ ע״רו״ת הודנו והדרנו הנשיא הגדול אליעזר צמח ראש הגולה מ״נ״ב״ בן כג״ק מו״נו ער״ות הו״א הנשיא הגדול דוד הנהרג על יחוד השם ועל תורתו׳ ידרש אלהינו דמו וינקום נקמתו ויקיים עליו מקרא שכתוב הרנינו גוים עמו כי דם׳ עבדיו יקום וגו׳ מנ״כ״ בן כג״ק מו״נו וכתר ער״ות הו״א אדוננו הנשיא הגדול שלמה ראש הגולה מנ״כ״ בן כג״ק מו״נו ער״ות הו״א ה״ה עובדיה כע״ם מנ״כ״ בן כג״ק מו״נו ער״ות הו״א ה״ה שלמה כע״ס מנ״כ ׳בן כג״ק

כג״ק ונ״כ נו״ער צניף תה״יא״
ה״ה דוד ראש הגולה מנ״כ״
בן כג״ק מו״נו ער״ות הו״צא
הנשיא הגדול חסדאי
נשיא ישראל ויהודה מנ״כ״ בן
כג״ק מנ״ער צ״ת הו״א ה״ה
חזקיהו ראש הגולה מנ״כ״ בן
כג״ק מו״נו ער״ות הו״א הנשיא
הגדול שלמה. עבד לאלהיו
מנעוריו ומנ״כ״ בן כג״ק מו״נו
ער״ות הו״א ה״ה דוד אשר פתר
דברי אלהים חיים והאיר עינינו
בחכמתו. מנ״כ״ בן כג״ק מו״נו
ער״ות ה״וא ה״ה בועז מנ״כ׳
בן גכ״ק מו״נו ער״ות הו״א
הנשיא הגדול יהושפט מגזע
המלוכה ונר המערכה מנ״כ׳
בן גכ״ק מנ״ער צת״הוא״
הנשיא הגדול יאשיהו
ראש הגולה. מנ״כ׳ בן גכ״ק
מ״ונוע״ר צ״ת ה״וא ה״ה. שאול
כא״ס מנ״כ׳ בן גכ״ק מו״נו
ער״ות הוד יקר תפארתנו
וצפירת מעלת עוז השם צבי
תורה נוגה ונר המנורה ועטרת
כל בני מקרא גבור בתורה
ובמקרא ה״ד משכיל מזהירנו
אור עינינו ב״כ איש ונוגה
עפעפינו קנו״מת״ל ק״ש ר״כפ״ר
חלי עדיינו ארוננו הנשיא
הגדול

nus noſter, Princeps magnus SALOMON caput captivitatis &c. Filius &c. OBADIAS &c. Filius &c. SALOMON &c. Filius &c. DAVID caput captivitatis &c. Filius &c. Princeps magnus, CHASDAI, Princeps Iſrael & Iuda &c. Filius. &c. CHISKIIAHU caput captivitatis &c. Filius &c. Princeps magnus SALOMON ſervus Dei ſui a prima juventute, &c. Filius &c. DAVID qui interpretatus eſt verba Dei viventis, oculosque noſtros ſapientia ſua illuſtravit. Filius &c. BOAS &c. Filius &c. Princeps magnus JEHOSCHAPHATH ex ſtirpe Regia & lumen captivitatis. Filius &c. Princeps magnus JOSIAS caput captivitatis &c. Filius &c. z) SAUL &c. Filius, decus eximium gloriæ noſtræ, & diadema maximæ virtutis Dei, decus legis, ſplendor & lumen candelabri, & corona omnium aſſeclarum Scripturæ, peritus Legis & Scripturæ, qui erudiit nos lucemque oculorum noſtrorum illuſtravit, Vir & ſplendor oculorum noſtrorum &c. Ornamentum noſtrum omnium præſtantiſſimum, Dominus noſter & Princeps magnus ANAN, caput præcipuum captivitatis totius populi Iſraëlitici, juſtus & pius, qui viam legis aperuit, & oculos aſſeclarum Scripturæ, ſapientia ſua illuſtravit. Inculcavit is & docuit

z) Hic eſt ille *Saul* ejusq; Pater, qui proxime ſequitur, *Anan*, quibus & Judæi & Chriſtiani nonnulli primas Karaismi origines præter rationem tribuunt, cum rectius illi non tam auctores quam inſtauratores habeantur. Vide omnino Triglandium p. 35. ſqq. & 101. ſqq. diſſertationis ſuæ, ubi contra Io. Morinum lib. II. Exercitat. VII. diſputat, & ex R. Abrahami bar David libro Cabbalæ ſpeciatim oſtendit, ipſum hunc Hiſtoricum Ananem & Saulem pro inſtauratoribus ſectæ pridem exiſtentis habuiſſe, cum diſſerte affirmet, poſt excidium *attenuatos fuiſſe* (adeoque non tum demum ortos) *hæreticos, donec ſurrexerit Anan, qui eos corroboraverit.* Vide editionem libri Mantuanam anni 274. C. 1514. quam Schabtai in Labiis Dormientium commemorare neglexit, p. XI.

cuit in Israele instituta & leges, delatusque est in sepulcrum fama & meritis illustris &c. In eo impleatur, dictum Jes. LVIII. 8. *tunc findetur instar auroræ lumen tuum* &c. Filius &c. Dominus noster DAVID fil. Domini nostri CHASDAI, fil. Domini nostri BOSTHENAI, fil. Domini nostri CHANINAI, fil. Domini nostri CAPHNAI fil. Domini nostri Rab HUNA, fil. Domini nostri MAR SUTRA', fil. Domini nostri COHANA fil. Domini nostri NATHAN fil. Domini nostri HUNNA MAR fil. Domini nostri, ABA MAR fil. Domini nostri RABBANA UKBA, fil. Domini nostri NACHMIASCH fil. Domini nostri NATHAN JEZIZUTHA fil. Domini nostri ANAN fil. D. N. SCHIPHTHI fil. D. N. JOCHANAN fil. D. N. AKUB HASSACCAI fil. D. N. HISKIÆ fil. D. N. SCHEMAJA fil. D. N. SCHEBANIA fil. D. N. OBADIÆ fil. D. N. JESCHAIÆ fil. D. N. CHASDAIÆ fil. D. N. BERACHIÆ fil. D. N. CHANANIÆ fil. D. N. MESCHULLAM fil. D. N. ZERUBABEL fil. D. N. PIDIA fil. D. N. SCHEALTHIEL fil. D. N. JEHOJACHIN Regis, capitisque præcipui captivitatum domus Israëlis fil. D. N. JEHOJAKIM Regis, fil. JOSIÆ Regis, fil. AMON Regis fil. MENASSÆ Regis, fil. HISKIJAHU Regis fil. ACHAS Regis, fil. JOTHAM. Regis, fil. ASARIÆ Regis, fil. AMAZIÆ Regis, fil. JEHOAS Regis, fil. *Achasiæ* Regis, fil. *Jehoram* Regis, fil. *Jehoschaphat* Regis, fil. *Asa* Regis, fil. *Abiam* Regis fil. *Rechabeam* Regis, fil. Domini nostri JEDIDIA SCHELOMO Regis totius domus Israël, fil. D. N. DAVIDIS Regis, Re-

הגדול ענן ראש ראשי גליות
כל בית ישראל הצדיק החסיד
אשר פתח דרך התורה והאיר
עיני בני מקרא בחכמתו והזהיר
ולמד בישראל חוק ומשפט׃
ונאסף לבית עולמו בשם טוב
ובמעשים טובים״ ר״י״נו י״ל
ע״ש רע״ל מ״ש אז יבקע כשחר
אורך וגו׳״ בן מנ״ב אדוננו דוד
בן אדוננו חסדאי בן אדוננו
בסתנאי בן אדוננו חנינאי בן
אדוננו כפנאי בן אדוננו רב הונא
בן אדוננו מר זוטרא בן אדוננו
כהנא בן אדוננו נתן בן אדוננו
הונא מר בן אדוננו אבא מר
ב״א רבנא עוקבא ב״א נחמיאש
ב״א נתן יציצותא בן אדוננו
ענן בן אדוננו שפטי ב״א יוחנן
בן אדוננו עקוב הזכאי בן אדוננו
חזקיה בן אדוננו שמעיה ב״א
שכניה בן אדוננו עובדיה ב״א
ישעיה ב״א חסדיה בן אדוננו
ברכיה בן אדו״ חנניה בן
אדוננו משולם בן אדוננו
זרובבל בן אדוננו פדיה בן
אדוננו שאלתיאל בן אדוננו
יהויכין המלך ראש ראשי גליות
כל בית ישראל בן אדוננו
יהויקים המלך בן יאשיהו המלך
בן אמון המלך בן מנשה המלך·
בן חזקיהו המלך בן אחז המלך:
בן יותם המלך· בן עזריה
המלך· בן אמציה המלך· בן
יהואש המלך. בן אחזיה המלך·
בן יהורם המלך· בן יהושפט
המלך· בן אשא המלך· בן
אבים המלך· בן רחבעם המלך·
בן אדוננו ידידיה שלמה מלך
כל

כל בית ישראל בן אדוננו דוד
המלך מלך כל בית ישראל
ועבד ה״ משיח אלהי יעקוב
ונעים זמירות ישראל· בן ישי
בן עובד בן בועז בן שלמון
בן נחשון בן עמינדב בן חצרון
בן פרץ בן יהודה בן יעקב בן
יצחק בן אברהם· אבינו״ בן
תרח בן נחור בן סרוג בן רעו
בן פלג בן עבר בן שלח בן
ארפכשד בן שם בן נח בן למך
בן מתושלח בן חנוך בן ירד
בן מהללאל בן קינן בן אנוש
בן שת בן אדם הראשון״
הנה העתקתי היחס הזה לאדוני״
ואדוני כמלאך האלהים
להשכיל ולדעת ולהתבונן כי
יש בזה היחס שני נשיאים בשם
ענן האחד ענן בן שפטי והשני
ענן בן דוד הנשיא המפרש
התורה״ ובמה שלמטה בפרק
תשיעי יראה אדוני שזמנו של
ענן בן דוד המפרש התורה
היה בשנת ד״ אלפים וארבע
מאות שנה לבריאה· והנה זמן
חתימת המשנה ג״ אלפים
תתק״עט״ ובזמן ההוא היתה
החלוקה כדברי הרבנים בין
הנשיאים· ונמצא זמן ענן
הנשיא

Regis totius populi Iſraëlitici & ſervi Dei, *uncti Dei Jacobi & ſuavis canticis Iſraëlis.* (2 *Sam.* XXIII. 1.) fil. *Iſai*, fil. *Obed*, fil. *Boas*, fil. *Schalmon*, fil. *Perez*, fil. *Jehuda*, fil. *Jacobi*, fil. *Iſaaci*, fil. *Abrahæ* Patris noſtri, fil. *Thara*, fil. *Nachor*, fil. *Serug*, fil. *Regu*, fil. *Peleg*, fil. *Eber*, fil. *Schelach*, fil. *Arphachſad*, fil. *Sem*, fil. *Noachi*, fil. *Lamechi*, fil. *Methuſchala*, fil. *Enochi*, fil. *Jared*, fil. *Mehalleel*, fil. *Cenan*, fil. *Enos*, fil. *Sethi*, fil. ADAMI PRIMI. Ecce transtuli huc ſeriem hanc genealogicam Domino meo, & Dominus meus eſt inſtar angeli Domini, ut intelligere, ſcire & adſequi poſſit, in hac recenſione eſſe duos Principes, nomine *Anan*, alterum *Anan ben Schiphthi*, alterum *Anan ben David*, Principem & Interpretem Legis. Et ex iis, quæ infra capite IX. dicentur, cognoſces, Domine, quod ætas *Ananis ben David*, qui legem explicavit, inciderit in annum 4400. ab O. C. Jam vero tempus Miſchnæ obſignatæ incidit a) in an. 3979, (i. e. A. C. 219.) quo tempore fuit diſſenſus inter Principes, ſecundum ipſa Rabbanitarum dicta: ætas autem Ananis principis ac Interpretis Legis tempore obſignatæ Miſchnæ 421. annis inferior eſt. Ex quo conſequitur, dici non poſſe, hunc Ananem b) de principatu con-

a) Hæc eſt plerorumq; Judæorum ſententia de Miſchna ad finem perducta, quamvis nonnulli eorum aliter ſtatuant. Noſter ſecutus eſt *Rab Seriram Gaon* in libro *Iuchaſin* p. 115. a cujus partibus ſtat Scriptor libri *Coſari* & R. *David Ganz* in *Zemach David*, qui ſcilicet omnes Miſchnæ ætatem in A. M. 3978. referunt. Qua de re propediem fuſius diſputabimus: tu interim vide Zemach David ad A. M. 3978. & Jo. Morinum in *Exercitatt. Biblicis* lib. II. exercit. VI. p. 294.

b) Id ſcilicet ajunt Rabbaniſtæ, quod *Anan ben David* principatu, quem affectabat, excluſus in doctrina ſeceſſionem fecerit primus: Ita certe tradit Abraham ben David loco paulo ante allegato & Rabbaniſtæ alii, quorum criminationes ex MS. quodam Karæorum

contendisse; multo minus autem dicere licet, eo tempore cœpisse Schisma ratione doctrinæ, quia schisma hoc longo tempore ante, stante templo, circa annum Scilicet 3621. ortum est, id quod jam ante capitibus Superioribus evictum est. His præstructis, necesse est ut dicamus *Ananem fil. Schepheth*, qui *Anane fil. David* prior est quatuordecim generationibus, de principatu contendisse. Quod si quis objecerit nobis, dicens, non decidendam esse causam, quam non satis habeamus perspectam; huic certe satis probationis attulero hunc in modum: Si computemus ætatis 14. generationum, quæ inter duos *Ananes* intercesserunt, & singulis generationibus earumque ducibus tribuamus annos 30, id quod proxime accedit ad sententiam Sapientis Aben Esræ, & aliorum Sapientum, quorum alii cuique c) generationi annos XXXII. alii XXXV. annos assignant; ex annis triginta, quater & decies computatis, summa annorum 420, producitur. Subtrahe nunc 420. illos annos a tempore quo vixit *Anan* fil. David interpres Legis retroeundo ad tempus ætatis *Ananis* fil. *Schephet*,

הנשיא המפרש התורה למטה מזמן חתימת המשנה ת״כא״ שנים׃ אם כן אי אפשר לנו לומר שזה הענן היה חולק על הנשיאות׃ ומכל שכן אי אפשר לנו לומר שבזמן הזה היתה חלוקת הדת כי חלוקת הדת היתה כבר מזמן רב בזמן הבית סביב לשנת ת״רכ״א לאלף רביעי כמו שזה כבר נתאמת מפרקים שעברו׃ אם כן על כרחנו נאמר שענן בן שפט אשר קדם מענן בן דוד בארבעה עשר דורות הוא היה חולק על הנשיאות׃ ואם מי יקשה עלינו לאמר נגזור דבר מה שלא ידענו בבירור׃ הלא אביא לו ראיה לכך׃ שכשנחשוב זמן משך י״ד דורות שבין שני הענגים ונשליך לכל דור ודור על כל הפחות בשלשים שנה בקירוב לכונת החכם אבן עזרא ושאר חכמים שהסכימו מהם ל״ב שנים לכל דור ומהם לה״ לכל דור׃ אזי י״ד פעמים שלשים יעלה סך ארבע מאות ועשרים שנים׃ חסר אלו ה״ת״כ שנים

affert Trigland. p. 101. qui ex eodem p. 104. simili modo, quo noster, hoc ἔγκλημα diluit monens, de priori Anane illam de principatu contentionem accipiendam, dissensionem vero in doctrina A. M. 3621. jam esse ortam.

c) Non Hebræi solum sed & Græci aliique Scriptores de annis cuique generationi tribuendis dissentiunt, 7, 10, 20, 25, 30. imo etiam 100. annos singulis generationibus tribuentes, quam in rem vide *Jo. Georg Grævium* p. 21. notarum ad Hesiodum. Plerique tamen, speciatim Historici, & inter eos *Herodotus*, in Euterpe §. 142. τρεῖς ἀνδρῶν γενεὰς ἑκατὸν ἔτεα efficere affirmans, in annis triginta, aut circiter, acquiescunt, id quod allatis pluribus veterum locis evincunt Interpretes ad Laërtium VIII. 45. nominatim *Menagius* p. 374. *Steph. Morinus* in Exercitatt. de Lingua Primæva Parte II. c. 4. p. 180. *Rich. Bentlejus*, ὁ κριτικώτατος in Dissertat. de epistolis Phalaridis p. 35. & Veter. *Gotfridus Olearius* in limatis ad Philostratum notis p. 232.

שנים מזמן ענן בן דוד מפרש התורה למפרע עד זמן ענן בן שפט· תמצא שענן בן שפט היה בזמן הזה ר״ל בתחלת אלף חמישי וקודם ממנו· כמו שכתבו בעל השלשלת בספרו דף ל״ג ע״ב· ובעל הצמח בתאריך אלף חמישי שרב הונא בפטר בשנה עשירית לאלף חמישי וכנראה מדברי בעל השלשלת שזה הענן היה חולק עם רב הונא בעד הנשיאות כדכתיב בפרק מציאות האשה שאמר ענן להונא הונא חברין והוא קרא לו ענן ענן ובשמתא די לא יקרי ליה ענן ענן״ והנה אע״פ שהחשבון גוזר שענן בן שפט היה בזמן רב הונא ובזמן ההיא היתה חתימת המשנה כדלעיל״ אין בכך כלום״ כי המחלוקת על הנשיאות היא זולת המחלוקת על הדת כי חכמידהם לא הרמיזו שבחלוק ענן עם הונא על הנשיאות שיחלקו גם על הדת· וגם בתוך היחס שכתבנו ושנכתוב אין שום רמז לכך שיהיה זה הענן חולק על הדת· רק החלוקת על הדת נרמזה בתוך כתבי היחס והקבלה שנזכיר אצל ענן השני שהוא בן דוד מצד שהוא פירש את התורה על דעת קבלת הקראים

phet, & inveneris, *Ananem* fil. *Schephpeth* an. 3980. adeoque ante eum vixiſſe. Sic Rab *Hunna* eadem ætate, h. e. ſub. initium Millenarii V. & ante illum vixit, ut ſcribunt auctor *Catenæ traditionis* d) p. 33. & auctor *Zemach David* in Millenario V. quod ſcilicet Rab Hunna obierit anno decimo Millenarii V. Præterea ex libro *Schalſcheleth* ſ. *Catenæ* apparet, huic Anani lites fuiſſe cum Rab *Huna* de principatu, ſicut ſcriptum eſt in capite quod incipit: *Meziuth Haiſſcha* (h. e. c. VI. *Cethuvoth*) Ananem compelluſſe Hunnam: *Hunna Collega*, ipſum vero viciſſim clamaſſe: *Anan, Anan*, & ſub pœna excommunicationis caviſſe, nequis aliter eum quam: *Hunna, Hunna*, compellaret. En autem, quamvis computus ille evincat, *Ananem ben Schephpeth* vixiſſe tempore Rab *Hunnæ*, quo ipſo Miſchna, ut ſuperius oſtenſum eſt, obſignata fuerit, id tamen nihil contra nos effecerit. Controverſia enim de principatu diverſa eſt a ſchismate in doctrina, quia ſapientes non innuunt, quod, cum *Anan Hunnæ* controverſiam moveret de principatu, iidem etiam ratione doctrinæ diſſenſerint. Neque vero in ſerie illa Chronologica, quam attulimus & allaturi poſtea ſumus, ullum hujus rei indicium eſt, quod hic Anan in doctrina a ceteris diſceſſerit. At vero diſſenſionis in doctrina mentio fit in ſerie & ſucceſ-

ſione

d) Locus R. *Gedaliæ* legitur non p. 33. Schalſcheleth ſed p. 34. eademque verſa, ubi etiam ille Talmudis locus, hic allegatus, plenius affertur, ut intelligas, Rab *Hunnam* ideo ſuccenſuiſſe R. *Anani*, quod ſe ab eo ſimpliciter nomine *Hunnæ* non autem cum præfatione honoris Rab Hunnam appellari videret, quo ipſo adductus idem pœna excommunicationis cavit, nequis *Ananem* niſi ſolo Ananis nomine inſigniret. Idem commemoratur in Schalſcheleth p. 30. b.

ſione traditionis, quam afferemus, ubi de *Anane* altero, fil. *Davidis*, quippe qui explicavit legem ſecundum ſententiam traditionis Karæorum, & oppoſuit ſe Rabbanitis, prout paulo poſt trademus. De illo vero *Anane*, qui contendit cum Rab *Hunna*, id tantum ſignificant, quod de principatu diſputarint. Notum autem eſt, pugnam de principatu non fuiſſe novi aliquid inter eos, quia inde a tempore Regum & Sacerdotum, qui erant ex Hasmonæis, hic mos obtinuit. Nam ſtante adhuc templo duo fuerunt fratres, e) Hyrcanus ſcilicet Phariſæorum ſtudioſus, & Ariſtobulus addictus Sadducæis, qui non alii ſunt quam Karæi, ſicut capite præcedenti evicimus; illi autem fratres litigarunt de Regia dignitate, & mox hic mox ille imperavit. Eadem ratio obtinuit, quoad duravit templum, & poſt ejus excidium, usque ad ætatem *Ananis ben Schephetb* & poſtea. Nam ipſi etiam Rabbanitæ fatentur, quoſdam Principes noſtros, etiam

הקראים וטען כנגד הרבנים כמו שנכתוב אחר זה מיד״ אבל על זה הענן שהיה חולק עם רב הונא סתם הרמיזו שחלקו על הנשיאות׳ וידוע שהמחלוקת על הנשיאות לא היה דבר חדש ביניהם כי מזמן המלכים והכהנים בני חשמונאי נמשך זה המנהג׳ כי עדין בזמן הבית היו שני אחים הורקנוס אוהב הפרושים וארסתובלוס אוהב הצדוקים שהם הקראים כמו שהוכחנו בפרק שעבר שהיו חולקים על המלוכה ופעם זה ופעם זה מלך״ וכן היה הענין בכל משך ימי הבית וגם אחר החרבן גם עד זמן ענן בן שפט וגם אחרי זמן ענן בן שפט׳ כי הנה גם עצמם מורים הרבנים שמקצת נשיאינו אפילו הנמצאים בתוך היחס אחרי ענן בן שפט היו נשיאים וראשי ישיבה על כל יהודה כמו שהעלה

e) De illo partium ſtudio utriusque fratris exponit etiam Pſeudo-Gorionides lib. IV. c. 13. p. 300. Joſephus lib. XIII. c. 24. &, quæ Ioſippi nomine circum fertur, epitome, quæ potius Abrahamo ben David Levitæ, cujus Partem II. libr. Cabbalæ conſtituit, tribuenda erat. Atque hanc ipſam epitomen noſter ſecutus videtur, quippe quæ p. 70. ed. Hebr. Munſteri Wormatienſis 1529. ita habet: וארסתבלס איש מלחמה וגבור חיל ויפה מראה עד מאד והוא היה אוהב את הקראים ונוהג מנהגם והורקנוס אחיו הגדול אוהב את הפרושים׳ h. e. ex verſione Munſteri: *Ariſtobulus* (erat) *vir bellator fortisque pugnator, denique valde pulchra facie. Sed & diligebat literatores, atque imitabatur eorum inſtitutionem, Hyrcanus vero, frater ſuus major, diligebat Phariſæos.* Notandum hic probe eſt, eos, qui a Joſepho & aliis vocantur *Sadducæi*, ab hoc appellari *Karæos* קראים quam vocem minus recte per *literatores* expreſſit Munſterus. Quo ipſo pondus accedit ad ſententiam noſtri, qui & ſupra & hoc in loco Sadducæos iſtos pro Karæis haberi vult. Ita Cl. Breithaupt in notis ad Pſeudo Gorionidem p. 273. ubi de Jonathane, magnæ inter Sadducæos auctoritatis Viro, refertur, monet, Judæum quendam in gloſſa marginali ſuo Codici adjecta, affirmare, Judæos hodie Sadducæos illos vocare קראים *Karaos*.

שהעלה זכרם בעל הצמח
בתאריך אלף המישי כמו שכתב
שם זה לשונו׃ מר זוטרא מלך
בין רב כהנא ורב אחא משנת
ק״סב. עד שנת ק״ע לאלף
חמישי׃ רב הונא ראש גלותא
מלך משנת רס״ה לאלף חמישי׃
רב בסתנאי היה ראש ישיבה
בפומבדיתה סביב לשנת ת״ם
לאלף חמישי׃ (עד כאן לשון
בעל צמח) הנה אלו כלם הם
נשיאינו תומכי דתנו שנמצא
זכרם בתרך יחס נשיאינו ובתוך
יחס הקבלה שלנו שנכתוב
במה שלמטה׃ ואיך יוכלו
הרבנים לומר שמסבת
המחלוקת על הנשיאות נחלקו
גם ברתם׃ כי המחלוקת על
הנשיאות היה כמה פעמים
קודם חתימת המשנה ואחריה׃
אבל המחלוקת על הדת פעם
אחרת היתה וקודם חתימת
המשנה בזמן שמעון בן שטח
ויהודה בן טבאי שהיה סביב
לשנת ת״רכא״ לאלף רביעי׃
אמנם ענן בן דוד המפרש
התורה הוא היה נשיא תקיף
וחכם גדול ופירש התורה
בפרסום וטען כנגד הרבנים
וכנגד קבלתם ובטל דיעתיהם
בראיותיו האמתיות׃ ולכן
שנאוהו

am illos, qui in prosapia post *Ananem ben Schepheth* leguntur, fuisse Principes & capita Academiæ in totum Judæ populum, quemadmodum memoriam eorum conservavit auctor libri *Zemach David* in Millenario V. ubi hæc ejus verba exstant: *Mar Sutra regnavit inter Rab Cabana & Rab Acha, ab anno 162. ad an. 170. Millenarii V.* f) *Rab Hunna, caput captivitatis regnavit ab anno 265. Millenarii V. Rab Bosthenai fuit caput Academiæ Pumbedithane, circa annum 440. millenarii V.* Hucusque verba *Zemach David.* Ecce illi omnes sunt Principes nostri, doctrinam nostram amplexi, quorum memoria servatur in designatione Genealogica nostrorum Principum & in recensione traditionis nostræ, quam inferius consignabimus. Et qua fronte poterunt Rabbanitæ dicere, quod occasione controversiæ de principatu etiam ratione doctrinæ divisi sint, cum lites de principatu sæpius ortæ sint cum ante obsignationem Mischnæ, tum post eam; dissensio autem de doctrina semel contigerit, & quidem ante obsignationem Mischnæ tempore *Simeon ben Schetach, & Iehuda ben Tabbai*, quod factum est circa an. 3621. Scilicet *Anan fil. David*, qui interpretatus est Legem, fuit g) Princeps strenuus, Sapiens & magnus, expo-

suit-

f) In margine Cod. MS. monetur, Rab *Hunnam* hunc esse alium ab isto R. Hunna, cui cum Anane controversia intercessit. Quod quidem recte monetur: plures enim hujus nominis olim exstitisse vel ex *Juchasin* p 89. apparet.

g) Hoc ipsum fraudi fuit Morino, qui in Exercit. VII. libri II. p. 307. ex illa Ananis contradictione, adversus Talmudicas traditiones directa, non solum ipsam Karaismi sed Talmudis quoque ætatem definiendam censet, minus accurate, ut ostendit Triglandius p. 34. dissert. Morinum presse sequitur *Rich. Simon* in Supplemento ad Leonis Mutinensis librum de Iudæorum ritibus p. 135.

suitque legem publice, & opposuit se Rabbanitis & traditioni eorum, ac opiniones illorum argumentis certis evertit. Propterea odio eum habuerunt Rabbanitæ, eumque e medio tollere conati sunt, quod aliis etiam Sapientibus ex cœtu nostro fecerunt. Quia enim h) multi amplectebantur partes eorum, qui allevabant præcepta, pauci vero sectabantur majores nostros, quoniam præcepta graviora reddebant: propterea sæpius Rabbanitæ nostro cœtu superiores fuerunt. At nostrum illum Principem tutum ab ipsorum manu præstitit Deus, neque illis tradidit. Propterea confirmatus fuit, & adstruxit interpretationes suas, docuitq; asseclas suos, & doctrinam Karæorum latius, quam antea factũ erat, propagavit. Præcepit etiam cœtui suo, ut separarent se & distinguerent magis magisque a Rabbanitis, donec i) hi nefas esse

שנאוהו הרבנים והיו רוצים להעבירו מן העולם כמו שעשו לחכמים אחרים מבני עדתנו· שלפימה שהיו רבים תומכי ידי המקלים במצות· ומעטים היו אצל קדמונינו מפני שהיו מחמירים· על כן תקפה יד הרבנים לפעמים על עדתנו אבל זה הנשיא שמרהו האל מידם ולא סגרהו לכפם על כן נתאמן וקיים פירושיו ולמדם לבני סיעתו ופרסם הדת הקראית יותר ממה שהיתה מפורסמת· וגזר לסיעתו להנתק ולהתגזר מכל וכל מן הרבנים· עד שאסרו עליהם מאכלם ונשואיהם· מצד זה הם אומרים שבזמן ענן היתה החלוקה שהיה אחרי חתימת המשנה וזה שקר· כי עיני אדוני רואות שהבאתי ראיות מדברי תלמודם ומדברי מחשבי תאריכי

h) Locum hunc illustrat Trigland. P. 97. diss. suæ, ubi etiam ostendit, hunc proprium quasi fuisse Karæorum characterem.

i) Ad locum hunc respexit Triglandius p. 146. qui etiam in sequentibus plura de odio Rabbanitarum in Karæos affert. Hodie quidem Karæum non admitti a Rabbanitis in fidei societatem, nisi prius ad Muhammedanos vel Christianos transierit, testantur multi, nominatimque *Jo. Stephanus Rittangelius* tum in notis ad librum *Jezira* p. 33. tum in tractatu de Veritate relig. Christ. cujus fragmentum *Jo. van der Waeyen* edidit p. 88. iisdem omnino verbis, ut ex notis illis tantum repetita videantur. *Christiani namque*, inquit, *vel Turca non abominabiles sunt Pharisæis, ut ipsos Textuarios abominantur, atque exsecrantur. Quod si ergo contingit, ut Textuarius in sua forte conscientia convictus, ad Pharisæos deficere velit, ipsum tamen, ne a lege promulgata recessisse videantur, inter suos referre non dignantur, nisi denegata Textuariorum religione ad Turcarum fidem defecerit, aut per baptismum Christianus prius factus fuerit.* Lege etiam *Hoornbeckium* de Convinc. Judæis lib. I. p. 73. Idem relatum sibi a Judæo quodam converso testatur *Vossius* in not. ad *Zemach David* p. 256. quod & ipse ex Judæo, qui diu in Polonia iis locis, in quibus Karæi degunt, commoratus fuit, percepi. *Paulus Ricautius* autem in Historia Regni Ottomannici p. 262 negat tantam esse illius inimicitiæ acerbitatem. Recentiora odii hujus exempla referuntur a V. C. *Jo. Jac. Schudt*, egregio harum literarum præsidio, in Compendio Histor. Judaicæ p. 528. *Jo. Andrea Eisenmen-*

תאריכי שנותיהם וכותבי זכרונותיהם שאין הדבר כן· אין זה כי אם מצר גאותם ובקשתם השררה ולהעמיד הדבר על מכותם בודים דברים שלא היו בעולם· כמו שהוציאו שמץ על רבינו ענן הנשיא שהתחיל לקבל דורונות ושאר ברויים כמו שהאריך רבינו יהודה האבל להביא בספר אשכול הכופר את כל שקריהם ופחזותם אשר דברו ומהו תפל על נביאי ה״ וחסידי עליון הקדושים· מכל שכן איך לא יכנו אותנו בשם צדוקים או כנויים אחרים בהיות שפערו פיהם על מוסדי ארץ· ויפה הודה החכם רבי גדליה בעל השלשלת בדף ׳ל׳ מספרו שקדמונידם מצר גאותם ורדפם השררה והגדולה גרמו למחלוקת הדת וחלול ש״ש וחלול תורתו הקדושה· ינקמנו השם ית״ב מידם שמזמן החלוקה ועד עתה קלפת השנאה תקועה בלבותם ובכל מקום

ſe pronunciarent comedere cum iis (Karæis) aut conjugium inire. Ea de cauſa dicunt illi, ætate Ananis qui poſt obſignatam Miſchnam vixit, ortum eſſe ſchiſma illud, id quod falſum eſt. Oculis enim tuis, Domine, vidiſti, me attuliſſe argumenta ex Talmude ipſorum & ſcriptis partim Chronologicis partim Hiſtoricis, quæ oſtendant, rem ita ſe non habere. Sed dicitur hoc ab illis ex arrogantia, ac principatus affectatione; finguntque res, quæ nunquam fuerunt, ut omnia ex ſententia ſua conſtituantur. Sic v. c. k) criminati ſunt Doctorem noſtrum *Anan* Principem, quod acceperit munera, cujus generis reliqua ſunt mendacia, ſicut R. Jehuda Haebel in libro *Eſchcol baccopher* fuſe expoſuit omnia eorum mendacia & inſultus, quibus in Prophetas Dei & pios ſanctorque Dei Viros invecti ſunt. Quanto minus itaque dubitabunt imponere nobis Sadducæorum nomen, aut alia epitheta, cum os ſuum aperiant adverſus fundamenta terræ. Et commode ſane fatetur Sapiens R. *Gedalias* Scriptor libri *Schalſcheleth* p. 30. l) quod

gero in Judaismo Detecto Parte I. p. 305. & *Martino Difenbachio* in Judæo converſo p. 113. ſq. Vide etiam *Druſium* de Sectis lib. III. c. 13. & *Guil. Poſtellum* in alphabeto XII. Linguarum, *Aſſerunt* inquit is, *communis opinionis Judæi, ſi accideret, ut Chriſtianus & Caraimus unus demergerentur una, pari utrinsque ſalvandi poteſtate, pontem ſe effecturos corpore Caraimi ad ſalvandum Chriſtianum.*

k) Alia ἐγκλήματα quæ in Ananem conjiciunt ex MS. Karaitico vide in diſſ. Trigland. p. 102. ſqq.

l) Illuſtris hic locus eſt, qui legitur p. 30. eademque verſa edit. Cracov. atque ita habet: והנא ראינו הדורות אחרונים ובפרט החכמים הגדולים שבהם שהיו מחזיקים במדה המגונה הזאת מהגאוה והמחלוקת היולדת אכזריות כמו שאמרו משרבו תלמידי שמאי והלל שלא שמשו כל צרכם רבו מחלוקות בישראל: In ſequentibus varia hujus aſſertionis exempla ex Talmude recitantur.

quod Majores sui fastu suo & principatus ac prærogativæ studio occasionem dederint controversiis in doctrina & profanationi divini Numinis ac legis sanctæ. Ulciscatur nos Deus benedictus ob acceptam injuriam, quia inde a tempore orti schismatis odium in nos animis eorum infixum hæret, ita ut, ubicunque cœtus nostri homines in eadem urbe secum habitantes inveniant, ibi nos machinationibus suis & omni fraudum genere vexent, ut nomen nostrum ex urbe & tota terra deleatur. Quod quidem obtinuissent, nisi Deus olim & adhuc hodie permovisset animos Regum, in quorum oculis parvus hic grex gratiam inveniret. Sic & Sapiens & eruditus quisque inter Christianos & Germanos profitetur, quod veritas legis antiquæ, in monte Sina per Mosen, fidedem in domo Dei servum, tradita inter Karæos sarta tecta sit. Ita anno 5401. (i.e. A.C. 1641.) in Synagoga m) Trocensi fuit Sapiens quidem Germanus, Rittangelius dictus, qui animum ad doctrinam Karæorum appulit, libros eorum accurate evolvit, & omnia adiit loca, in quibus Karæi commorabantur. Idem diversis vicibus cum laude commemoravit doctrinam & libros ipsorum, per literas, quas ex altera Synagoga ad alteram scripsit. Ascendat memoria ejus in bonum coram Deo Spirituum.

מקומם שימצאו מושבותם קהלותינו בעיר א״ עמהם צוררים הם לנו בנכליהם בכל מיני ערמניות למחות שמנו מן העיר ומן הארץ לולי ה׳ שהעיר לב המלכות מקדם ועד עתה הה מעט הצאן מוצאים חן וחסד בעיניהם׃ וכל חכם לב ומלומד שבנוצרים ובאשכנזים כלם מודים כי אמתת הדת הקדמונה המקובלת בהר סיני על ידי נאמן ביתו ה׳ היא תקועה בין הקראים׃ כמו שבשנת ת״א לאלף הששי בק״ק טרוקה היה בא חכם א״ אשכנזי וכנויו היה רעטנגאל אשר דבקה נפשו בדת הקראים והעמיק לעיין בספריהם ונתהלך בכל המקומות שהקראים דרים שם׃ והפליג לספר בשבח הדת וספריהם על ידי כתביו שכתב מקהלה לקהלה׃ יעלה זכרו לטובה לפני אלהי הרוחות׃

CAP.

m) Ista Ducatus cujusdam Lithuaniæ, simili nomine appellati, metropolis est, quam cum aliis a Karæis inprimis habitari *Peringerus* in epistola, quæ exstat in Tenzelii Dialogis menstruis an. 1691. p. 573. commemorat. *Degunt illi*, inquit, *in Lithuaniæ variis locis, Birsa, quod castellum est & opidum ditionis Principum Radziviliorum, Pozwla, Neostadii, Korona, Troca alibique* &c. *Rittangelius*, qui A.C. 1641. in Synagoga Trocensi fuisse hic dicitur, procul dubio est Judæus ille, ad sacra Christi conversus & scriptis variis celebris, qui in notis ad lib. Jezira anno 1642. editum modo citatis benignum de Karæis judicium tulit.

Cap. VII.
TRIBUS JOSEPH

פרק ז״ מטה יוסף

אשר הצטרך לשיביאו אחיו התנצלות מבית אביהם לאמת שאינם מרגלים יביאו דברי התנצלות מתוך דברי חכמיו לשאינם צדוקים· יעמוד ויאמר כן· ועתה נבוא להשיב תשובה כנגד החלק הרביעי מהשאלה הראשונה· ואמר הנה רצונך האדון שאודיע כל הדברים ששאל אדוני עם ראיות ברורות ובטוב טעם ודעת כדרך החכמים השלימים· ואני בער ולא אדע איך יותר להביא ראיות כי אין לאיל ידי יותר ממה שכבר הבאתי· ועל היותר לפי רצונך אדוני שאביא ראיות מתוך ספורי המעשיות· שהנה כאשר נבוא להביא ראיות מדברי חכמינו ע״ל חכמי בני מקרא· וקשה עלינו הדבר יותר מאשר סבלנו קושי הדבר בהביאנו ראיות מדברי בעלי הקבלה· וזו מסבה גדולה ומנצחת שמענה ואתה דע לך· כי חבורי חכמינו הקדמונים ע״ה הם חוברו רובם בלשון ערבי מפני כי מצד גלותם לארץ הערביים למדו לשונם והיו בקיאים בה· והיה נקל בעיניהם לחבר ספריהם בלשון ההוא מלחברם בלשון עברי כי רובה היתה

Cui neceſſe erat ut fratres afferrent apologiæ argumentum ex domo Patris ſui, ad fidem faciendam, ſe non eſſe exploratores, idem nunc in defenſionem noſtram rationes ex ſcriptis Sapientum domeſticorum producet, quæ probent Karæos non eſſe Sadducæos. Stat igitur, & ſequentia profert: Nunc aggrediemur reſponſionem ad partem quartam quæſtionis primæ, & dicemus: Ecce, Domine, requiris, ut omnia, de quibus interrogaſti, expediam allatis argumentis luculentis, idoneis & eruditis, ut ſapientiſſimi quique ſolent. Ego vero ſtupidus ſum, nec video plura & meliora, quæ affere poſſim, argumenta, cum mearum non ſit virium prioribus illis addere alia. Ex ſuperfluo tamen, ut tuæ fiat ſatis voluntati, probationes adhuc afferam ex monimentis hiſtoricis. Dum itaque convertimus nos ad argumenta ex commentationibus Sapientum noſtrorum, Scripturæ aſſeclarum, producenda, difficiliorem certe provinciam impoſitam nobis videmus, quam qua defuncti ſumus, cum rationes ex ſcriptis Kabbalæ ſtudioſorum afferremus. Cujus quidem rei cauſa gravis & apodictica eſt, quam ex ſequentibus cognoſces; Scilicet Scripta Sapientum noſtrorum veterum, ſuper quibus ſit pax, exarata magnam partem ſunt lingua Arabica, eo

quod

quod in Arabiam tanquam exules ejecti Arabum linguam didicerunt, cujus proinde gnari facilius putarunt ſcripta ſua n) Arabice quam Hebraice exarare, cujus linguæ oblivio plerosque ceperat. Poſtea vero multis poſt annis ſapientes noſtri ætate poſteriores in lingua Hebræa ſe exercuerunt, &, cum eſſent in regionibus ubi peregrinarum linguarum uſus obtinebat, exſules, libros illos ex Arabico non fecerunt Hebraicos, ſed potioribus, momentis ex illis collectis conſcripſerunt libros præclaros, ad doctrinam Legis & profanas ſcientias pertinentes, o) nullam vero operam collocarunt in rebus geſtis & hiſtoriis antiquioribus recenſendis, quippe quæ inter ipſos notæ eſſent. In p) urbe quidem Ægypti in Synagoga repoſiti fuerunt libri Arabice & Græce exarati ad centum imo mille, ſed Græci Zelo, quo jam olim ſapientiam populi noſtri cœtumque & doctrinam ejus proſecuti ſunt, acti, ſæpius turmatim congregati & graſſati ſunt in Synagogas fratrum noſtrorum Karæorum; & libros eorum partim ſurripuerunt, partim combuſſerunt igni. Hinc factum eſt, ut rebus

היתה נשכחת מבינידם· ואח״כ ברוב הימים נתחדדו חכמינו האחרונים בלשון הקדש· ומפני גלותם לארצות לשונות אחרים לא העתיקו הספרים ההם מערבי ללשון הקדש· רק אספו כללים מהם וחברו ספרים מעולים בחכמת התורה ובשאר חכמות חיצוניות ולא חששו להעתיק זכרונות ודברי הימים והמעשיות העוברות כי היו ידועות בינידם״ ובעיר מצרים בבית הכנסת היו ספרים המחוברים בלשון ערבי ובלשון יוני למאות ולאלפים מונחים בקדושה· והיונים מצד קנאתם לחכמת בני עמנו מקדם ועד עתה ולדתם כמה פעמים נתקבצו גדודים ונפלו על בית כנסיותיהם של אחינו הקראים וגזלו את הספרים ושאריתם שרפו באש ובתוך כך נשכחו המעשיות מבין עמינו ולא נתברר לנו״ ואף גם זאת שבטלו המדרשים שהיו לומדים בם לשון יוני וערבי מפני רשעתם של היונים ומפני הגזירות שהיו גוזרים

n) Idem igitur hac in parte Karæorum fatum fuit, quod in Rabbanitis obſervatum eſt, quorum Scriptores poſt Sec. VIII. & circiter Arabica potiſſimum lingua uſos eſſe vel ex iis patet, quæ *Eduard. Pocockius* in præfat. ad Portam Moſis & inprimis *Guſtavus Peringerus* in Hiſtoria eruditionis & Lingua Arabum cap. III. & IV. in hanc rem diſſeruerunt. Adde Jo. Morinum in Exercitatt. Biblic. p. 527. & Hottingerum in Hiſt. Eccleſ. Sec. IX. & ſqq.

o) Hæc non poſtrema videtur eſſe cauſa, cui raritas paucitasque ſcriptorum Karaïticorum accepta ferenda ſit; alias lege apud Trigland. p. 1. & alibi. Confer Cl. Schupartum de Karæis p. 61. ſq.

p) De multitudine librorum Karaitic. in Ægypto teſtatur etiam locus R. *Jehuda ben Eleazar Poki* antea allatus, qui itidem de illis direptis conqueritur.

גוזרים עליהם· ובתוך כך גם
אם נשאר איזה · ספר בלשון
יוני או ערבי היה בטל״ ושאר
ספרים שחוברו בלשון הקדש
מחכמינו הראשונים והבינונים
הנה הנם נמצאים בין הקהלות
הקדושות השוכנות בארצות
מלכות ישמעאל בעיר
קוסטנדינה ובעיר מצרים
ובאלקהירה ובדמשק ובארץ
הקדושה ובארץ קדר בעיר
קלית ובייושביה״ אכן אחינו
הקראים הנמצאים במלכות
פו״לין ורוסיה ובדוכ״סית
הגדולה של ליט״א הם יצאו
מבין הקהלות השוכנות בארץ
ישמעאל לבקשת מלך פו״לין
ממלך ישמעאל בזמן קדום
מהזמנים· וכנראה שלא היו
חכמים מפורסמים ביניהם
בצאתם משם· כי לא נמצאו
ספרי חכמינו בגלילות הללו כל
כך כמו שהם נמצאים בקהלות
ההן״ רק נמצאו בקצת ספרים
הזכורים להדרתך בפרק מיוחד·
או אפשר שהוציאו קדמונינו
עמהם ספרים בצאתם מארצות
ההם ונעדרו הספרים מרוב
הטלטולים והגירושים הגדולים
שהיו לקהלותינו מדוכ״סית
של ליטו״א לפו״לין ומפו״לין
לרוס״יה

rebus populi nostri oblivio induceretur, neque illæ nobis adeo perspectæ sint. Quod etiam Academiæ, in quibus discere solebant Græcam & Arabicam linguam, desierint, id impietati Græcorum & persecutionibus, quibus eos vexarunt, debetur, quo ipso etiam, si quis relictus fuit liber Græce aut Arabice exaratus, itidem periit. Reliqui vero libri, a Sapientibus nostris vel antiquissimæ vel mediæ ætatis lingua Sancta scripti, dispersi sunt per Synagogas, quæ dantur q) in regno Turcarum, CPoli & in Ægypto itemq; Cairi, ut & Damasci ac in terra sancta, Tartaria quoq;, urbeq; Calaja, & apud incolas horũ locorũ inveniuntur r). Fratres interim nostri Karæi, qui versantur in regno Poloniæ & Russiæ ac in Ducatu magno Lithuaniæ, ex Synagogis regni Turcarum ad voluntatem Regis Polonorum, Turcarum Imperatori superioribus temporibus significatam, egressi sunt. Et videntur sane inter eos non fuisse eruditi alicujus celebritatis, cum inde abirent, quoniam in his regionibus Majorum nostrum scripta non inveniuntur tanto numero, quantus in ceteris illis cœtibus deprehenditur. Nonnulli tantum ex illis libris inveniuntur, quos singulari capite recensebimus. Forte etiam majores nostri, ex terris illis egressi,

q) De aliis locis, in quibus commorantur Karæi, vide Triglandium p. 112. Adde *Jo. Christoph. Wagenseilium* in notis ad Tela Ignea Satanæ p. 595. sq. ubi inter cetera ostendit, Buxtorfium in Synagoga Judaica perperam tradere, Karæos etiam in Italia versari & Synagogas sibi proprias habere, quorum nihil Leo Mutinensis, ad quem tamen provocat, testatum reliquit. *Calaja*, quam hic noster memorat, mea sententia est *Caliaca*, quam Bulgariæ urbem esse constat.

r) Simile quid alibi relatum non legi: affert hunc locum Triglandius p. 114.

fecum libros attulerunt, qui tamen ob varia exilia & magnas vexationes perierunt, per quas cœtus noſtri ex Ducatu Lithuaniæ in Poloniam, ex Polonia vero in Ruſſiam propulſi ſunt, usque dum deprimerentur & omnis modis deficerent. Ante ſexaginta vero circiter annos Synagoga fuit *Troca*, Ducatus Lithuaniæ urbe, quatuor milliaribus a *Vilna*, quæ nunc princeps Lithuaniæ civitas eſt, remota. Sed antea *Troca* fuit primaria urbs in tota Lithuaniæ provincia, & a multis jam annis majores noſtri fideique ſocii in ea exſtiterunt virtute, ſapientia ac doctrina valentes. Atque in eadem adhuc poſt ſuperatas duras perſecutiones perſiſtunt, floretque ibi Synagoga Sancta, plena divitiis, gloria & doctrina divina, philoſophica & ſubtiliore. Inde vero diffuſa eſt ſapientia ad extremos terrarum fines. Ipſi etiam Sapientes Viri ex Rabbanitis, & Chriſtianis atque ex his ſpeciatim s) Sacerdotes congregarunt ſe, ut contra illos diſputarent, & compertum fuit, Sapientes cœtus noſtri *expeditos eſſe ad curſum* (Ecclef. IX. 11.) & t) ingenio acutos in omni Sapientia, & variis doctrinæ generibus. Sic *Abba Mori*, ſuper quo ſit pax, fuit ex Diſcipulis & majoribus eorum

לרוסי"ה עד שנתדלדלו וירדו ירידת פלאים. וכמו ס" שנה קודם מזה הזמן היתה קהלה קדושה בעיר טרוק"ה בגליל דוכ"סיה של לי"טא ארבע פרסאות מעיר ווילנ"ציאה שהיא עכשיו שרתי במדינת ליט"א. אבל מקדם טר"וקה היתה שרתי על כל מדינת לי"טא ומימים רבים היו קדמונינו בני עדתנו בתוכה אנשי חיל ואנשי חכמה ומדע ואחרי הגירושים הגדולים שסבלו עוד נתישבו בה ונעשתה קהלה קדישא ומלאת עושר וכבוד וחכמת התורה וחכמת הפילוסופיה וחכמת חידות. והיתה החכמה זורחת ממנה לקצוי ארקים. וחכמי הרבנים והנוצרים וגלחיהם המחוכמים היו נאספים ומתקבצים לפלפל עמהם ונמצאו חכמי הקהלה קלי המרוץ וחריפי השכל בכל חכמה ומדע. ואבא מרי ע"ה היה מתלמידיהם ומאבותיו מתושבי העיר. ובשנת ת"ח יצאו גדודי יונים ובשנת תי"ד יצאו אחריהם חיל מוסקוויטר והחריבו ארץ ליט"א ופולין ונחרבו

s) גלחים proprie *raſos* atque adeo ſpeciatim ex Pontificiorum ritu *Monachos* denotat; cum vero Judæi recentiores vocem hanc ad ſignificandos in univerſum Chriſtianorum Sacerdotes adhibere ſoleant, non alia notione eandem hoc loco uſurpatam puto. Rationem hujus ſignificatus reddit *Elias* in *Tiſchbi* fol. 17. לפי שכהני אלוה הנוצרים מגלחים פאת ראשם לכן נקראו גלחים והיחיד גלח: h. e. *quia Sacerdotes Dei Chriſtianorum radunt angulum capitis ſui, ideo vocantur Gallachim, unus vero Gallach.* Confer *Eiſenmengeri* Judaismum Detect. Part. I. p. 502. ſq. qvi p. 584. oſtendit, Sacerdotes etiam Turcarum eodem nomine ab iis appellari.

t) De ingenio & doctrina Karæorum diximus nonnulla in præfatione.

ותחרבו כל הקהלות הרבנים
והקראים ותתבשלו המדרשים
והלמודים החמודים מבינינו
ונשרפו ספרינו ולא שברה
התחלה למקום מעלתה גם עד
היום· רק נמצאו בתוכה אנשי
עדתנו מעט מזער· ותלמידים
המלומדים· פחרו אחד הנה
ואחד הנה ובלי מקום תורה
נשכח תלמודם ולא השאירו
אחריהם ברכה״ ובזמנים האלו
כברה המצאה והמחיה וידל
ישראל ואוזלת יד אחינו
בכל קהלה וקהלה בכל מקום
שהם בפו״לין ובלי״טא·
והאזניחו נהרי נחלי דבש
וחלב מתחת לשון התלמידים
ואף גם זאת כי מנהג לומדי
וחכמי הקראים אפילו בזמנים
הטובים ובהמצאת המחיה על
הנקלה· גם אז הם אינם
נוהגים במנהג חכמי הרבנים
לעשות להם אלהי כסף ומנהיגי
זהב שלומדים על מנת להקרא
רב

eorum ac illius urbis incolis. Anno autem 408. egressæ sunt turmæ Græcorum, & anno 414. copiæ Moscorum, & devastarunt regiones Lithuaniæ & Poloniæ, quo ipso, omnibus & Rabbanitarum & Karæorum Synagogis eversis, Academiæ & optima quæque studiorum genera inter nos desierunt, librique nostri combusti sunt, nec Synagoga pristinæ suæ dignitati in hunc usque diem vindicata est perpaucis tantum ex cœtu relictis. Discipuli vero scientia pollentes hinc inde dispersi sunt, cumque nullo loco Lex doceretur, doctrina eorum oblivioni tradita est, neque benedictio ab iis relicta. Illis itaque temporibus, difficilis fuit sustentatio & victus, diminutique sunt Israëlitæ, & defecerunt vires fratrum nostrorum in singulis Synagogis, ubicunque vel in Polonia vel in Lithuania illæ darentur. Et subduxerunt se *fluvii & torrentes mellis & lactis* (*Jes.* 19. 6. & *Iob*. 20. 9.) linguæ discipulorum, idque propterea, quod discipuli & Sapientes Karæorum, etiam rebus prospere fluentibus, & cum victus facili labore pararetur, morem non habuerunt receptum, ad exemplum Sapientum Rabbanitarum, ut Deos sibi facerent argenteos & Duces aureos, qui literis student eo consilio, ut u) vocentur

Rab-

u) Arrogantiam hujus modi, quæsitis titulis proditam, jam olim Servatoris ætate inter Iudæos obtinuisse patet ex Matth. XXIII. 8. Idem ex dissensione Rab Hunnæ & R. Anan supra perspectum fuit. Ceterum de hoc aliisque titulis lege *Jul. Bartoloccium* in Biblioth. Magna Rabbin. Tom. II. p. 794. &. Tom. IV. p. 252-663. 668. & 855 *Georg. Ursinum* in Antiquitatibus Academic. Hebræorum cap. VIII. p. 185. *Hottingerum* Histor. Eccles. Sæc. XV. p. 952. *Jo. Hoornbeck*, prolegom. ad libb. de convincendis Judæis p. 33. &. *Leonem Mutinensem* in Historia Rituum Judaicorum Parte II. c. 3. De aliis elogiis, quibus se invicem excipere vanissima Rabbinorum gens solet, lege Vener. *Henr. Muhlii* Apolog. pro Talmude Tomo VII. Operum Cocceji præmissam, p. 2. Familiarissima hæc illis formula est: חכמינו מורינו ורבותינו h. e. *Sapientes, Doctores & Rabbini nostri*, eademque fastus plenissima, quam *Esdras Edzard*

Rabbi, & ut colligant numos, cibisque impleantur, & splendide vestiantur. At illi (*Karai*) probabant mores veterum Sapientum, qui x) lucrum sibi & quæstum quærebant opificiis etiam vilioris generis, ut vitam sustentarent; legi vero y) inprimis operam dabant & sapientiam cum cura tractabant. Idem etiam hodie accidit z) doctis a Deo, qui apud nos sunt, primo quidem propter paupertatem & paucitatem cœtus nostri, deinde vero ob causam commemoratam. Ceteroquin, qui multum laborem in percipienda & assequenda sapientia & lege collocat, illi augebitur amplitudo (*Ps.* 71. 21.) opum mirabiliter conferendarum (*Thren.*

רב תעל מנת לאסוף ממון אכול לשבעה ולמכסה עתיק׳ רק מנהגכם כמנהג החכמים הקדמונים שהיו משתכרים אפילו במלאכות פחותות כדי להחיות נפשם והיו עושים תורתם קבע ומעיינים בחכמה׳ כך גם עתה למורי ה״ שבנו אחר מדלות וממיעוט אנשי עדתנו׳ ושנית מסבה הזכורה׳ כל מי שירבה למודו והשגתו בחכמה ובתורה׳ תרב גדולת ירידת פלאים בממונו׳ ובפרט הזמנים הקשים הללו בע״ה נודדים ללחם פורש אין להם״ רק מתהלהבות לבם ושכלם וחשקם

dus, ὁ μακαρίτης, incomparabilis quondam Hebraismi stator, ita retundere solebat, ut, literis harum vocum initialibus Iudæorum more in unam vocem conjunctis, produceret חמור h. e. *Asinus* quod nomen non detrectabunt forte Judæi majorum suorum auctoritate adducti, qui in Massecheth *Schabbat* f. 112. col. 2. aperte profitentur: *si veteres fuerunt filii Angelorum, nos tantum sumus filii hominum*: & , *si primi fuerunt filii hominum, nos tantum sumus tanquam asini*: confer *Carpzovii* de Vacca Rufa differtat. cap. I. §. 3. Habemus ergo, quod respondeamus illis, si Christianos ad asinorum societatem adjungere audeant, quod facere eos in Cod. *Berachoth* c. 3. p. 25. b. constat. Confer Bartoloccium Tom. III. Bibl. Rabb. p. 367. & Eisenmengerum Part. I. Iudaismi Detecti p. 716.

x) Eum veterum Iudæorum morem ex antiquitate probarunt præter Interpretes ad Act. XVIII. 3. *Lightfootus* in Horis Talmudic. ad Marc. VI. 3. Julius Bartoloccius Tomo. III. p. 793. & *Georg Ursinus* in Antiquitatibus Academ. Hebr. p. 377. sq. Vide etiam *Christiani Wilh. Læscheri* differt. de veterum consvetudine literarum studio opificia jungendi & *Conr. Rittershusii* Lectiones Sacr. p. 290.

y) Manifeste alludit ad *Pirke Avoth* cap. I. §. 15. ubi Schammai præcipit: עשה תורתך קבע h. e. *fac legem tuam fixam*: quorum verborum quæ sententia sit, Interpretes partim Hebræi partim Christiani, ac inprimis Drusius & Leusdenius eo in loco disquirunt. Ego secutus sum interpretationem Maimonidæ. Ceterum ex hac allusione perspicuum fit, Karæos hodiernos scripta Misnica diligenti manu evolvere, cum ipsis ejus phrasibus uttantur, quemadmodum noster in præfatione, ubi *volutari se in pulvere Sapientum* dixit, respexit ad cap. I. Pirke Avoth §. 4.

z) Alluditur ad Jes. LIV. 13. quam Φερέτιν ad Novi Foederis tempora accommodat Servator Sanctissimus Jo. VI. 45.

וחשקם התפלא להשגת האמתיות ירדפו אחרי דלתות החכמה והתורה עם סבלם עוני וחסרון גדול מכל מקום לא יתבטלו משלימות הנפשי· רק כי מצד אביונותם לפעמים לא יוכלו להשיג ספרים הצריכים להצעת השגותיהם ומדאגה מרבר צרכי הבית מרובה: אי אפשר להם כל כך להרחיב חבוריהם ולמלא בם את העולם כמו שעושים אחינו הרבנים בחבר אחד מהם איזה ספר שמיד יותן לבית הדפוס ויפשט בעולם כלו· וגם אני עבדך חוליתי במחלה זו למעוד ובבוא דברך הנכבד בכתבך היקר ובשאלותיך לא יכולתי כל כך במהרה למצוא ספרים להעזר בתשובתך רק אחר הטרח והבקשה והדרישה שהוכרחתי בצוק הזמן והרעב הוא אשר לא נשמע כמוהו להתטלטל מקהלה לקהלה למצא אמרי חפץ" עד שיגעתי ומצאתי מה שאהבה נפשי שגם החכמים האחרונים שלנו בין קהלות ארצות ישמעאל וקדר היו דורשים וחוקרים את הסבה שנחלקו מצרה הקראים מהרבנים· ואת הזמן אשר ממנה הותחלה המחלוקת וחקרו ומצאו וכתבו והשאירו אחריהם ברכה וזכר לדור אחרון"

(*Thren.* I. 9.) His vero ſpeciatim temporibus difficillimis, ob peccata noſtra hinc inde vagantur, panem quærentes, ſed nemo eſt, qui illis largiatur. (*Thren.* IV. 4.) Nihilominus tamen, quoniam animus eorum & intellectus incenſus eſt mirabili deſiderio & ſtudio veritatis, obeunt fores ſapientiæ ac Legis, quamvis paupertatis magnæque inopiæ onus ferant, animæ tamen perfectioni ſtudere non deſinunt. Ob paupertatem tamen ſuam interdum non poſſunt conſequi libros, quibus commentationes ſuas confirmare queant, & obſtat cura rerum ad rem familiarem neceſſariarum. Hinc fieri etiam non poteſt, ut tam multos procudant libros, iisque orbem impleant, ceu faciunt fratres noſtri Rabbanitæ, ex quibus ſi quis librum conſcripſerit, is ſtatim typis exſcribendus traditur, & ſic per totum mundum divulgatur. Ego quoque, ſervus tuus, cum eodem morbo valde conflictatus ſum, cumque ſermones tui cultu digniſſimi & quæſtiones per literas eximias ad me deferrentur, non ſtatim in tanta feſtinatione illos libros invenire potui, quibus in reſpondendo juvari poſſem. Nihilominus tamen nulli labori, ſcrutinio & induſtriæ peperci, quæ impendenda mihi erant in illa & temporis & rerum anguſtia, cui ſimilis nunquam audita eſt, adeo ut per omnes Synagogas jucunda verba inventurus oberrare debuerim, donec inveni ea, quorum deſiderio tenebar, quia etiam Sapientes noſtri recentioris ætatis in regionibus Iſmaelitarum & Tartarorum ſcrutati ſunt & perveſtigarunt cum cauſam, ob quam Karæi a Rabbanitis diſſenſerunt, tum tempus, quo ipſa diſſenſio fuerit orta:

ta: Inquisiverunt, inquam, illi & invenerunt, & scriptis consignata benedictionis instar & in rei memoriam posteris reliquerunt. Quemadmodum etiam ipse jam observavi, quod libri, qui hujus controversiæ originem exponunt, in regionibus ab his finibus ad modum remotis, h. e. in terra Ismaelitarum, Arabia, Damasco & Ægypto inveniantur. Sic & Sapientes illi, qui investigarunt & perquisiverunt causam ac tempus dissensionis, in iisdem regionibus commorati fuerunt, ut propterea assertionibus eorum tuto inniti liceat. En itaque transferam huc ex sermonibus Sapientum illorum celebratissimorum eorumque libris ea, quæ & tenuis ingenii suppellex assequetur. Quicquid vero manus mea imbecillis invenerit, id totidem literis totidemque vocibus transscribam & in distincta capita referam, ne lector ea inventurus defatigetur.

אחרון״ וככר כתבתי שעקר המחלוקת קרמוני הספרים שלנו הם נמצאים בארצות הרחוקות מגלילנו ר״ל בארץ ישמעאל וקדר ובארץ דמשק ומצרים· וגם החכמים האלו הדורשים והחוקרים את סבת חמן המחלוקת הם כמוכן היו בגלילות ההם עלכן ראוי לסמוך על דבריהם· והנה אביא העתקות מדבריהם של החכמים המפורסמים ומספריהם כל מה שתשיג הבנתי הקצרה והמעוטה· וכל מה שידי החלושה משגת במציאותו אות באורת מלה במלה ואשימם בפרקים מיוחדים למען לאילאה הרוצה למצאם·

Cap. VIII.

TRIBUS BENJAMIN.

פרק ח׳ מטה בנימין

Qui fratris sui majoris natu (Josephi) desiderium auxit, quo ferebatur in eum videndum, ut etiam a fratribus suis postularet, ut verbis suis, quibus se a suspicione susceptæ explorationis vindicarent, eo ex Patris sui domicilio adducto facerent fidem; idem nunc verba, quæ in terrogans desiderat ex commentariis historicis Sapien-

אשר גדל כוסף אחיו הגדול אליו לראותו ותבעו מאחיו כשיאמנו דברי התנצלותם מהיותם מרגלים בהביאם אותו מבית אביהם· יביא דברים הנכספים להדרת השואל מתוך המעשיות בדברי חכמינו אשר תבעם בשאלותיו לשיאמנו דברינו בם בהתנצלנו

בהתנצלנו מהיותנו צדוקים׃ תעמוד בפני אביו השואל האדון ויאמר כך״ אחרי שרצה אדוני שכתבתי להדרתו אודות ספרי חכמינו שאודיע לאדוני באיזה זמן היה חי המחבר ומה טיבו של הספרי׳ בכן בבואי להעתיק מדברי איזה חכם שלנו אגידה לאדוני מי הוא ואנה הוא ובאיזה זמן הוא היה חי״ החכם רבי כלב מכונה אב״א שהנרצה בו ראשי תיבות מסימן משפחתו ומבית אביו א״פונדופולו ב״ן א״ליהו היה תלמידו ובעל אחותו של החכם הר״ר אליהו בישיצי שהיה בעיר קוסט״נתינה עיר המלוכה של מלכות ישמעאל שחבר ספר אדרת אליהו שהוא ספר מצות שלנו פוסק אחרון קרוב מכל הפוסקים לזמננו זה׃ ורבי אליהו לא השלים ספרו הנ״ל כי לקחו אלהים׃ והשלימוה תלמיד הנ״ל רבי כלב בשנת נ״זר הקדש לאלף הששי לבריאת העולם׃ ומושב זה החכם היה בעיר אדרינ״פולית ובעיר הלבן בארץ יון שהיא עכשיו תחת יד ישמעאל׃ והוא היה רב פעלים חכם בלשון יוני וחבר ספרים רבים

pientum nostrorum, quos ipse in quæstionibus suis proferri sibi voluit, afferet, ut confirmentur sermones nostri, quibus Sadducæos nos esse negamus. Stat igitur coram Patre suo interrogante, & hæc ait: Quoniam, Domine, voluisti, ut ad te perscriberem de libris Sapientum, & exponerem, quo tempore vixerit Scriptor, & quæ sit libri cujusque conditio, propterea antequam aliquid ex scriptis variorum inter nos Sapientum adducã, dicam, quis ille Scriptor sit, unde ortus, & quo tempore vixerit. Sapiens a) R. *Caleb* cognomine *Aba*, cujus literæ initiales familiã ejus & gentem designant, scilicet: *Aphondopolo fil. Eliæ*, fuit discipulus & maritus sororis Sapientis b) R. *Elia Beschitzi*, qui degebat CPoli, urbe Regia in Regno Turcarum, scripsitque librum sub titulo *Pallium Eliæ*, quo in præcepta commentatur, ultimusque ac nostris temporibus proximus est ex illis, qui de institutis nostris quidquam definierunt. Rabbi Elias autem perfefecit laudatum librum, quia Deus istum abstulit. Absolvit itaque discipulus ejus cōmemoratus R. *Caleb* c) an. 5257. ab O. C. Habitavit autem Sapiens ille Adrianopoli & Albæ Græcæ, quæ nunc est in potestate Turcarum. Hic magnorum meritorum Vir fuit, linguæque Græcæ peritus,

a) Tam distinctam hujus Karæi notitiam alibi vix inveneris. *Schabtai* enim, qui nec accuratus satis nec diligens in recensendis Karæorum scriptis est, unum tantum ejus librum nempe ס׳ הכימה commemorat, qua de re videbimus alias.

b) Hic R. *Eliæ Byzantini* liber editus est CPoli, & a Seldeno, Jo. Meyero aliisque crebro allegatur.

c) Annus hic, qui respondet A.C. 1497. in Hebræo exprimitur per נז״ר quæ vox, more Hebræis in designandis annis recepto, desumta est ex Exod. XXIX. 6. ubi memoratur נזר הקדש.

tus, & varios libros Astronomicos, Arithmeticos & Geometricos composuit, qui tamen in nostris regionibus non inveniuntur. Duo tamen ex scriptis ejus apud nos exstant, quorum alterum vocatur *hortus Regis*, qui liber bonæ frugis est plenissimus, quippe quo comprehendit meditationes suas oratorias & commentationes elegantiores metricas, poeticas & rhythmicas, quas vivus composuit, nec minus quæstiones ac responsiones de rebus naturalibus, divinis & ad varia doctrinæ genera pertinentibus, de quibus cum filiis & discipulis suis disputaverat. Hic liber amplus est, disseritque de rebus arcanioribus & rerum naturalium proprietatibus, ac de ratione eleganter scribendi præcipit. Nec invenitur alibi exemplum ullum, sed hoc solum ipsius auctoris manu scriptum in regiones nostras pervenit. Alterum vero ejus scriptum, quod apud nos exstat, vocatur *liber Decem tractatuum*, qui ad interpretandum Canticum Canticorum & Psalmũ CXIX. pertinet, in qua explicatione tecte agitur de antiquiore circa doctrinam inter Karæos & Rabbanitas dissensione. Liber ille plenus est bonæ frugis de argumentis tam divinis, quam naturalibus, disquisitionibusque legalibus & rationibus præceptorum reddendis. Sub initium libri amplam præfationem struxit, in qua de causis & tempore ortæ dissensionis disserit. Et ut tuo, Domine, mandato fiat satis, ex illa præfatione folia nonnulla totidem literis & vocibus huc transscribam. Loquitur itaque hunc in modum: d) *Nosti jam causas dissensionis, quæ in populo Israëlitico*

רבים בתבונה ובמספר ובתגרסת והם אינם נמצאים בגלילותינו אלו׃ רק מחבוריו נמצאו בגלילנו זה שנים ספרים׃ אחד נקרא גן המלך והספר הזה מלא כל טוב שקבץ בו כל מליצותיו וחבוריו היקרים השקולים הפיוטים והחרוזים שחבר בימיו וכמו השאלות והתשובות בטבעיות ואלהיות ולמודיות שהיה מפלפל עם בניו ותלמידיו׃ והוא ספר גדול מלא חידות וסגולות והוראות איך לכתוב כתבים ומליצות׃ ולא נמצא בעולם נוסחה אחרת רק בא לגלילנו זה כתיבת ידו של המחבר עצמו. והשני מספריו הנמצאים אצלנו נקרא ספר עשרה מאמרות והוא ספר על שיר השירים ועל מזמור אשרי תמימי דרך שפירש את המזמור ברמזים רומזים על חלוקת הדת הקדמונית לקראים ורבנים׃ והספר מלא כל טוב מאלהיות וחקירות תוריות וטעמי המצות׃ ובתחלת הספר עשה הקדמה גדולה שחבר בה בסבת המחלוקת ובזמנה׃ ולצורך צוויו של אדוני אעתיק מהקדמת ההיא כמה דפים אות באות מלה במלה׃ וזה לשונו׃ כבר ידעת שסבת המחלוקת אשר לבית

d) Integrum hunc locum affert Triglandius hebr. z. &. Latine p. 117. sq. a cujus interpretatione interdum non præter rationem, ut puto, recessi.

לבית ישראל קראים ורבנים
הם שלש סבות הסבת
הראשונה שהרבנים אומרים
שדברים רבים נאמרו למשה
מסיני על פה שלא נכתבו
בתורה· ומסרם גם הוא ע"ה
ליהושע ע"ה תלמידו· ויהושע
ע"ה מסרה לזקנים· והם למה
שאחריהם דור אחר דור· וכלם
נאמרו פה על פה ולא נכתבו
ביד משה ע"ה· עד שבא זמן
שהיתה התורה משתכחת ונראה
לאנשי הזמן ההוא לכתבם על
ספר בדיו כמו שהיה כל איש
מקובל ממי שקדם ממנו" ואנחנו
בני מקרא לא נאמין כן אלא
מה שצוה הוא ית"ב לנאמן ביתו
כלו כתבו בתורה· וכתוב·
לשמור מצותיו וחקותיו
הכתובה בספר התורה הזה·
וליהושע ע"ה כתוב לא ימוש
ספר התורה הזה מפיך· ר"ל
הרמוז אליך הנכתב על ידי
אביך· וכתוב למען תשמור
לעשות ככל הכתוב בו· וכתוב
למלך· וכתב לו את משנה
התורה הזאת· ועוד לשמר את
כל דברי התורה הזאת וזולת
אלו המאמרים מאמרים אחרים
מורים שאין המצוה כלל מסורה
על פה שלא נכתבה ואין
תורה אחרת לנו אלא זאת
הכתובה

tico inter Karaos & Rabbanitas intercedit, tres esse. Causa prima est, quod Rabbanitæ dicunt, res multas Mosi ex Sinai ore traditas esse, quæ non scriptæ sint in lege. Has eum ajunt e) *tradidisse Josuæ, super quo sit pax, discipulo, Josuam vero Senioribus, a quibus deinde ad posteros per varias generationes translatæ sint. Omnia vero hæc oretenus, nunquam vero a Mose literis propagata esse, usque ad illud tempus, quo lex oblivioni pateret, & consultum videretur illius ætatis hominibus, atramento consignare & libro comprehendere omnia, quæ unusquisque a decessore edoctus erat. Nos autem Scripturarii ita non statuimus, sed credimus potius, omnia, quæ Deus benedictus præcepit servo suo fideli, in lege expressa esse. Ita enim scriptum est:* (*Deut.* 30. 10.) ad servanda præcepta & instituta, scripta in libro legis hujus. *Scriptum etiam est Josuæ*, (*Jos.* I. 8.) *super quem sit pax*; non recedat liber Legis hujus ab ore tuo i. e. *id quod tibi indicatum scriptumque est per Patrem tuum. Scriptum etiam est: ut serves & facias omnia, quæ in eo scripta sunt: ibidem. Scriptum quoque est Regi* (*Deut.* XVII. 18.) & scribet sibi exemplar Legis hujus, *iterumq;:* ad custodienda omnia verba legis hujus; *aliaque his similia oracula, quæ evincunt, nullum omnino præceptū ore traditum esse, quod non itidem sit scriptum, neque aliam nobis legem esse nisi eam, quæ a Deo benedicto scripta est.* Altera *causa dissensionis ea est, quod dicunt,* f) *omnia, quæ in lege scri-*

I

e) Alludit forte ad *Pirke Avoth* cap. I. §. 1. ubi Moses dicitur *accepisse Legem* (quam de orali potissimum interpretantur) *de Sinai, & tradidisse eam Josuæ, Josuam vero Senioribus & Seniores Prophetis.* Adde Maimonidæ præfationem huic Codici præmissam, & alia Judæorum in hanc rem testimonia apud Eisenmengerum in Judaismo detecto Part. I. p. 56. & 299.

f) Ita præcepit R. Bechai in כד הקמח fol. 77. col. 3. ששה סדרים אלו הם תורה

scripta sunt, explicari debere ex Kabbala pro sententia ipsorum inventa. Nos autem ita non sentimus, sed omnia, quæ in lege scripta sunt, g) explicationem secum ferre censemus. Quamvis etiam Scriptura de nonnullis argumentis quandoque concisius agat, sunt tamen loca ejusmodi, quæ intelligentiæ per se patent: & Scriptura supponit, h) cum rerum intelligente se agere. Notum præterea est i) contextum & harmoniam sermonis ad voluntatē & mentem loquentis exprimendam spectare. Si enim aliter res haberet, nulla esset sermonis utilitas, & frustra ille foret. Et quis quæso reddet causam, quæ

הכתובה מאתו י״ת וי״ת״ הסכה השנית היא אמרם שמה שכתוב בתורה צריך פירוש על פי הקבלה האמורה לדעתם״ ואנחנו לא כן נאמין אלא כל מה שכתוב בתורה פירושו עמו· ואם הכתוב קצר בקצת עניינים הנה הם במקומות שלא תקצר ההבנה בהם· והכתוב סמך על המבין· וידוע שהסכמת הדבור הוא לבאר חפץ המדבר וכונתו· שאם לא כן אין בדבור ההוא תועלת ולשוא הוא· ומי יתן ואדע מי הוא המכריח לו י״ת כתוב התורה בדבור שאינו מובן

שבעל פה כי עקר התורה היא תורה שבעל פה שאין תורה שבכתב יכולה להתבאר כי אם על ידי תורה שבעל פה: h. e. *Sex Ordines illi* (Talmudici) *sunt lex oralis: fundamentum enim legis est lex oralis, quia lex scripta non potest explicari, nisi per legem ore traditam.* Omitto similia, & moneo tantum, Christianos ipsos, ex Judæorum Sententia, ad explicandam Scripturam Talmudicam doctrinam advocare debere. Vide *Theodor. Hackspanium* in tract. de Usu librorum Rabbin. p. 268. seq.

g) Similis loquendi ratio occurrit in *Sanhedrin* fol 38. 6. אמר ר׳ יוחנן כל מקום שפקרו המינים תשובתן בצדן: h. e. *Ubicunque errant haeretici, ibi responsio est a latere ipsorum.*

h) Eandem Φράσιν adhibent sæpe Interpretes Rabbanitæ, ubi indicant, de loci alicujus sensu ex substrata materia judicandum esse.

i) De regulis Scripturam interpretandi, quas Karæi præscribunt, ex ipsis exponit Cl. Schupartus in Exercitatt. suis p. 104. sq. His argumentis, quæ hoc loco contra traditiones Rabbanitarum afferuntur, addi merentur alia, quibus usus est R. *Schalmon ben Jerucham* Karæus, in carmine MS. singulari, cujus summa capita recenset Triglandius p. 120. sqq. Vide eundem p. 96. &. 108. Adde locum a V. C. Jo. Meyero in prolegomenis ad Seder Olam prolatū p 187. in quo R. Menachem traditiones sibi non constare observat. *Si* inquit, *Talmud sit ex verbis Prophetarum desumtum, cur res adeo diversa & dispares in eo deprehenduntur: Schola Schammai est contra Scholam Hillelianam, & Schola Hillel adversatur Scholæ Schammaana, ille benedicit, hæc maledicit.* Sic & apud eundem R. Aaron Karæus monet *Traditionarios in uno eodemque sermone multiplicare explicationes diversas & contrarias.* Ex hoc apparet, quam præter veritatem החכמים מסכימים Sapientes (Rabbanitarum) consentientes, Karæi vero חולקים dissentientes vocentur in lib. Cosari Parte III. p. 206. Ceterum iisdem fere argumentis adversus traditiones utitur R. Aharon fil. Eliæ in præf. ad librum suum ritualem, cujus partem Cl. Schupartus Exercitatt. de Karæis, p. 62. sq. inseruit.

מובן מאחר מדרכי ההבנה שבהן יודע חפץ המדבר וכונתו· עד שהוכרח הוא י"ת לבאר דבריו שכתב בתורה הכתובה ולפרשם על פה" והנה הוא כתב הואיל באר משה את התורה הזאת לאמר· וכתוב תורת ה" תמימה· ואם היתה צריכה פירוש על פה אין חסרה יותר ממנה" ועוד שאם הדבור לא יבאר חפץ המצוה והמזהיר לאשר לו יצוה ויזהיר יוכל המצווה והמוזהר לומר עשיתי ככל אשר צויתני· שיסבול המאמר פנים אחרים" כל שכן בענייני המצות והאזהרות ושאר התורות והמשפטים שבהם ענשים· אין יכול השי"ת להעניש לעובר בדבר שלא נתבאר רצונו וכונתו י"ת למוזהר· חלילה לאל מרשע ושדי מעול· השופט כל הארץ לא יעשה משפט· אל אמונה ומי כמוהו מורה י"ת" ואלו יאמרו שהקבלה היא פירוש במקומות התורה שהם מחוסרי תקון או שסובלים פרושים הפכיים בשוה שזה מסכלות המעיינים בה· החרשנו" אמנם קבלתם זו היא ביאור לפנים מה זולת המובן מהענין הכתוב בתורה· עם שכבר תהיה לפעמים הפכית או סותרת לו" הנה אין זה הענין אמת· ולא כן ברצונו י"ת כי אם גזירת מהם וממשלה להם" הסבה השלישית היא באמרם שהתורה הרשתה להם להוסיף ולגרוע בעניני

quæ impulerit Deum benedictum, ut scriberet legem, cujus verba intelligi non possent, omnibus etiam interpretandi modis adhibitis, per quos alio quin mens loquentis innotescit, adeo ut coactus Deus sit, verba, lege scripta expressa, illustrare & per traditionem oralem interpretari. Et ecce scriptum est: *voluit Moses explicare legem illam dicendo* (Deut. I. 5.) Scriptum vero alibi est: *lex Domini perfecta est* (Ps. XIX. 8.) Quod si autem indigeret explicatione per traditonem oralem, nihil magis imperfectum ea foret. Porro, si sermo non exprimit voluntatem jubentis & admonentis illi, quem jubet & admonet, is sane, cui aliquid præcipitur, dicere poterit legislatori: feci omnia, quæ facere me jussisti, quia scilicet sermo recipere potest varias formas sive sensus. Hoc inprimis obtinebit in præceptis & admonitionibus reliquisque legibus & institutis, quæ sub pœna caventur; non poterit certe Deus Benedictus pœna afficere transgressorem, quippe cui mens & voluntas ejus non satis manifesta est. *Absit vero a Deo impietas & ab omnipotente iniquitas.* (*Job.* XXXIV. 10.) *Judex totius terræ ita non judicabit:* (*Gen.* XVIII. 25.) *Deus fidelis est* (*Deut.* XXXII. 4.) *& quis Doctor sicut ipse?* (*Job.* XXXVI. 22.) Quod si excipiant, Kabbalam interpretari legē in locis, quæ indigeant ordinatione, aut quæ contrariam admittant interpretationem, dicemus, id deberi tantum stupiditati eorum, qui legem considerant. Hoc modo eos ad silentium redegerimus. Vere enim Kabbala istorum talis expositio est, quæ a sensu & mente illius quod in lege scri-

ſcriptum eſt, recedit: quid quod paſſim illi k) ſit adverſa, eamque evertat. En! hic non eſt verus ſenſus, nec hæc eſt Dei voluntas, ſed ipſorum decretum, eorumque Dominatui inſervit. Cauſa tertia diſſenſionis eſt, quod dicunt, legem facultatẽ ſibi relinquere addendi vel demendi aliquid, in argumentis legalibus, præceptis vel admonitionibus, prout viſum fuerit Sapientibus omnium ætatum. Imo ajunt: (credi illis deberi) *etiam ſi tibi dixerint, dextram eſſe ſiniſtram, & ſiniſtram dextram.* Nos autem ita non ſentimus, quia ſcriptum eſt: (*Deut.* IV. 2.) *non addetis quicquam illis, quæ ego hodie præcipio vobis, neque demetis quicquam.* Et alibi: (*Deut.* XII. 32.) *non addes neque demes.* Et ſi inveneris aliqua, quæ præſtare & ſervare teneamur, neque tamen in lege diſerte & aperte ſcripta ſint: vel ſi viciſſim alia inveneris, quæ ſcripta quidem ſint, ſed ſecundum literam revelatam nobis non accipienda adeoque diſerte non injuncta videantur; ea omia intelliguntur ex accuratiori & diligentiori legis ſcrutinio, & per ſapientiam inde eliciuntur. Lex enim data eſt intelligentibus, & iis qui l) aliud ex alio deducant, id quod pro additione vel diminutione haberi non debet, ſed inſtar cautelæ & ſepis eſt, ne incidamus in rete additamentorum; hoc

בעיני התורה ממצוה ואזהרה מפי מה שיראה בעיני חכמי כל דור ודור׳ אמרו ואפילו יאמרו לך על ימין שמאל ועל שמאל ימין׳ ואנחנו לא כן נאמין כי כתוב לא תוסיפו על הדבר אשר אנכי מצוה אתכם היום ולא תגרעו ממנו׳ ואמר לא תוסיף ולא תגרע׳ ואם תמצא דברים נתחייבנו בעשייתכם ובשמירתכם ולא נכתבו בתורה בהדייא בביאור׳ או שנכתבו ואנו לא נחשבם כפשוטם הגלוי ואין אנו נזהרים בהם׳ הנה הוא מצד הדרישה והחקירה היוצאת מן התורה והנודעת ממנה אחרי החכמה׳ כי התורה נתנה לחכמים להוציא דבר מתוך דבר׳ ואין זה תוספת וחסרון כי אם גדר וסייג שלא נכשל ברשת התוספת שכונה התורה האלהית והזהירתנו בהם׳ ואם הכתוב אומר על פי התורה אשר יורוך ועל המשפט אשר יאמרו לך וגו׳

k) Exſtare varia in Talmude, Scripturæ Sacræ e diametro oppoſita, apparet ex iis, quæ, ut ceteros taceam, ad duxerunt *Eiſenmengerus* in Iudaiſmo Detecto Part. I. p. 342. ſeqq. *Theodor. Hackſpanius* in tractatu de Uſu librorum Rabbinicorum p. 260-281. & *Cl. Georg. Eliezer Edzardus*, Collega honoratiſſ. 22. præf. ad Cap. I. Avoda Sara.

l) Karæos in derivandis per conſecutiones ex Lege inſtitutis ſuis ſubtiliores eſſe ſolere, monet liber Coſari Parte III. p. 241. qui & p. 191. Regem Coſaræum introduxerat profitentem, Karæorum rationes ſibi viſas eſſe *validiores & Senſui literali Legis convenientiores.* Sic etiam R. Schabtai in שפתי ישנים p. 4. num. 71. monet, Karæos affirmare שהם מקיימים המקרא בפשוטה i. e. quod literalem Scripturæ ſenſum ſectentur.

וגו" הלא הכתוב אומר כי יפלא ממך דבר למשמט" ולדעת הכונה האלהית היא בדבר שהוא מכח התורה ונעלם ממנו• עליו נאמר על פי התורה אשר יורוך• כי הם העוסקים בתורה ויודעים פלפוליה ודקדוקיה להוציא דבר נעלם מתוך דבר דבר בכתב עד שתודע הכונה האלהית באמתתה• ולכן אין לזוז מדבריהם" אלו הן השלש סבות שמפניהם נחלק בית ישראל ל"ב כתות ותורות קראים ורבנים" והנה אלו היתה קבלתם זו אמתית למה היתה חלוקה בפי מקבליה זה אומר ככה וזה אומר ככה הפך מאמר חבירו או סותר לו אחר שכלם קבלוה מפי איש אחד" וידוע שכל קבלה צריכה להיותה אחת בפי כל מקבליה ושיודו בה הכל• ואלו היתה כן גם אנחנו היינו סומכים בה ונשענים עליה כמו שאנחנו סומכים על קבלתנו הנקראת בפי משכילנו ע"ה סבל הירושה והעתקה משל

hoc intendit lex divina, nosque omnio admonitos cupit. Et quando Scriptura ait: (Deut. XVII.) 11. *ſecundum legem, quam docebunt te, & ſecundum judicium, quod dicent tibi* &c. nonne hoc ſibi vult, quod aliquid ad judicium pertinens abſconditum illis futurum ſit, & quod propterea Divini Numinis ſententia ad diſci debeat, quia illa ex Lege cogitando eruatur, alioquin vero obſcurior ſit: de illis in telligenda ſunt verba: *ſecundum legem, quam docebunt te.* Iſti enim occupantur in lege, & arcanos ejus receſſus ac ſenſus perſpectos habent, ut rem ignotam ex ſcriptura deducant, donec conſilium divinum vere innoteſcat. Hæc cauſa eſt, cur ab illorum verbis recedere non liceat. Hæ ſunt tres illæ cauſæ, ob quas domus Iſraël in duas abiit ſectas & partes, Karæorum ſcilicet & Rabbanitarum. Ecce autem ſi traditio eorum eſſet vera, cur tam diverſa eſt m) pro diverſitate recipientium, alio ſic, alio aliter eam efferente, ut vel prorſus a ſocio diſſentiat, vel eum oppugnet, cum tamen omnes ab uno Viro acceperint. Conſtat autem, traditionem omnem eandem in ore omnium Traditionariorum eſſe debere, ita ut omnes eam profiteantur. Quæ res ſi ita haberet, nos quoque in illa inniteremur & recumberemus, ſicut acquieſcimus in n) traditione noſtra, quæ a Doctoribus no-

m) Vide quæ notata ſunt lit. i. Contradictionum ejusmodi Talmudicarum exempla congeſſit Conradus Fronmullerus in epiſtolis duabus Hebraicis ad R. Henochum ben Levi de ſententiis Rabbinorum diverſis ſibi contradicentibus Altorf. 1679. 4. cum Judæi reſponſione & erudita Chriſtoph. Arnoldi præfatione editis; adde Hoornbeck. de convincendis Judæis p. 107. Laudatus Edzardus p. 25. præf. ad cap. I. Avoda Sara, & Eiſenmengerus Parte I. Judaiſmi p. 313. ſq. Sic ipſi Rabbini in *Sanhedrin* fol. 88. col. 2. fatentur, auctis R. Hillelis & R. Schammæ diſcipulis auctas fuiſſe diſſenſiones, & Legem quaſi duplicem effectam eſſe.

n) Non igitur omni deſtituuntur traditione Karæi, quam majoribus ſuis acceptam ferant,

משלשלת· כי מה שיתבאר
בה כל ישראל פה אחד בו
מודים כלם· עם שיש להם
סיוע מן הכתוב· ואמר רבי
טוביה העובד ע״ה שכל העתקה
שאנו מודים בה יש לה רמז מן
הכתוב· ואם יאמר אומר
שהעתקה פלונית אין לה סיוע
מן הכתוב אין זה אלא מקצרון
יד שכלו ברמז ההוא ואין
בקבלתנו דבר שאין להרמז מן
הכתוב והכתוב פירושו
לא שהוא פירוש לכתוב כל שכן
להיות

ſtris p. m. vocatur onus hereditate acceptum, & doctrina continua ſerie ad nos deducta. Omnia enim, quæ in illa expoſita ſunt, omnes Iſraëlitæ uno ore vera eſſe pronunciabant, præterquam quod in ipſa Scriptura habeant fundamentum. o) R. *Tobias Obed* (ſive *Serviens*,) ſuper quem ſit pax, ait omnem conſtitutionem, quam recipimus, quoddam ſui indicium in Lege habere. Si quis vero dixerit, hanc vel illam conſtitutionem ex Scriptura deduci non poſſe, id intellectus, indicium illud non aſſequentis, tenuitati tribuendum eſt: nec quidquam eſt in traditione noſtra, cujus veſtigium in Scriptura oſtendi non poſſit. Ex eadem quoque interpretatio ejus (Kabbalæ) peti poteſt, minime vero ipſa legem ſcriptam interpretatur, tantum abeſt, ut Kab-

quemadmodum etiam *infra c.9.* in hac ipſa tractatione gloriantur, multa majorum & Doctorum ſuorum dicta in Rabbanitarum Talmude exſtare. Propterea R. *Jehuda ben Eliezer* Karæus tria ſuorum præſidia in Scriptura interpretanda enumerat apud Seldenum de Uxore Hebræa lib. I. c. 3. p. 7. his verbis: וישענו על דרכים שלושה כתוב והקשה וסבל הירושה h. e. *& innituntur viis tribus, Scriptura, argumentatione & hereditaria argumentationum transmiſſione.* Quo in loco notari par eſt, traditionem eodem, quo noſter utitur, nomine appellari. Ita Rich. Simon in Supplem. ad Leonem Mutin. de ritibus Judæorum recentt. ex limine commentarii *Aaronis ben Joſephi* in Pentateuchum obſervat, Karæos non omnes traditiones, ſed falſas tantum, inanes & abſurdas rejicere, additque, eundem conſtituere certas notas veram a falſa traditione diſcernendi, quæ legibus, a Vincentio Lirinenſi datis, reſpondeant. Ad eundem Aaronem provocat *Jo Morinus* p. 520. Antiquitatum Eccleſiæ Orient. in ep. ad Jo. Buxtorfium, ut probet, Karæos Talmud & Miſchnam non admittere ut regulam fidei, verum utilem ſæpe ad Scripturæ illuſtrationem. Adde eundem p. 528. Unde etiam forte ipſi Karæi, quod poſtea ex ipſa hac commentatione apparebit, adducti ſunt, ut ſuos ad legendum Talmud cohortarentur, niſi malis, hoc eo conſilio factum, ut tela inde in Rabbanitas torqvenda capere poſſent. Interim magna adhuc inter Rabbanitarum & Karæorum traditiones diverſitas occurrit, ſive copiam, quæ apud hos minor eſt, ſive fundamentum, quod iidem ex Scriptura repetunt, ſive auctoritatem, quam interdum ſubterfugiunt, ut non uno exemplo noſter ſupra probavit, ſpectes. Hoc adhibito temperamento non video, cur Rich. Simonius reprehendatur a Triglandio p. 125. diſſert. inprimis ſi totus Simonis locus in Hiſtor. Crit. V. T. lib. I. c. 29. p. 148. ed. Lat. legatur.

o) Locum hunc affert Triglandius p. 125. ſq.

לחיות הקבלה ההיא הפכית או סותרת לענין הכתוב בתורה· כמו שכן הענין בקבלה שהודו בה אחינו הרבנים· ולכן נחשדה קבלתם בעיני משכילינו נ״ע עם שיש לה עד דברים רבים ועניינים לא יכילם לב המשכיל· וכבר הזכירום החכמים ע״ה בספריהם· ולכן לא הודו בה כי היא דת חדשה מקרוב באה· לא שערות אבותינו הראשונים מזמן נתינת התורה עד זמן המלכות ועד זמן עזרא הכהן ע״ה· עד שקמו אנשים אחרים ופירשו התורה על פי קבלתם שהודו בה ושברו מלבם· וכדי להטיל אימה ופחד בלב העם כדי שיקבלו דבריהם· היו אומרים לכל סייג ותקנה שהיו עושים שזה להם בקבלה ממשה רבינו ע״ה· עד שנכשלו רבים בזאת התחבולה ונוקשו ונלכדו.

Kabbala illa oposita sit, aut repugnet rebus, Scriptura comprehensis, quæ conditio est illius traditionis, quam Rabbanitæ, fratres nostri, recipiunt. Propterea etiam Kabbala eorum doctoribus nostris, quorum quies sit in paradiso, suspecta visa est, ut taceam, multa in illa afferri, p) quæ animus prudens capere nunquam possit, qualia jam pridem Sapientes attulerunt. Cumque adeo Lex nova sit & recens inventa, illi eam non approbarunt. Non cogitarunt de ea majores nostri antiquioris memoriæ, inde ab eo tempore, quo data lex est, usque ad tempus introductæ Regiæ potestatis, & usque ad Esram Sacerdotem, super quem sit pax: donec prodierunt tandem homines alii, qui Legem ex traditione sua, quam ex ingenio confictam profitebantur, exposuerunt. Ut autem venerationem & timorem in animis vulgi sibi conciliarent, verbaque ipsorum facilius reciperentur, de singulis institutis & præceptionibus suis dicebant, eas beneficio traditionis a Mose Magistro nostro, ad se pervenisse. Qua quidem fraude multi circumventi sunt, nec pauci etiam ex illis, qui postea vixerunt, irretiti & quasi capti. Iidem interpretationem allegoricam etiam confusissimam magni fecerunt & extulerunt, ipsique servo domus fideli (*Mosi*) acceptam ferentes dixerunt, q) traditionem hanc Mosis ex monte Sinai

p) Absurdas ejus modi Talmudis assertiones recitat R. *Schalmon ben Jerucham*, quarum partem inde repetit Trigland. p. 124. Christiani vero in illis ex Talmude colligendis longe diligentiores se præstiterunt, quos alibi proferemus. Interim digna sunt, quæ legantur Mich. Neandri in Catalogo librorum varii generis, Erotematibus Linguæ Hebr. p. 478. subjecto, Ant. Hulsii in præf. ad Theologiam Judaic. p. 1. & 8. ac in ipso opere p. 446. & Cl. Edzardi, quo nemo hodie has literas felicius tractat, in calce præfat. ad cap. I. *Berachoth* judicia.

q) Illustris hanc in rem locus exstat in Cod *Berachoth* fol. 5. a. ubi ex Exod. XXIV. 12. probare conantur & Scripturam S. & Gemaram Mosen in monte Sinai accepisse שכולם נתנו למשה מסיני.

nai esse. Neque hoc sufficere putantes, r) transgressorem Legis flagellatione, qui vero verba Sapientum violaret, supplicio capitali dignum esse dixerunt. Cum autem Viri de verbo Dei soliciti, h. e. ipsi illi, qui reliqui erant Sapientes (*Karæi*) viderent, magno illud offendiculo fore Israelitis & introducendæ Legi novæ inserviturum, veriti scilicet, ne postea simili modo leges alias immutarent, quod temporibus nostris videmus factum; consultum putarunt, se ab illis sejungere, nec verbis eorum audientes esse, secundum id quod dixit Deus Bened. (*Deut.* XIII. 8.) *Non delectaberis eo, neque audies eum.* Illi itaque explicarunt Legem secundum sensum literalem simplicem ac verum, qui cum sana ratione non pugnet, donec hoc modo lumen intellectus, & expositio legis, quæ menti divinæ responderet, apud nos amice conspirarent. (*Ezech.* XXXVII. 17.) Et sane tempus, quo separati sunt Karæi a Rabbanitis, incidit in Templum II, cum s) *Matathias* Sacerdos, fil. *Jochananis* Sacerdotis magni & filii ejus superiores essent,

ונלכדו בת רבים מהבאים אחריהם· ואפילו דרש משובש הגדילוהו והחשיבוהו ותלו אותו לנאמן בית ואמרו שזה הלכה למשה מסיני· ולא די להם זה אלא אמרו שכל העובר על דברי תורה חייב מלקות" וכל העובר על דברי חכמים חייב מיתה" ובראות זה הענין החרדים אל דבר ה" הם המה השרידים החכמים ע"ה שזה מביא שכלון גדול לישראל לחדש תורה שנית· שמא אולי כי יחדשו אחריה גם כן תורות אחרות כאשר בזמננו זה· לכן כונו להבדל מהם לבלתי שמוע בקולם כמאמרו י"ת לא תאבה לו ולא תשמע אליו· ופירשו התורה על פי פשוטה שאינו עומד כנגד השכל· עד שיהיו אור השכל ופירוש התורה שהיא על פי הכוונה האלהית לאחדים בידינו· ואמנם בזמן שנחלקו קראים ורבנים הנה היה בזמן בית שני כשגבר מתתיה הכהן בן

r) Locus quem hic Noster innuit, exstat in Cod. ערובין cap. II. fol. 21. 2. cum quo compara librum כפתור fol. 121. Alia vero loca Rabbanitarum, in quibus Talmud præfertur Legi scriptæ, magno numero attulerunt *Jo. Buxtorfius* in limine Recensionis Operis Talmud. & Synag. Jud. c. III. *Julius Bartoloccius* Tom. III. Bibl. Rabb. p. 399. Cl. G. E. Edzardus in eruditis observationibus ad cap. I. Avoda Sara p. 331. & Rev. Henr. Muhlius in Apologia Talmudica p. I. sq. Impudentiæ specimen dedit *Salomon Zevi*, quando in *Theriaca Judaica* c. VI. sect. 3. affirmat, se Talmud non præferre Legi scriptæ, sed utrumque eodem loco & pretio habere.

s) Polypum sive Philippum a Mattathia interfectum esse, tradit epitome Josippi p. 16. ed. Munsteri. Flavius vero Josephus illum exercitus Ducem Apellem vocat. v. Antiquitt. XII. 8. p. 411. Pseudo Gorionides denique lib. 3 c. 8. p. 197. Principem, quem non nominat, gladio a Mattathia interfectum, ceteros vero, qui cum ipso fuerint, Principes ab eo fugatos refert.

בן יוחנן כ״ג ובניו והרגו את פוליפוס שר צבא מלך יון אנטיוכוס· כי אחרי שמלך כורש אע״פ שהיו ישראל בגלות כלם היו כאחד אין ביניהם חלוקה כלל״ כי עדיין היו גם נביאים אז והם חגי זכריה ומלאכי ועזרא הכהן עמהם ראש לכלם· ועמהם זקנים אחרים כגון דניאל וחביריו ומרדכי בלשן חולתם תשלום מאה ועשרים זקנים הם בפי הכל אנשי כנסת הגדולה· היא בית דין של עזרא״ והאחרון מכלם הוא היה שמעון הצדיק נכד של יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול שכהן בבית שני אחר עזרא הכהן וכלם היו הולכים אחר התורה הכתובה הרשום בכתב אמת· שנאמר לשמר מצותיו וחקותיו הכתובה· לבלתי היות להם מצות מסורות בפה שאין להם סיוע מן התורה״ והיו כלם מתנהגים על פי מה שהיו מורים להם החכמים מורי התורה שבזמן ההוא היו· לבלתי היות שם בהוראתם תוספת ומגרעת על מה שכתוב בתורה שנאמר לא תוסיף עליו ולא תגרע ממנו· ובידם היו כל התקנות והמנהגים הטובים והגדרות והסייגים שהודו בם כלם שלא היה א״ מהם יכול לפקפק ב״א מהם״ כי לכלם רמז וסיוע מן התורה הכתובה

ſent, & occiderent Philippum, Ducem exercitus Regis Græcorum Antiochi. Imperante enim Cyro, quamvis Iſraelitæ in captivitate eſſent, omnes tamen idem ſentiebant, nec ulla erat inter eos diſſenſio; erant enim adhuc Prophetæ, Haggæus, Zacharias, Malachias & Eſra Sacerdos, Præſes omnium. Præter hos erant Seniores alii, v. c. Daniel & ſocii ejus, Mardochæus, & Balſchan, aliique præter eos, numero centum & viginti Seniores, qui ab omnibus vocantur Viri Synagogæ Magnæ, quæ domum Iudicii Eſræ efficit. Ultimus omnium erat t) *Simeon Juſtus*, nepos Joſuæ, filius *Jozadack* Sacerdotis magni, qui erat ſub Templo II. poſt Eſram Sacerdotem. Hi omnes ſequebantur legem ſcriptam, cujus non dubia eſt veritas. Sicut dicitur: *ad ſervandum præcepta & inſtituta ſcripta* (*Deut.* 28.45.) ne ſcilicet illis eſſent præcepta ore tradita, quibus nullum eſt in lege præſidium. Regebantur itaque omnes iis legibus, quas proponebant Sapientes Legis Doctores, qui illo tempore vivebant: ut proinde nulla eſſet in doctrina eorum additio neque diminutio in iis rebus, quæ lege expreſſæ erant. Dicitur enim: (*Deut.* 12.32.) *non addes illis, neq; demes.* In horū manibus erant omnes conſtitutiones & bonæ notæ ritus, præmunitiones item & ſepimenta legis, quæ communi conſenſu amplectebantur omnes, ut nemo perfringere ullum eorum poſſet. Omnibus enim indicium & præſidium

K in

t) De tempore, quo vixerit hic *Simeon Juſtus*, Chronologi Iudæorum diſſentiunt, quod fuſe exponit R. *Aſarias* in *Meor Enajim* lib. III. c. XXII. p. 90. b. ſq. adde *Jo. Henr. Otthonis* Hiſtor. Doctorum Miſchnicorum p. 13. ſqq.

in lege scripta erat, qua de causa etiam omnes Israelitæ illam profitebantur, & legem scriptam confirmabant, sicut de Esra dicitur: (*Nehem.* VIII.) *Et dixerunt Esræ Scribæ, ut proferret librum Legis Mosis. Et produxit Esra Sacerdos Legem scriptam, quæ non mutata erat, coram cœtu, & constitit tota concio tam viri quam feminæ, & omnes qui intelligere poterant, ut audirent, die uno.* Et legit illum in platea præsentibus omnibus, qui assequi poterant, imo audiente toto populo. Omnia autem præcepta, quæ non intelligebant illi, u) Levitæ explicabant, sicut dictum est: (*Deut.* 33. 10.) *docebunt judicia tua Jacobum & legem tuam Israëlitas.* Ibidem scriptum est: *Et Sacerdotes ac Levitæ intelligere faciebant populum legem, & legebant in libro legis Dei scriptæ explicate, & eruebant sententiam, ut intelligerent Scripturam.* Illi itaque duci se patiebantur per legem scriptam, prout docebant illos Levitæ aut Sapientes, Legis doctores. Sunt enim in ea profundissimi sensus, qui non omni homini patent. Nihilominus tamen non potuerunt illi addere præceptum ullum, aut detrahere quicquam, quia dictum est: (Deut. XIII. I.) *non addes illis quicquam, quæ præcepi vobis hodie, neque de illis detrahes.* Nonne nosti, quid

הכתובה ולכן כל ישראל היו מודים בהם ומקיימים התורה שבכתב שנאמר בעזרא· ויאמרו לעזרא הסופר להביא את ספר תורת משה· ויביא עזרא הכהן את התורה הכתובה שאין להשיבית לפני הקהל ועמדו כל הקהל מאיש ועד אשה וכל מבין לשמוע ביום אחד· ויקראו לפני הרחוב נגד הכל והמבינים לאזני כל קהל העם· וכל דבר מצוה שלא היו מבינים פירושה· היו הלוים מודיעים להם· שנאמר יורו משפטיך ליעקב ותורתך לישראל· וכתוב שם והכהנים והלויים מבינים את העם התורה ויקראו בספר כתורת האלהים הכתובה מפורש ושום שכל ויבינו במקרא· והיו מתנחגים על פי התורה הכתובה כפי מה שהיו מורים להם הלוים או החכמים שהיו מורי התורה· כי כה עומק גדול נפלא אינה נודעת לכל האדם ועם כל זה לא היו יכולים להוסיף עליה שום מצוה או לגרוע ממנה שנאמר לא תוסיף על הדבר אשר אנכי מצוה אתכם היום ולא תגרע

u) Karæi itaque hoc Nehemiæ caput ac speciatim eius somma octavum non de Chaldaica Legis interpretatione, quam ceteri Judæi hic quærunt, (v. *Nedarim* cap. IV. & *Megilla* c. I. fol. 3. comparatis iis, quæ habet R. *Asarias* in *Meor Enajim* c. 9.) non repugnante Hottingero in Thesauro Philologico p. 279. sqq. & aliis, sed de explicatione Legis, lectioni per ampliorem sermonem addita, accipiunt, quam genuinam esse Nehemiæ mentem fuse & solide ostendit *Jac. Altingius* in dissertat. VII. Heptadis suæ Tomo V. Opp. p. 198. sqq. & *Steph. Morinus* in Exercitat. de Lingua primæva p. 77. Confer ex nostratibus B. Aug. Pfeiferum in Critica Sacra p. 224. sq. & Venerandum Valent. Ernestum Lœscherum in eximio commentario de Causis Linguæ Hebr. p. 67.

תגרע ממנו" הלא תראה
מה שאמרו הרבנים על מקרא
מגלה שחמשה ושמונים זקנים
וכמה נביאים היו מצטערים
בדבר זה· אמרו שמ״ח נביאים
ח׳ נביאות שעמדו להם
לישראל וכלם לא פיחתו ולא
הותירו על מה שכתוב בתורה
אפילו אות אחת שנאמר אלה
המצות אשר צוה ה׳ את משה·
אלה המצות אשר נצטוינו מפי
משה· כך אמר לנו משה· ואין
נביא אחר עתיד לחדש דבר
אחר לכם" ומרדכי ואסתר
רוצים לחדש לנו דבר· ולא
זזו משם נשאים ונותנים בדבר
עד שהאיר הק״בה את עיניהם
וכ״ו" ואז קבלו מצוה זו"
שענין זה היה בזמן חגי זכריה
ומלאכי הנביאים והסכים
השי״ת על ידם· ולכן נכתבה
מגלת אסתר עם ספרי הקדש כי
הנביאים ההם כתבוה" הנה
נודע לנו מכל זה שאז היו כל
ישראל נשמעים לתורת משה
ולכל דבר וענין שהיה יוצא
מכחה ולו רמז וסיוע ממנה·
לא לדבר אחר" כל שכן בהיות
הענין ההוא הפכי או סותר
למה שנתבאר בתורה שבכתב
היו דוחים אותו לדעת כל
ישראל ההולכים אחרי תורת
משה"

quid dicant Rabbanitæ x) de libro Esther, quod scilicet 85. Seniores & Prophetæ multi in hoc negotio elaborarint. Ajunt etiam y) Prophetas 48. & 7. Prophetidas, quæ inter Israëlitas fuerint, nihil nec quod ad literam vel detraxisse vel addidisse illis, quæ in Lege consignata erant, secundum id, quod scribitur: *hæc sunt præcepta, quæ dedit Deus Mosi* (*Deut.* 29. 1.) *illa sunt præcepta, quæ injuncta sunt ore Mosis* — —: ita dixit nobis Moses — — : neque venturus est Propheta ullus, qui novi quidquam vobis afferat. Mardochai vero & Esther voluerunt rem novam cudere. De qua re consilia capientes (Seniores) non recesserunt, donec Deus Benedictus oculos eorum illustraret &c. Tunc demum receperunt illud præceptum. Hoc negotium accidit tempore Haggæi, Zachariæ & Malachiæ Prophetarum, per quos illud approbavit Divinum Numen. Quo factum est, ut liber Esther jungeretur libris sacris, quippe quem Prophetæ isti exaraverant. Ex his itaque manifestum nobis est, eo tempore totum populum Israëliticum Mosis legi audientes fuisse, & omnia recepisse, quæ ex ea deduci probari & confirmari poterant, præterea vero nihil. Quanto magis itaque eas, quæ vel prorsus contraria legi scriptæ essent, vel cum ea non conciliari possent, repulerint a se ex sen-

x) Fuse hæc exposita sunt in *Megilla* c. I. ex quibus apparet, Judæos librum Esther Viris Synagogæ Magnæ adscribere, quæ etiam sententia se præ ceteris probavit Huetio in Demonstr. Evangel. Propos. IV. p. 315. sqq. Confer Hottingeri Thesaur. Philologci, p. 488. & Natalem Alexandrum ætate VI. V. T. diss. VII.

y) De Prophetis illis & Prophetidibus vide Julium Bartoloccium Tom. III. Biblioth. Rabb. p. 457. ex Gemara Megillæ, & Celeb. Fabricium in Codice Pseudepigrapho V. T. p. 896. sqq. ex quo etiam constabit, ab aliis plures numerari.

sententia omnium Israelitarum, qui legem Mosis sectabantur. Fuerunt quidem, ita me Deus amet, nonnulli Israelitarum, qui deflecterent: neque hoc mirum est, cum vinea nulla sit sine spinis, & ipsius Mosis, super quem pax sit, tempore non omnes Dei præcepta secuti sint. z) Ecce vero anno primo Cyri impulit Deus Benedictus Regis animum, ut templum reædificari curaret, sed non perfecit is, quia occidebatur. Postea regnavit Ahasverus Estheræ maritus 14. annis, & obiit. Post eum regnavit filius ejus Darius, filius Esther, cui nomen est Artachsasta. Anno itaque primo imperii ejus exstrui cœpit Templum II. quæ structura, per 7. annos continuata, octavo regni ejus perfecta fuit. Imperavit is deinde 32. annis, occisus ab Alexandro Macedone, Græciæ Rege, quo ipso exspiravit Regnum Persicum, & incepit regnum Græciæ impium, ac* populus Israeliticus sub potestate Monarchiæ Græcæ centum & octoginta annis sub Templo II. fuit. Postea vero quam excisa fuit Persarum Monarchia, & Prophetæ ac Esra Legisperitus abierunt, ac prophetias donum ex Israele sublatum est, aggressus est Alexander ille Hierosolymam anno millesimo post Israelitarum exitum ex Ægypto, eo animo, ut anno quadragesimo exstructi Templi II. ædem

משה" האלהים אם היו קצת ישראל נוטים כי אין כרם בלא קוצים כי אפילו בזמן משה ע"ה לא היו כלם צדיקים הולכים אחרי האלהים· והנה בשנה הראשונה לכרש העיר השם י"ת את רוחו לבנות הבית ולא הספיק כי נהרג· ומלך אחשורש בעל אסתר י"ד שנים ומת· ומלך בנו אחריו הוא דריוש בן אסתר הנקרא ארתחשסתא· ובשנה ראשונה למלכו נבנה הבית שני· והיה נבנה ז" שנים תשלם בשנת ה" למלכו· ומלך ל"ב שנים והרגו אלכסנדרוס מוקדוני מלך יון זפסקה מלכות פרס והתחילה מלכות יון הרשעה והיו ישראל תחת יד מלכות יון בפני הבית השני מאה ושמונים שנה" ואחר שנשמדה מלכות פרס ומתו הנביאים ועזרא הסופר ונסתלקה הנבואה מישראל· בא אלכסנדר הזה על ירושלים וזה היה בשנת אלף לצאת בני ישראל ממצרים ובקש להחריבה פעם שנית בשנת ארבעים לבנין בית שני· ויצא שמעון הצדיק לפני המלך כיהוא היה אז כוהן גדול אחר עזרא הכהן לבוש בגדי כהונה וכאשר ראה אותו המלך אלכסנדרוס נשאו וגדלו ונתן לו

z) Fusius hæc referuntur in *Seder Olam* c. 29. p. 86. ed. Amstelod. *Abrah. ben David* in libro Cabbalæ p. 3. & R. *David Ganz* in Zemach David p. 53. ed. Vorstianæ, inter quos tamen dissensionem quandam inveneris, cum priores duo, quos noster sequitur, Ahasvero quatuordecim, posterior vero duodecim imperii annos tribuant.

* Scilicet inde a tempore Alexandri M. usque ad Hasmonæorum ætatem Judæorum Respublica Græcorum imperio subjecta fuit; vide inter ceteros V. C. Melchioris Leydeckeri Tomum II. Reip. Hebr. p. 564 qui ibidem p. 544. temporum rationes in iis, quæ post alios modo retulit noster, a Iudæis turbatas esse ostendit.

לו את שאלתו׳ ושאל שמעון
הצדיק מהמלך שלא יחריב
הבית ושלא להגלות את עם
הארץ׳ ונתפייס המלך בדבריו
ועשה רצונו וצוה לעבדיו
לעשות כן׳ ויתמהו על זה שריו
ועבדיו איך הוא חוזר מדברו
שאמר להחריב את ירושלים׳
והוא מעולם לא חזר ממה שזמם
לעשות׳ והשיב להם דמות
דיוקנו של זה אני רואה שהוא
מנצח לפני במלחמתי׳ שלכל
אומה ומלך מלאך ממונה
משופט כל הארץ׳ שנאמר שר
מלכות פרס׳ שר מלכות יון׳
מיכאל שרכם׳ והתנה המלך אז
עם שמעון הצדיק שני תנאים׳
האחד שכל בן שיולד לכוהנים
באותה שנה שיקרא על שם
אלכסנדרוס׳ והשני שיתחילו
ישראל למנות מנין שטרותיהם
מאותה שנה שהיו מונים
מיציאת מצרים אז מעת שיצאו
משם שהיה כחדוש העולם
ובטלו המנין של בריאה׳
וסנבלט

ædem ſacram iterum everteret. a) Proceſſit itaq; obviam Regi *Simeon Juſtus*, tum temporis Sacerdos magnus poſt Eſrā Legisperitum, veſtitu Sacerdotali indutus. Quem Rex Alexander viſum magni fecit, multumque coluit, ac voti ſui damnavit. Petierat enim Simeon Juſtus a Rege, ne vaſtaret Templum, neque in exilium abire juberet populum. Rex itaque, verbis ejus delinitus, voluntati ejus ſatis fecit, ac miniſtris ſuis, ut ita agerent, præcepit. Cum igitur Principes & miniſtri ejus mirarentur, quod conſilium de exſcindendis Hieroſolymis captum mutaret, cum ſemel conſtituta nunquam mutare ſoleret, reſpondit illis, imaginem illius Viri ſimilem eſſe illi, quem in bellis ſibi præeuntem ad victoriam conſpexerit. b) Populo enim unicuique & regi cuiq; a Judice totius terræ præfectus eſt Angelus certus, ſicut commemoratur *Princeps regni Perſæ* (*Dan.* X. 13.) Princeps regni Græcorum, & *Michael Princeps veſter* (*Dan.* X. 21.) Duo itaque momenta Rex a Simeone Juſto pactus eſt, primum,

K 3

a) Eandem rem commemorat *Abrah. ben David* l. c. idemque inde Rabbanitis non exiguam prærogativam natam putat hoc miraculo, quale patratum nunquam ſit ab Anane & Kankaſnæo principibus hæreticorum. Ex quo, ſimilibusque huic locis manifeſtum evadit, Scriptorem hunc librum Cabbalæ deſtinato conſilio Karæis oppoſuiſſe.

b) Hanc fuiſſe communem Judæorum ſententiam, Interpretes ad Dan X. 13. & Deuter. XXXII. 8. oſtenderunt. Iidem ſeptuaginta in univerſum populos numerant, quibus totidem Angeli ſint præfecti, quos propterea שרים ſ. i. e Principes appellant. Vide Bechai comment. in Pentateuchum fol. 20. & adde Jo. Andreæ Eiſenmengeri Judaismum Detectum, Parte I. c. 18. p 805. ſeq. Judæorum res Michaelem adminiſtrare affirmant, nominatimque Joſeph Jachiades ad Dan. X. 13. *Septuaginta populis*, inquit, *reſpondent in cœlo LXX Principes, atque ſic Iſraëlitæ habent principem unum, ſcilicet Michaëlem.* Adde alia loca a *Thoma Hyde* in eximio libro de religione veterum Perſarum allata p. 271. ubi etiam *Raphaelem* Perſarum curam agere credi oſtendit, ipſe ab hac ſententia de tutelaribus gentium geniis non alienus. Nec in eo acquieverunt Perſæ, ſed menſibus quoque & diebus certos præfecerunt Angelos, quos idem p 236-275. recenſet, qua in re Judæos quoque ſibi exemplo præeuntes habuerunt, ut conſtat ex Bartoloccio Biblioth. Rabbin. Tom. I. p. 2?7. ſq.

mum, ut omnis filius, qui Sacerdotibus eo anno nasceretur, Alexandri nomen ferret; alterum, ut Israëlitæ c) literas contractuum ab hac æra signare inciperent, sicut antea æram exitus ex Ægypto statim a tempore ipsius exitus, qui novam quasi mundi creationem inferebat, æra a Condito mundo sublata, adhibuerant. Sanballato autem & sociis ejus prospera Israelitarum fortuna displicebat, ut scriptum est in libro Esræ, cap. IV. quorum tamen verbis & petitis non assentiebat Rex Artachsasta. Cum vero Alexander Macedo veniret, & subigeret Israëlitas, indulsit verbis Sanballati & præcipuorum ex Cuthæis, qui non sunt de populo Israëlitico, Virorum, qui petierant a Rege, ut Sacerdotibus, generis suis, templũ in monte Garisim struere liceret; ipse enim filiæ suæ maritum dederat ex filiis Jehojadæ Sacerdotis Eljaschib Sacerdotem magnum, ut scriptum est in fine libri Esræ. (cap. X.) Propterea expulit eos Esra & Nehemias ex templo Dei. Ideo & illi & ceteri omnes, d) qui duxerant uxores peregrinas, receperunt se ad sanctuarium in monte Garizim exstructum. Præceperat enim Rex, ut facerent, quod vellent: ædificarunt igitur templum, & obtulerunt tunc holocausta & sacrificia extra Templum Dei, evertentes mandatum, quod scriptum est *Deut.* XII. 13. *cave tibi, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris.* Induxerunt etiam instituta & leges, quæ non scriptæ erant in Lege, ut mirum non sit, ea adversari & penitus opposita

וסנבלט החורוני וחבריו שהיתה טובת ישראל רעה בעיניהם ככתוב בעזרא· אע"פ שלא הסכים ארתחשסתא המלך לדבריהם· וכבוא אלכסנדרוס מוקדון ולכד את ישראל· הסכים לדבר סנבלט ולדברי ראשי הכותיים אשר לא מבני ישראל המה ששאלו מהמלך שיבנו הכהנים חתניו בית גרזים: כי הוא לקח לבתו מבני יהוידע הכהן בן אלישיב הכהן הגדול ככתוב בסוף עזרא· והבריחום עזרא ונחמיה מבית ה"· ולכן נתחזקו הם וכל האנשים אשר השיבו נשים נכריות בבירת המקדש אשר בהר גרזים· תצות המלך לעשות כן ובנו את הבית ואז הקריבו עולות זבחים חוץ לבית ה" ובטלו מאמר הנכתב השמר לך פן תעלה עלותיך בכל מקום אשר תראה· וחקקו חקות ומשפטים שלא נכתבו בתורה· כל

c) De illa Contractuum Aera post Chronologos vide R. *Asarias* in Meor Enajim Tract. II. c. 25. (quod integrum Vorstius in observatt. suis ad R. David Ganz p. 187. sqq. latine conversum exhibet) & Vorstium ad Zemach David p. 67. qui, præeuntibus aliis Judæis, initium huius Æræ refert in A. M. 3448. qui respondet anno 1000. ab exitu ex Ægypto, & quadragesimo ab initio structuræ Templi II.

d) Hac occasione Samaritanorum res magna ex populo Judaico accessione auctas esse observavit etiam Josephus XI. 8. Antiquitatum.

כל שכן שיהיו הפכיים או
סותרים להם למה שבראום
מלבם· והיה כהן בבית הזה
מנשה בן יהושע בן יהוצדק·
ונחלק ישראל אז לחצי· חצי
העם היה אחרי סנבלט וחתניו
הכהנים· וחצי העם היה אחרי
שמעון הצדיק וחביריו שהודו
בדברי עזרא והנביאים כפי מה
שכתוב בתורת האלהים· ובזמן
ההוא היה אנטיגנוס איש שכה
מתלמידי שמעון הצדיק הכהן
הגדול· והיו לו שני תלמידים
צדוק וביתוס וגם הם החזיקו
אחרי סנבלט החורוני וחביריו
אע״פ שלא הודו לכלל דבריהם·
ואלו יצאו מן הכלל מסברת
מאמר אנטיגנוס מלמדם שאמר
אל תהיו כעבדים המשמשים
את הרב על מנת לקבל פרס·
שאנטיגנוס איש שכה רצה
להורותם להיותם עובדים
מאהבת את השי״ת ושלא תהיה
עבודתם ושמירתם המצות
לתקות גמול או ליראת עונש
אלא מאהבה· שגדר האהבה
הוא שלא יחקור האוהב מה
זה

opposita illi esse, quoniam ex ingenio effinxerant. Sacerdos in hoc templo erat Menasse ben Jehoschua, ben Jehozadack. e) Eo tempore populus Israëliticus in duas partes divisus est, quarum altera Sanballatum & generos ejus Sacerdotes secuta est, altera Simeonem Justum & collegas ejus, qui assentiebant verbis Esræ & Prophetarum, prout scripta erant in Lege Dei. Eodem tempore vivebat Antigonus Sochæus, unus ex discipulis Simeonis Justi, Sacerdotis Magni. Hic habebat duos discipulos, Sadocum & Baithosum, qui & ipsi sectabantur Sanballath Horonitam & collegas ejus, quamvis non assentirentur placitis eorum in universum. Hi communem doctrinam deseruerunt, eo quod f) Antigonus, illorum præceptor dixerat: ne sitis instar servorum, qui serviunt Domino suo, ut accipiant mercedem. Quo ipso Antigonus docere eos volebat, Deum ex amore coli debere, cultumque ejus & observationem præceptorum non præstandam esse spe præmii aut pœnæ formidine, sed ex amore. Amoris enim hæc est natura, ut non quærat diligens, quid

e) Habes hic ipsa R. *Abrah. ben David* verba ex libro Cabbalæ p. 4 quæ etiam Juchasin repetiit. Ipsam vero Samaritanorum originem, incrementa & conditionem accuratius exposuerunt post Scaligerum, Drusium & Serarium, Trihæresii Scriptores, Christoph. Cellarius in Collectaneis Histor. Samarit. Jac. Basnagius lib. II. Historiæ Judaicæ, & in Hist. Ecclef. ad A. C. XXX. n. 39. & 60. Robert. Huntingtonus in epistolis a Th. Smitho editis; Julius Bartoloccius Tomo IV. Bibl. Rabb. p. 171. sq. & novissime Cl. Adrianus Relandus Parte II. Differtt. Miscellan.

f) Pervulgata hæc est hæreseos Sadducæorum origo, quam Judæorum Doctores exponunt ad *Pirke Avoth* cap. I. ubi ipsum Antigoni Sochæi dictum refertur. Adde ex Judæis R. *Asariam* in Meor Enajim Part III. c. 3. p. 32. sq. & ex nostratibus Theodorum Hackspanium in tract. de Usu librorum Rabbini c. p. 232. sq. De ipso Antigono lege *Jo. Henr. Othonis* Historiam Doctorum Mischnicorum p. 33.

זה ועל מה זה בחפץ אוהבו· כ״ש אם ידע ויאמין ענין החפץ רק לתועלת המצווה ולא לתועלת המצווה· ובשמעם מאמרו לקחוהו על פנים אחרים ויצאו מלפניו· ויאמרו אחד לחבירו הנה הרב אומר בפירוש שאין לאדם לא גמול ולא עונש ולא תקוה כלל· עד שנתחברה לכל אחת מהן כת ונקראת על שמם צדוקים וביתוסים· והם מינים ואפיקורוסים לדעת הכל· כמו שהזכיר רתם החכם רבינו יהודה האבל בספרו באשכול הכופר בדבור לא יהיה לך· עם יתר הדתות שהיו בעולם· ואלה הכתות כלם הלכו בהר גריזים ועמד הבירה שבנה סנבלט וחתניו הכהנים ביד הכותיים והמינים כמו מאתים שנה· ושתי הכתות האלו ר״ל צדוק וביתוס האמינו בתורה שבכתב כי לא היו יכולים לכזבו אצל ההמון והחכמים כי הורגים אותם· אלא אמרו שכל הכתוב בפשוטו הגלוי נקבל אותו ולא הודו לשום פירוש· ומזה הגיע להם רעה גדולה בבטול עקרים רבים מהדת והאמונה· כי כמו שאין ראוי להיות כלל התורה ודבריה

quid sit rei natura, aut quæ causa cur dilectus eam desideret; multo minus, si sciat credatq;, omne illud, quod a dilecto expetiur, non in præcipientis, sed ejus, cui præcipitur, commodum credere. Cum itaque illi audirent hanc assertionem, contrario eam sensu accipientes exierunt, & dixerunt ad se invicem: en Magister in explicatione sua dicebat, homini non imminere præmium, nec pœnam, nec spem ullam superesse, donec tandem utriq; illorũ se adjungeret cœtus hominũ, qui de nomine illorum Sadducæi & Baithosæi audiebant. Atque hi hæretici sunt & Epicuræi omnium judicio, quemadmodum etiam doctrinam eorum commemorat Sapiens R. Jehuda Haebel in libro suo *Eschcol baccopher*, ad præceptum I. cum ceteris, quæ tum exstiterunt, sectis. Atque illæ quidem omnes abierunt ad montem Garizim, stetitque templum, quod Sanballath & generi ejus Sacerdotes ope Cuthæorum & hæreticorum ædificarunt, fere ducentos annos. Duæ vero sectæ illæ, nempe Sadducæorum & Baithosæorum amplexæ sunt Legem scriptam, quippe quam non poterant arguere falsitatis apud populum & Sapientes, qui illos occisuri fuissent. Dixerunt vero, se totam Scripturam in simplici suo eodemque obvio sensu recipere, nulli autem interpretationi fidem adstringebant. Inde vero magnum illis obtigit malum, cum varios articulos doctrinæ & Legis fundamentales tollerent. Enim vero, g) ut dici non potest, Legem

g) Ex his apparet Karæos media via inter Rabbanitas, allegoriarum & subtiliorum interpretationũ nimis studiosos, & Sadducæos nimis ab illis alienos incessisse, ita ut quamvis Karæi literalem Scripturæ sensum diligenter sectarentur, non tamen refugerent ea, quæ per legitimas consecutionum regulas sive per הקש ut ipsi vocabant elici poterant. Qua quidem in re

ודבריה מורים למשל וחידות
וענין סוד· כן אינם מורים כלם
על פי פשוטם הנגלה· אלא
קצתם תורה על פי גלוי המאמר·
וקצתם תורה לדבר נסתר· ולכן
יש צורך גדול לחכמים להורות
התורה· וזה צדוק וביתוס פירשו
את העניינים כלם על פי פשוטם
הנגלה וזה היתה תלונתם
ויציאתם מן הכלל· ובזה היה מן
האפשר להתחבר עליהם כתות
וללכת אחריהם עם רב
מישראל באמרם שצריכים
אנחנו לקיים התורה על פי
פשוטו הנגלה של כתוב שבזה
יהיו גם עמי הארץ כלם חכמים
ולכן שמעו לדבריהם ונתחברה
לכל אחת כת אחת וירבו
בימים ויעצמו מאד· ומתלמידי
אנטיגנס איש שוכו היה יוסף
בן יועזר ויוסף בן יוחנן·
ותלמידי אלו יהושע בן פרחיה
ונתאי הארבלי: והנא בשנת
רי״ב לבנין בית שני בזמן
אנטיוכוס מלך יון נתחזק
מתתיה הכהן בן יוחנן כהן גדול
הנקרא חשמונאי ובניו שהם היו
גבורי חיל והם יהודה ויהונתן
ויוחנן ושמעון ואלעזר ועם
ישראל שבירושלים ומרדו על
מלך יון והרגו את משנהו שהיה
פקיד על ירושלים הוא פוליפוס·
שהיה

gem universam & ejus præcepta allegoricum, arcanum & mysticum spirare sensum, ita nec eadem singula secundum literalem & obvium sensum accipienda sunt: sed ex parte id volunt, quod litera ipsa secum fert, ex parte vero occulti aliquid designant. Propterea necesse omnino est, ut Sapientes legem interpretentur. Sadocus vero ille & Baithos omnia præcepta secundum sensum literalem & statim in oculos incurrentem explicabant, atq; hoc ipso opponebant se aliis & a communi regula abibant. Sic vero simul facile fiebat, ut cœtus hominum se illis adjungerent, & magna Israëlitarum multitudo eos sectaretur, qui dicebant; necesse est, servari Legem secundum simplicem & obvium Scripturæ sensum, quia hoc modo etiam vulgus inter Sapientes numerari poterit. Propterea audientes fuerunt dictis illorum; & uterque collegerunt sectam sibi propriam, majoraq; indies incrementa ceperunt. Ex discipulis vero Antigoni Sochæi erat *Joseph ben Joëser*, & *Joseph ben Jochanan*, qui vicissim discipulos *habebant Joschua Perachja & Nittai Arbelitam*. Postea anno 212. Templi II. tempore Antiochi Regis Græcorum animum sumserunt Matathias Sacerdos fil. Jochanan Sacerdotis Magni, qui dicitur Hasmonæus, & filii ejus, magna virtute præditi, Juda scilicet, Jonathan,

L

recte eos egisse vel Servatoris nostri, Sadducæos consequentia oppugnantis, Matth. XXII. 32. exemplo patet. Quod argumentum cum ipsi quoque Menasse ben Israël ita se probaverit, ut p. 68. libri de Resurrectione illud totidem fere verbis ad resurrectionem probandam repetierit, manifestum est, illud a Christianis quibusdam præter meritum suggillari. Lege, si placet Venerandum Dassovium p. 194. de Resurrectione ex mente Judæorum, Danhaueri Polemosophiam p. 183. & Jo. Adami Scherzeri Programmata p. 176.

שהיה שר צבאו והרג מחנהו והפילו חללים הרבה· ומלך הוא מתתיה הוא ובניו ובני בניו על ישראל והצליחו ועמדה מלכות זו ק״ג שנים· והנה מלך מתתיה הוא חשמונאי לבד שנה אחת ומת· ומלך בנו יהודה הבכור שהיה לו לב כאריה שש שנים ומת· ואחריו מלך שמעון אחיו בן חשמונאי ח״ שנים ומת· ומלך יוחנן בן שמעון בן חשמונאי הוא הנקרא הורקנוס הראשון· הוא עלה ונתץ בית מקדש הכותיים והרג את המינים שהם כתות צדוק ובייתוס ובכל אויביו מסביב עשה נקמה גדולה ויכניא וישפיל תחתיו· וישב ישראל לבטח בימי הורקנוס איש תחת גפנה ואיש תחת תאנתו וירבו ויעצמו במאוד מאוד ואת אלהי ישראל היו עובדים ואת מצותיו שומרים כאשר ה כתובים

than, Jochanan, Simeon & Eleasar, pariterque Israelitæ Hierosolymis habitantes. h) Illi itaque in Regem Græciæ rebellarunt, interfectoque, qui Hierosolymis præfectus erat, Philippo Duce exercitus, copias ejus trucidarunt, ut magna caderet occisorum caterva. Deinde imperio præfuerunt Matathias ille & filii ejus, & nepotes, rebusque feliciter gestis regnum in illa forma per 103. annos conservarunt. Matathias tamen Hasmonæus imperio unum tantum annum perfunctus, obiit, cui successit filius ejus primogenitus, qui Leonis cor gerebat, per sex annos, quibus confectis obiit. Illum secutus est in regno Simeon, frater ejus, filius Hasmonæi per octo annos, & obiit. Deinde regnavit Simeon fil. Hasmonæi, qui vocatur i) Hyrcanus primus. Iste profectus est & diruit Sanctuarium Cuthæorum occiditq; hæreticos, Sadducæos & Baithosæos, ultusque, quam ab hostibus suis acceperat, injuriam eos depressit pedibusq; suis subjecit. Hoc modo Israelitæ tempore Hyrcani habitabant, quisque sub vite & ficu sua, auctique sunt & incrementa amplissima ceperunt, Deum Israelis colentes & præcepta ejus servantes, prout illa in Lege Mosis consignata erant, de qua os Malachiæ, qui Prophetas obsignavit, ita loquitur c. III. 22. *Memores sitis legis Mosis servi mei, quam præcepi illi in Horeb &c.* k) His temporibus, cum Rex Hyrcanus Hierosolymis, urbe sancta, degeret & regeret

h) Vide quæ notavimus supra.

i) Idem tradit Josephus Pseudogorionides lib. II. c. 24. p. 159. & Flavius Josephus XV. 11. Antiquitt.

k) Repetit hæc Triglandius p. 80. sqq. eademque erudite illustrat, & inter cetera recte monet, Hyrcanum, de quo hic sermo est, non cum Buxtorfio ad lib. Cosari de Jannæo accipiendum esse, sed de Johanne Hyrcano: quod ipsum confirmari potest ex libro Cabbalæ, ubi p. 4. vocatur יוחנן בן שמעון בן חשמונאי והוא הנקרא הורקנוס הראשון i. e. *Johannes fil. Simeon, Hasmonæus, qui alias vocatur Hyrcanus primus.* Huic paulo post idem subjungit Alexandrum filium ejus, quem vocari ait Jannæum.

כתובים בתורת משה שעליה
נאמר על פי חותם הנביאים
מלאכי הנביא ע"ה· זכרו תורת
משה עבדי אשר צויתי אותו
בחורב עכ" וגו" ויהי בימים
ההם בשבת המלך הורקנוס
לבטח בירושלים עיר הקדש
עשה משתה גדול לכל שריו
ועבדיו חיל יהודה ובנימין וישב
המלך על השלחן עם כל
החכמים אשר היו בדור ההוא
וכטוב לב המלך ביין התהלל
לפני החכמים במעשיו הטובים
והישרים ויושר לבו וצדקתו
וחסידותו· ואיך הוא מקבל
מוסר וחוזר מכל פועל ומעש
רע שיעשה· ויודו החכמים
בדבריו ויאמרו לו אמת כי צדיק
אתה וישר ונאמן ועובד אלהים
אתה וכהן גדול ולך נאה ההוד
והממשלה" וישמח המלך על
דבריהם ויאמר להם אני אשמע
בדבריכם ואקבל תוכחתכם
בדבר שאעשה חוץ מן הדין"
ושם היה איש אחד מן החכמים
ושמו אלעזר איש שולח מדעם
רע ובליעל· ויען ויאמר יחי
המלך הורקנוס לעולם" אם
אהבת להיות צדיק כאשר דברת
ולקבל תוכחת אמת· לך רד
מכסא הכהונה ודי לך כתר
מלכות" ויאמר המלך אל
אלעזר ולמה לא תגיד לי
את הסבה בזה" ויאמר לו כי
בשבי הלכה אמך בימי
אנטיוכוס מלך יון בעיר
המודעית כשהצרו הגוים את
שמעון אביך בהר ונלכדו נשיו
והוא

res securus, convivum lautum & grande
Principibus ſuis & Miniſtris ſuis exercitus
Judæ & Benjaminis apparavit. Evenit
autem Rege menſæ accumbente, cum
omnibus Sapientibus iſtius ætatis, poſt-
quam largius vinum dediſſet lætitiam,
ut coram Sapientibus inciperet gloriari
de iis, quæ bene laudabi liter atque ordi-
ne feciſſet; de integritate cordis ſui, de
juſtitia, de beneficentia ſua, quam faci-
lis etiam (eorum) correctionem accepe-
rit, mox recedens ab omni actione, aut
opere malo, ſi quod feciſſet. Quibus
verbis aſſenſum præbentes dicebant Sa-
pientes: revera juſtus es, integer, fidelis,
& ſervus Domini; ac cum ſis Sacerdos
ſummus, admodum decenter honores &
imperium geris. His illorum elogiis Rex
mirum in modum gaviſus addidit, etiam
deinceps dictis veſtris morem geram, ne
quidem reprehenſionem, ægre laturus, in
omnibus, quæ mihi facienda præſcripſe-
ritis, extra tamen Judicii religionem.
Aderat ibi forte Sapientum aliquis, no-
mine Eleaſar iniquam ſententiam &
rebellem proferens hoc dicto: Vi-
vat Rex Hyrcanus in æternum! Quod ſi
cupias tantopere eſſe juſtus, & velis
correptionem veritatis recipere, quem-
admodum præ te tuliſti, I, deſcende de
throno Sacerdotii, & ſufficiat tibi coro-
na imperii. Reſpondit Rex Eleaſari:
ecquid mihi indicabis, quam tandem ob
cauſam? cui ille, quandoquidem in ca-
ptivitatem ab ducta eſt mater tua, in civi-
tate Modith, diebus Antiochi Regis Græ-
corum, cum obſidione Gentiles preme-
rent Patrem tuum Simonem, in monte,
ubi

ubi uxores ejus captæ sunt, ipse vero sibi consuluit fuga, quæ tamen postea ad eum redierunt, ex quo (hostibus) prævaluit. Istud quidem in causa fuit, quod clanculum jam ante spargeretur susurrus, quasi Rex Hyrcanus foret profanus (non aptus Sacerdotio) ideoque jam effutiebat Eleazar, haud decorum esse, ut talis ingrederetur Sanctum Sanctorum. Quando autem hoc Rex Hyrcanus audiebat, qui jam Senex erat, & 40. annos functus pontificatu, ira vehementer efferbuit, versa in luctum lætitia, in suspiria tripudiis, & amore pristino in inimicitiam & contentiones mutatis. Dixitq; Rex Sapientibus: & vos prævaricationi affines estis propter maledicentiam hujus Eleazaris, vel ideo, quod hac audita tacuistis. Hinc ex mandato Regis occiderunt omnes sapientes, Eleazarum vero igne combusserunt. Atque ab eo tempore fuit dissidium & contentio inter Reges domus Hasmonæorum, qui itidem Sacerdotes erant, & inter Sapientes. Tempus vero, quo gubernavit Hyrcanus Israëlem, sunt an. XXXI. deinde morte exstinctus & congregatus est ad suas gentes. Eique in regno successit filius natu minimus, nomine Jannæus Alexander. Tres etenim filios habuit; primogenitus erat Aristobulus, secundus Antigonus, tertius Alexander. De quibus os Domini consuluit (Hyrcanus) quisnam ejus loco regnaret? redditumque fuit oraculum: Alexander post te regno potietur. Quem cum ille contemtui haberet, factum est, ut se vivo adhuc Aristobulum regimini præficeret, utpote valde sibi dile-

והוא ברח׃ ו״א ח״כ עיד חזרו לשמעון כשגבר׃ ולכן היו מתלחשים כי המלך הורקנוס הוא חלל׃ ולכן אמר לו אלעזר שלא נאה לו לבוא בקדש הקדשים׃ דכשמוע המלך הורקנוס את ובריו והוא זקן ושמש בכהונה גדולה ארבעים שנה׃ קצף מאוד ויהפך לאבל ששונם ולאנחה שמחתם ולאיבה ומריבה אהבתם׃ ויאמר לחכמים אתם פשעתם כי על קללת אלעזר הזה הנמרצת גם כי שתקתם בשמעכם׃ ויצו המלך ויהרגו כל החכמים ואת אלעזר שרפו באש׃ ומאז היתה קטטה ומריבה בין מלכות בית חשמונאי הכוהנים ובין החכמים׃ וימים אשר מלך הורקנוס על ישראל ל״א׳ שנים ויגוע וימת ויאסף אל עמיו׃ וימלך בנו הקטון הוא ינאי המלך הנקרא אלכסנדרוס׃ כי שלשה בנים היו לו שם הבכור ארסטובלוס ושם השני אנטיגנוס והג׳ אלכסנדרוס׃ ושאל את פי ה׳ מי ימלך תחתיו׃ ויען לו אלהים אלכסנדרוס ימלך אחריך והוא היה נמאס בעיניו׃ ויהי לפני מותו וימלך ארסטובלוס בנו תחתיו כי אותו היה אוהב׃ והוא חלל הכהונה על עצמו ויאמר רב לי כתר מלכות וישם שר צבא על עם ה׳ את אחיו השני אנטיגנוס׃ ואת אחיו הקטון אסר בנחושתים כי היה ירא עליהם על דבר המלוכה כאשר ענה אלהים

אלהים את אביו שמתו גם שניהם׃ וימלך ינאי כפי מאמרו ית״ב כי לא יפול דברו ארצה׃ והימים אשר מלך אריסתובלוס שנה אחת לבד׃ וימלך אלכסנדרוס בן הורקנוס הוא ינאי המלך׃ ויושע ה״ את עמו על ידו וינקום מאויבי ישראל וילחם עמם מסביב ויבוא ירושלים וישב לבטח על כסא מלכותו׃ ויהי ביום חג הסוכות ויעל ינאי המלך על המזבח להעלות עולה כחק הכהנים ויחלו החכמים ותלמידיהם לשמוח כמאמר הכתוב ולקחתם לכם ביום הראשון פרי עץ הדר כפות תמרים וענף עץ עבות וערבי נחל ושמחתם לפני ה״ אלהיכם שבעת ימים׃ וימלא לב אחד מתלמידים להשליך פרי עץ להכות בו את המלך וישלך והכהו במצחו׃ ויקצוב ינאי המלך ועבדיו ויתקוטטו עם החכמים לאמר להם למה תחללו את כבוד המלך ויבוא לידי חירוף וגדוף׃ ויען איש בליעל מהם ויאמר לינאי הוי בן מחוללת למה תתגאה ותשתרר מכהונה גדולה ואתה בן חללה לא נאה לך הכהונה׃ ויקצוף ינאי המלך ויאסוף ידיו מעל המזבח ויקרא חרב חרב על החכמים׃

dilectum, Et ille se indignum Sacerdotio professus dicebat, sufficit mihi corona regni, ducemque exercitus populi Dei fratrem secundum Antigonum constituit, Matrem vero & fratrem minimum æneis vinculis implicuit, quod sibi suoque regno ab iis timeret, secundũ ea, quæ Deus Patri ipsius responderat. Donec illi duo (majores) morerentur, quando regnum ad Jannæum pervenit, secundum Dei prædictionem, cujus nullum verbum irritum cadet in terram. Unum modo annum namque præerat Aristobulus, & mox imperabat Alexander filius Hyrcani, qui est Rex Jannæus. Atque manu ipsius populum suum salvũ præstitit Dominus, vindictamq; dedit Israëli de inimicis suis, quibuscuni undequaque bellum gessit. Cum vero reversus Hierosolymam alta pace regnum suum administraret, incidit tempus festi tabernaculorum. Cumque Rex Jannæus jam adscenderet clivum altaris ad offerendum holocaustum, secundum ritum legemque Sacerdotii, jamque inciperent Sapientes & eorum discipuli lætari, propterea quod scriptum est: (Lev. XXIII. 40.) *sumetisque vobis die primo fructum arboris decoris & ramos palmarũ, & ramos arboris densarum frondium, & salices torrentis & lætabimini coram Iehova Deo vestro septem diebus*; tunc animum induxit suum quidam ex Discipulis Sapientum, ut isto l) fructu arboris jacto peteret Regem, illiusque frontem

l) Dum eandem rem *Flavius Josephus* XIII. 21. Antiquitt. refert, fructum illum arboris *κίτρια* vocat, Pseudo Gorionides vero lib. IV. cap. 11. אתרוגים i. e. mala citrea appellat, quibus æque ac palmarum ramusculis, virgis & frondibus instructos Judæos hujus festi solemnia celebrasse testatur. Atque hunc quidem morem ex Hebræorum antiquitate erudite illustravit B. Gabriel Grodeckius duabus dissertatt. de Ceremonia pal-

tem percuteret. Quo facto non parum Rex Jannæus excanduit, ejusque ministri objurgabant simul Sapientes dicendo, quam rem profarare sustiretis Regis Majestutem, ipsi ingerentes opprobria & cortum etiam? Aususque fuit aliquis vir Belial ex eorum numero regerere Jannæo: væ tibi, Fili profanæ, quare te effers? quid asseris Pontificatum tibi, cum sis genitus profana? summo sacerdotio nequaquam es idoneus. Jannæus Rex hinc ira percitus manum tollit de altari, conclamatque ad arma! ad arma! contra Sapientes. Et turmæ Regis operi manum admoventes uno illo die in atrio templi sex mille occiderunt. Exinde odio etiam flagravit Rex Jannæus contra Sapientes, quorum neci dedit tria millia, præter eos, quos in pugna intermit. Viguitque contentio inter Sapientes & Jannæum Regem usque dum cunctos fere occidisset, & nulli tandem ex iis relicti essent, nisi octingenti primi ordinis, qui aufugerant & latitabant in Bethsemes. Huc statim se contulit quoque, urbeque capta discipulos Sapientum captivos duxit Hierosolymam, & suspensos ex arboribus tradidit neci. Eaque de causa appellarunt Alexandrum m) TRANSFODIENTEM transfixionibus gladii atq; imperavit Judæis rigore quodam & violentia, ita ut ex universo ordi-

החכמים׃ וישלחו גרודי המלך את ידם ויהרגו מן החכמים ששת אלפים ביום ההוא בחצר ההיכל׃ וישנא גם המלך ינאי את החכמים ויהרוג מהם ג׳ אלפים מלבד אשר הרג מהם במלחמה׃ ויהי ריב ומדון בין החכמים ובין ינאי המלך עד שהרג את כלם ולא נשאר מהם בסוף כי אם ח״ מאות חכמים גדולים שברחו ונסתרו בבית שמש׃ וילך גם שם וילכוד את העיר ויתפוש את תלמידי החכמים ויביאם ירושלים ויקיעם בעצים וימיתם׃ על כן קראוהו אלכסנדרוס הדוקר במרקרות חרב׃ וימלך על היהודים בחזקה ולא נמלט מכלל החכמים לומדי התורה אלא שמעון בן שטח שהית אח אשת של ינאי המלך כי הסתרתו אחותו המלכה וכשבקשה רחמים עליו מבעלה ינאי המלך׃ החזירוהו מאלכסנדריאה של מצרים שהיה נסתר שם ביום המעשה׃ וזה שמעון בן שטח החכם אמר

marum apud Judæos in festo tabernaculorum solemni Lips. 1694. &, 1695. editis. Adde præter Buxtorfii Synagogam Judaicam cap. XXI. & Fagium ad Onkelosi Targum Levit. XXIII. V. C. Jo. Meyerum de Festis cap. XII.

m) Alluditur ad Prov. XII. 16. Ceterum ex hoc loco intelligitur, quid sibi velit Josephus XIII. c. 22. Antiquitatum, quando p. 461. de hoc Jannæo ait ὥστε διὰ τῆς ὠμότητος ὑπερβολὴν ἐπικληθῆναι αὐτὸν διὰ τὴν ὠμότητα παρὰ τῶν Ἰουδαίων Θρακίδαν, i. e. *ita, ut propter hunc crudelitatem Thracida cognomen apud Judæos inhæserit.* Non enim dubito, eum ad Hebraicum verbum דקר allusisse.

אמר שיש לו קבלה. והיא
התורה שב״עפ אשר אין לה
רמז מן התורה שבכתב״ והורה
דברים רבים בהם חוץ ממה
שכתוב בתורה כמו שהזכירו
החכמים ע״ה וקיים פסוק
עת לעשות ל״ה הפרו תורתך׳
שבזמן שישראל נשארו בלי
חכמים והושב הוא שהורה
מתלמידיהם ללמוד תורה
ולהורות הדת על פי כונתו י״ת
והיה ראוי לתת כבוד לשמו י״ת
והואהפר

ordine Sapientum qui legem quidem docerent, mortem non evaderet, nisi n) Simeon fil. Schetach, quem, cum esset frater uxoris Jannæi Regis, Regina soror occultavit: postea quam vero petitam pro ipso gratiam a marito suo Rege Jannæo impetrasset, o) redire eum fecerunt ex Alexandria Ægypti, ubi persecutionis tempore latuerat. Ille autem Doctor Simeon ben Schetach cœpit palam jactare, quod sibi esset Kabbala, sive lex oralis, cujus ne minimum quidem indicium extat in lege scripta, adeoque docuit multa præter legem scriptam, quemadmodum Sapientes nostri p. m. passim meminerunt: locum cum maxime faciens illi dicto (Ps. CXIX. 126.) *Tempus est faciendi, o Domine: nam dissipaverunt legem tuam.* Eo enim

n) Idem tradit Abraham ben David p. 4. libri Kabbalæ, ubi hæc de Jannæo legis: והרג גם הוא בחכמים מכה גדולה חוץ משמועון בן שטח שהיה אחי אשתו. h. e. *Et ipse quoque Sapientes magna affecit clade, excepto Simeone ben Schetach, qui erat frater conjugis ejus.* Sic in *Juchasin* p. 17. a. vocatur גיסו של מלך ינאי h. e. *affinis Regis Jannai.*

o) Abrah. ben David l. c. refert, *Josuam ben Perachja*, quem Simeonis ben Schetach collegam facit, fugisse in Ægyptum, atque inde beneficio Simeonis, pro eo apud Regem deprecantis, fuisse revocatum. Quod novum est exemplum dissensionis, quæ inter Historicos Iudæorum circa Simeonem ben Schetach observatur; cum & in *Kidduschin* c. 3. & in lib. Cosri Part. III. p. 241. diserte dicatur, ipsum Simeonem ben Schetach in exilium fuisse ejectum. Sicut iidem disputant, quod ex Juchasin apparet, uter horum Princeps sive Præses, uter Pater Senatus fuerit; confer Cl. Adriani Relandi notas ad Jo. Henr. Othonis Historiam Doctorum Mischnicorum p. 59. Aliud confusionis in hac historiæ parte exemplum habes apud Triglandium p. 100. dissertat. Quæ quidem propterea notanda sunt, ut appareat, Rabbanitarum Historicos de industria confusionem peperisse, ut natales hujus schismatis, adeoque antiquitas instituti Karæorum eo obscuriores redderentur, quamvis hoc modo efficere non potuerint, ut non alii, ipsorum partibus alioquin addicti, origines ejus ad ætatem, qua duo illi vixerunt, referendas testarentur, quod factum videmus in lib. Cosri Parte III. p. 240. & ex eo a Scriptore Juchasin p. 15. Ceterum Simeonem ben Schetach Alexandriæ aliquando exulem fuisse adeoque nostro Auctori fidem constare, vel ex eo apparet, quod Rabbanitæ, Alexandriam habitantes, ædiculam ostentent, quam cultus divini causa olim struendam curarit hic Simeon. Ostensam sibi eam fuisse testatur Elias Beschizi f. Byzantinus apud Trigland. p. 114.

והוא הפר תורתו הכתובה בתורה האחרת מה שלא היו מודים בה החכמים שנהרגו ואמר לאנשים שהוא רוצה לקיים התורה על פי שהוא מקובל מהראשונים· וכבר התרחב לו הדרך היותו נשאר יחיד בדורו לדעתו שכבר מתו כל החכמים ואין מי ימחה בידו· ושם הפירוש כבחירתו והיה יכול להקל במה שרצה ולהכביד במה שרצה להוסיף ולגרוע כמה שכתוב בתורה ולהורות פירושים לא יסבלום דיעות החכמים אהבי האמת והודו לדבריו קצת מהאנשים שבדור ההוא יען שתלה הענין לגדול שבישראל באמרו שזה הלכה למשה מסיני· וזה כדי להטיל ופחד בלב האנשים השומעים עד שנטו אחריו רבים כמו שנטו אחרי אחרים שקמו בישראל והרסו קצת מן התורה או רובה עמים רבים לרוב מאוד· כי לעולם הצדיקים מעטים כנגד שאר העם· וכתוב לא מרובכם חשק ה״ בכם: והודו לדברי שמעון בן שטח ויצאו

enim tempore, quo Israël erat sine doctoribus relictus, atque ille ex illorum discipulis redux esset, ad docendam legem & tradendam religionem juxta mentem (Dei) Benedicti, & res posceret, ut gloriæ Divini nominis ante omnia haberet rationem; hic contra legem scriptam in aliam legem pervertit, quam non agnoverant, qui occisi sunt, Sapientes, dixitque hominibus, quod in animo haberet, legem stabilire secundum ea, quæ erant accepta a majoribus. Et latissima erat porta ipsi aperta, cum unicus suæ ætatis doctor superesset, mortuis dudum Sapientibus cunctis, nullo reliquo, qui ipsi obstaret. Itaque interpretationes induxit pro beneplacito, atque in ejus manu fuit elevare vel aggravare, quodcunque tandem visum foret addere & demere de Lege scripta, interpretamenta docere, quæ Doctores, quibus Veritas cordi est, neutiquam ferre, neque se illorum judicio probare potuissent. Assensum tamen præbuit ei pars magna hominum istius ætatis, quoniam rem ad maximum in Israële virum retulit, dicendo, quod sit traditio Mosis ex Sinai. Hoc autem præ se tulit, ut (hujus nominis reverentia) timorem incuteret omnibus, qui audiebant: ita ut multi adhæserint ipsi, quemadmodum adhæserunt p) aliis, qui in Israële surrexerunt, & destruxerunt vel aliquam vel magnam legis partem, q) populi multa copia insignes. r) Per-

p) Hic aliquot characteres data opera in MS. deleti sunt, ubi *Triglandius* p. 83. non præter rationem suspicatur lecta antea fuisse verba *Jesu &c*, quæ, a R. Caleb Karræo, cujus hæc sunt, ólim consignata nunc in gratiam Triglandii, quem offendi sic posse putabant, inducenda censuerunt.

q) Hinc etiam factum est, ut Rabbanitæ sectatorum suorum copiam objicerent Karæis, ut apparet ex lib. Cosri p. 206. ubi Cabbalam suam ab illis recipiendam esse ajunt,

ויצאו מכלל ישראל שהיו הולכים אחרי הרשום בכתב אמת· ונהיה דבר גדול זה שנחלקו בית ישראל מאמיני תורה שבכתב לשתי כתות: כת שנפטר אחרי שמעון בן שטח לפי שמסר להם קבלתו שהורה ונקראו רבנים· והכת האחרת שנשארו על מכונתם ונקראו קראים ודרכו בדרכי החכמים הראשונים ונביאים ולא יצאו ממה שכתוב בתורה ולא פרקו עול התורה שבכתב מעל צוארם ומעשה אבותיהם בידיהם· ולא חששו מדברי הבל כי תוהו המה· כי לא יצוה חשי"ת דבר בפה כי הכל נכתב בתורה· כל שכן בהיות הדבר הפכי או סותר למה שכתוב שם כי מי הוא המונע שלא יכתבנו בתורתו אבל ימסרנו בפה· וכתוב זכרו תורת משה עבדי אשר צויתי אותו בחורב וג"ו· הנה הם הנקראים קראים כי דתם הדת הראשונה ככתוב בתורה ובספרי

r) Perpetuo enim justi pauci sint, si cum reliqua multitudine comparentur. Sic scriptum est (Deuter. VII. 7.) *non ob multitudinem vestram delectatus vobis est Deus*. Fidẽ itaq; hoc modo habentes verbis *Simeonis* filii Schetach deflexerunt a regula omniũ Israelitarum, sequentiũ id, quod scriptum exstabat in Scriptura veritatis. Accidit itaque res maximi momenti, ut domus Israel, quæ fidem Scripturæ habebat, in duas sectas divideretur: sectam nempe alteram, quæ sequebatur *Simeonem* fil. *Schetach*, doctrinam suæ Kabbalæ iis tradentem, qui vocantur Rabbanitæ, & alteram, quæ manebat super basi sua, & dicebantur Karaim, qui primorum Sapientum atque Prophetarum vestigia presserunt, neque discesserunt ab eo, quod scribitur in lege, aut s) jugum legis scriptæ suis cervicibus excusserunt: sed praxis avita inter eos perstitit, nequaquam sollicitos de vanis commentis, quod merum essent chaos, Deusque benedictus nihil ore tradiderit, sed omnia scripta sint in Lege. Tanto minus iidem laborarunt de rebus oppositis vel adversantibus legi scriptæ. Quis enim prohibuit, quo minus illa lege potius perscriberet, quam ore communicaret. Scriptum quoq; est (Malach. III. 22.) *memores estote legis Mosis, servi mei, quam dedi illi in Horeb* &c. Ecce hi sunt, qui vocantur Karaim quorum doctrina est doctrina antiqua, comple-

M ctens

כי הם רבים ואלה יחידים, *quod horum (Rabbanitarum) sint plures, illorum vero pauciores.* Eodem modo Uriel Acosta in Exemplari Vitæ Humanæ p. 351. horum hominum ingenium depinxit; *Solent isti*, inquit, *pro se allegare multitudinem: Tu unus nobis, qui multi sumus, debes cedere.*

r) Locum hunc repetit Trigland. p. 110. ubi similem eumque illustriorem ex alio MS. Karaitico leges.

s) Eadem Φράσει utitur Divus Paulus Actor. XV. 10. quemadmodum in Rabbanitarum quoq; scriptis non raro legitur: vide Theodor. Hackspan. de Usu librorum Rabbinic. p. 461. sq.

ctens id, quod consignatum est in libris Legum ac Prophetarum, nihilque praeterea. Et invenimus adhuc hodie, quod nulla inter nos & inter fratres nostros Rabbanitas sit differentia in constitutionibus, terminis, ordinationibus, & traditione a Sanctis nostris majoribus profecta, sed in illis tantum capitibus, quorum nullum exstat in Lege indicium, quanto magis in iis, quae illi contradicunt aut adversantur. Talia sunt, quae illis scripsit Simeon fil. Schetach. Absit enim, ut eadem fuerit Sapientum omnium, qui obierunt, sententia, quae illius fuit, & aliorum eo posteriorum, Legique vel addentium aliquid vel detrahentium. Cujus generis est t) consecratio Calendarum sive Novilunii, quam R. *Simeon* ben *Schetach*,

ובספרי הנבואה לא זולתה ותמצא היום שאין בינינו ובין אחינו הרבנים שום הפרש מהתקנות וגררים וסגיים וקבלת שבידינו היום מאבותינו הקדושים· אלא במה שאין להם רמז מן התורה כ״ש היותו הפכי או סותר לדבריה· והם מה שכתב שמעון ב״ש להם· כי חלילה שהיתה דעת כל החכמים שמתו כדעתו עם מה שהוסיפו וגרעו מי שבא אחריו· כגון קדוש החודש ששמעון בן שטח אע״פ שאמר דברים כפי מאמרו שהיו מקובלים אצלו מאבותינו הקדושים הודה בקדוש החדש שהוא על פי הראיה וכן הודו במה

t) In hac re praecipuum quoddam dissensionis Karaiticae momentum situm esse patet ex iis, quae lib. Cosri p. 207. adversus Karaeos disputantur. Adde ex Hebraeis Muscatum in comm. ad Cosri, Isaac. Abarbanelem in diss. singulari de Consecratione Novilunii, quam Lat. versam Buxtorfius subjunxit libro Cosri p. 431. & R. Mosen Maimonidem in tract. קידוש החודש qui cum versione Lat. Lud. Compiegne de Veil Paris. 1669 8. & Amstelod. 1701. 4. & ex alia interpretatione Cl. Henr. Bernh. Witteri Jen. 1703. 4 editus exstat. Ex Christianis post Josephum Scaligerum de Emendat. Temporum p. 149. sq. Jo. Seldenum de Anno Civili Hebraeorum & Buxtorf. ad Cosari p. 208. sq. huc pertinet Radulph. Cudvvorthus in tractatu Anglic. *de Vera notione S. Coenae* p. 23. ed in fol. ubi ex MS. Codice Karaei, ab ipso non nominati, quem *Eliam ben Mosche* esse alibi ostendam, de hoc argumento commentatur, interque cetera ejus rationem ab etymologia vocis חודש petitam affert. Ait enim שהחודש חדוש הדבר והוא חדוש ירח בכל יום Lege etiam Lightfootum Tomo I. Opp. in Tract. de sacro ministerio Templi c. XI. Steph. Morinum in Exercit. de Lingua primaeva p. 430. sqq. Jo. Meyerum in erudita de Festis diatriba c. VI. & XI. Houtingium ad Tom. II Mischnae Surenhusianae p. 325. & Melchiorem Leydeckerum de Republica Hebraeorum lib. IX. c. 2. p. 437. sq. Ceterum ex hoc Auctoris nostri loco apparet, Jo. Morinum, Virum ceteroquin eruditissimum in Exercitatt. lib. II. exerc. VII. p. 316. minus recte reprehendisse Scaligerum, quod lib. 2. de Emendat. Temp. confidentissime assumat, Karaeos more Arabum Neomenias suas ἀπὸ τῆς φάσεως putare. Vere enim id observavit Scaliger, nec praeter rationem exemplo Arabum ab illis fieri affirmavit, cum ipsi Karaei hac in re ad Ismaëlitas provocent, quod apparet ex locis a Triglandio in dissert. sua p. 113. & 103. allatis, quibus similem leges apud Cudvvorthum l. c. p. 23.

כמה דורות אחריו· עד שקם
יצחק נפחא וחרש דת שיהיה
קדוש החדש על פי חשבון·
ובזה הוא מעקר ומשרש שרשי
התורה שהם מועדי ה״
המקודשים· וזה יהוה ראיה גם
לדברים אחרים שהם עושים
ואינם חוששים מדברי השי״ת·
ואלו היו כל החכמים בחיים
שנהרגו בזמן ינאי המלך לא
היתה מחלוקת כלל בינידם כי
לא היו סובלים טורח כל
ההרחוקות אשר בדברי
הקבלה שהודו בם· אלא היו
דבריהם פירושים לתורה לא היו
חולקים עליה· ומבואר
שמציאות האמת קשה להמצא
באיש אחד וקלה להמצאות
ברבים· ומי יתן והיו כל
החכמים בחיים אז וסר
המחלוקת מבינינו והיינו לעם
אחד· והנה אם היתה קבלתם
זו אחת למה היא נחלקת בפי
מקבליה· כי זה אומר בכה
וזה אומר בכה· והנה בידוע
שהיוצא מדברי התורה הכתובה
מוסיף וגורע מהם לבלתי היות
לו ראיה מן התורה הוא הנקרא
יוצא מן הכלל ר״ל יוצא מן
דרך התורה שקבלו כלל ישראל
יוצאי מצרים בהר סיני בקולות
וברקים בפרהסיא לא היוצא מן
התורה שבפה· והכתוב אומר
והתותה

tach, qui & multa, quæ a Patribus nostris Sanctis acceperat, protulit, ex ipsa apparitione & visione constituendam censuit, quod variis deinde generationibus se probavit, donec u) *Isaac Naphcha* novam hanc dedit legem, ut Novilunium secundum certum computum figeretur. Quo ipso is destruxit, & radicitus exstirpavit fundamenta legis, quoad sancita Dei festa. Quod certe argumento esse potest, alias quoque res eos invexisse, nulla habita præceptorum Divini Numinis ratione. Quod si omnes Sapientes in vivis fuissent, qui perierunt tempore Jannæi Regis, non in eam controversiam res abitura fuisse videtur. Non enim illi tulissent onus (conf. Matth. XXIII. 4.) omnium absurdarum discessionum, quæ in recepta Kabbala reperiuntur; Sed si dicta illorum explicationes Legis fuissent, non adeo de illis dissensissent. Ceterum in confesso est, quod veritas difficilius ab uno, facilius a multis inveniatur. Utinam ergo omnes tum Sapientes vixissent! a nobis schisma exsularet, atque essemus unus populus. Vide enim, si hæc traditio una fuisset, quomodo illa in ore eam recipientium esset varia, cum alius sic alius aliter loquatur? Præterea etiam in confesso est, quod, qui a verbo legis scriptæ abit, addens quicquam vel detrahens de illis, ita ut non inveniat in lege fundamentum, illæ

M 2

u) Gemaricus hic doctor est, cujus mentio fit in Sota c. VII. p. 68. Hunc esse instituti hujus auctorem alibi observatum non memini. Sic Maimonides tractatu laudato c. V. §. 3. simpliciter monet, morem ex stato quodam & certo computo de Noviluniis judicandi post Sapientum Talmudicorum ætatem demum receptum fuisse, antea vero Judæos usque ad dies Abæi & Rabæ ad statuendum computum terræ Israeliticæ adhæsisse.

ille dicatur a communi regula recedere, h. e. digredi a via Legis, quam universus cœtus populi Israelitici, Ægypto egressi, in monte Sinai, inter tonitrua & fulgura aperte recepit; idem vero non dicitur de eo, qui a Lege orali discedit. Scriptura quoque ait: (*Exodi* XXIV. 12.) *& legem & præcepta, quæ scripsi eis, ut edocerentur.* Non inquit, *quæ tradidi ore.* Hæc sufficiunt illi, qui veritati assensum dare vult, ut verum a falso dijudicet: neque adeo murmuratio murmurantium nobis sed veritati ipsi injuria est. Hucusque verba R. *Caleb Aba*, quæ tuo, Domine, desiderio satisfacient. Hoc modo finem imponimus huic capiti.

והתורה והמצוה אשר כתבתי להורותם ואינו אומר אשר מסרתי בפה״ ודי הזה למי שמודה על האמת להבחין האמת ממה שאינו אמת׃ ולא עלינו תלונות המליצים כי עם על האמת יתעלה׃ עד כאן הגיעו דברי הרב רב״י כלב אב״א השייכים לרצון האדון המעלה׃ ובכאן נשלים הפרק׃

Cap. IX.

TRIBUS DAN

פרק ט׳ מטה דן׳

C*Atulus leonis exsiliens ex Basan* (*Deut.* 33. 22.) afferet verba leonis catuli; tener scilicet & unctus oleo sapientiæ & doctrinæ, ex patria terra prorumpens ad pervagandum mundum & ad investigandam in itinere veritatem, ex *qua petra succisa & ex quo foramine cisterna effossa sit* Karæorum doctrina (*Ies.* 51. 1.) Stabit igitur coram Domino Patre interrogante, & ita loquitur: Dum accedo iterum ad producenda, Domine, verba Sapientum nostrorum, quæ inprimis faciunt ad cognoscendum tempus dissensionis nostræ, manifestum faciam nomen, tempus & locum Scriptoris, sicut proximo capite feci. Exstat in regionibus nostris liber aliquis, quamvis exemplum ejus a fine sit mutilum, qui dici-

גור אריה מזנק מן הבשן יביא דברי גור אריות רך ומשוחה בשמן חכמה ודעת מזנק ממקום מולדתו לשוט בארץ ולהתהלך בה לדעת האמת מן צור חוצבה וממקבת בור נקרה דת הקראות׃ יעמוד בפני האדון האב השואל ויאמר ככה׃ עוד בבואי להעתיק לאדוני דברים מדברי חכמינו שהם עקריים לידיעת עת וזמן המחלוקת׃ אודיע לאדוני שם וזמן ומקום בעל הדברים כמו שעשיתי בפרק הקודם׃ נמצא בגלילינו ספר א״אע״פ שאין הנוסח שלם מסופו והוא נקרא ספר מטה האלהים׃ חברו החכם הכולל כה״רר

כה״רר משה בישׂ״צי בכה״רר אליהו בכה״רר משה בן החכם הגדול כמו״הרר אליהו בישׂיצ בעל האדרת אשר זכרנוהו בפרק שעבר: והספר הוא מדבר בהעתקת התורה ובחלוקת הקראים והרבנים ואופני ההקש ומצות עשה ולא תעשה· והמעתיק הראשון שהעתיק אותו מכתיבת יד המחבר עצמו נכר מהעתקתו שהיה חכם ומליץ ועשה הקדמה יקרה לספר כשבחו של החכם רבי משה בעל מטה האלהים· וספר בהקדמתו כי החכם הזה היה בן שש עשרה וחבר ר״מ״ה ספרים· וכשנשרף העיר קוסטנדינה עיר המלוכה של יונים מקדם ועכשיו של ישמעאל נשרפו הספרים ונשארו מהם לבד ששה חבורים וספר מטה האלהים היה הוא אחד מהם· וספר המעתיק בהקדמתו כי החכם הזה היה בקי בלשונות נכריות כותי

dicitur *baculus Dei*, quem composuit Sapiens ὁ πάνυ x) *Mosche Beschitzi* filius *Eliæ* fil. *Mosis*, qui erat fil. Sapientis maximi y) *Eliæ Beschitzi*, cui debetur liber, qui dicitur *Addereth* h. e. *pallium*, cujus mentio in capite proxime præcedente facta est. Atque ille quidem liber de exemplari legis, de controversiis Karæorum ac Rabbanitarum, modisque ex analogia argumentandi, ac de præceptis Affirmativis & Negativis disserit. Qui primus ex Scriptoris αὐτογράφῳ transtulit, illum ex translatione ipsa apparet fuisse sapientem & disertum, idemque librum præfatione eximia, in laudem Sapientis R. Mose, qui librum *Matte elohim* exaravit, directa, instruxit. In ea narrat, Sapientem istum fuisse z) sedecim annorum & composuisse 245. libros, qui, cum CPolis, metropolis regni olim Græcorum, nunc Turcarum, incendio conflagraret, combusti sint, ita ut ex illis sex tantum atque inter eos *Matte Elohim* superessent. Interpres hic in præfatione sua narrat; quod

x) De hoc Mose Byzantino Pronepote Eliæ Byzantini, vide Catalog. Biblioth. Lugduno. Bat. in Legato Warneriano p. 284. n. 11.

y) De Elia Byzantino & libro *Addereth Elijahu* vide Jo. Seldenum de anno Civili vett. Hebr. p. 8. Cudvorthum in tractatu de vera notione Cœnæ Dominicæ p. 15. p. 20. & 23. V. C. Jo. Meyerum in prolegom. ad Seder Olam p. 186. & Io. Gottfridum Schupartum de Karæis p. 83. Illo sæpe usus est Seldenus cum in Uxore Hebræa tum in tract. de Synedriis Hebræorum, nec minus Meyerus modo laudatus in Diatriba de Festis & in Uxore Christiana. Gustavus Peringerus in epistola Tenzelii dialogis menstruis an. 1691. p. 574. de dogmaticis & moralibus Karæorum libris disserens. Est inter hos, inquit, maxime celebris liber Adderes Elijahu in fol. cujus & meminit Seldenus, qui Maimonidis *More* & *Jad* videtur imitari voluisse. Hujus unicum tantum erat in Lithuania exemplar Trocæ, ad quod recurrebant ex aliis Synagogis, cum in rebus dubiis quæstio oriretur. Bartoloccius Tomo I. Biblioth. Rabb. Eliam בשיקאקי vocat, forte ad imitationem Hottingeri, qui in Biblioth. Orientali p. 24. eodem modo eum appellat. Sed de his alias curatius dicemus.

z) Habebimus ergo inter Judæos præcocis simul & πολυγραφωτάτου exemplum.

quod Sapiens ille linguarum exterarum, v. c. Græcæ, Arabicæ, Hiſpanicæque peritiſſimus, ac ſubtilis ingenii acumine inſtructus fuerit. Hic annis tener æmulationem & iram diverſorum, qui ipſum oderant, ita expertus eſt, ut ex patria abire coactus, ex alia in aliam urbem migraret. Cumque *ab exercitu ad exercitum* iret (Pſ. LXXXIV. 8.) animum ad nullam rem aliam appulit, niſi ut perciperet & accurate perſpectam haberet philoſophiam æque ac diviniorem doctrinam. Conſtituit etiam apud animum ſuum, terram ſanctam & remotiores adire provincias, ubicunque locorum vel in Aſſyria vel in Chaldæa Rabbanitæ commorentur, in quibus locis frequentes etiam erant a) inſtar ſtellarum cœli & arenæ, quæ eſt ad littus maris, Synagogæ & cœtus Karæorum, idque eo conſilio, ut conquireret libros omnes Hebræos, Arabicos, Græcos & Hiſpanicos, atque hoc modo penetraret in cauſam & tempus diſſenſionis, quæ Karæos a Rabbanitis ſepararit. Quicquid igitur ibi invenit, literis traditum poſt ſe reliquit.
Sed

ביוני ובערבי וספרדי וחד וחריף בפלפול׳ ובהיותו עול ימים נתעוררו עליו קנאות ותחרות שונאים שונים והוכרח להעתק ממקום מולדתו ויהי מתהלך מעיר אל עיר: ובהתהלכו מחיל אל חיל לא שת לבו לשום דבר רק אזן וחקר ותקן דברי חכמה פילוסופית ותורנית׳ ושם מגמתו וכונתו ללכת בארץ הקדושה ובארצות שאחריה בכל מקום שהרבנים שוכנים שם בארץ אשור ובארץ כשדים אשר שם רבו כמו רבו ככוכבי השמים וכחול אשר על שפת הים קהלות ועדות הקראים ולדרוש אחרי כל ספר וספר עברי וערבי ויוני וספרדי כדי למצוא סבת המחלוקת וזמן החלוקה שבין הקראים והרבנים׳ ומה שמצא כתב והשאיר אחריו ברכה׳ אבל לא האריך ימים כי בן שמונה עשר ׳ נפטר מעולמו ביום כ׳ לאייר בשנת ש״לב״ לאלף הששי׳ ואביו נשאר שכול ממנו. ויקונן על
פטירתו

a) Videtur hic Karæus imitari ingenium & mores Rabbanitarum, qui de incredibili quadam ſuorum copia in remotiſſimis regionibus & vel ipſa America degente dulcia ſibi ſomnia narrant. Lege, quæ præſtantiſſimus Fabricius erudite, ut ſolet, in hanc rem monuit in Bibliotheca Antiquaria, diffuſiſſimæ & ſubactæ lectionis opere, p. 17. ſq. Inprimis multum ſibi de incolis fluvii Sabbationis blandiuntur, de quibus fabulas eorum ex *Spe Iſraelis*, libro Menaſſe ben Iſrael, aliisq; hunc ſecutis exponunt Bartoloccius Tomo I. Biblioth. Rabb. p. 100. ſqq. Lucas Holſtenius in ſingulari diſſert. Job. Ludolfus lib. I. Hiſtor. Æthiop. c. VIII. & in commentario ad eandem ſ. 132. ſq. ne alios commemorem, quos laudant Cl. Jo. Jac. Schudt in Compendio Hiſtoriæ Judaicæ p. 130. ſq. & Martinus Diſenbachius in Judæo convertendo p. 130. Vereor autem, ne, ſi res diligentius exploretur, idem Karæis uſu veniat, quod de Judæis ad Sabbationem habitantibus candide profitetur R. *Simon Luzzati* ipſe Judæus, in commentatione Italica *de ſtatu Hebræorum* Venet. 1638. 4. edita, ſcribens, p. 98. de tribubus illis decem a Salmanaſſare in captivitatem abductis nihil certi & explorati ſciri, quamvis totus terrorum arbis hodie per itinera perſpectus ſit.

פטירתו רק שנים וקבץ כתיבותיו הנמצאים ונתנם לחכם אחר להעתיק· ומזה נמצא זה הספר בעולם· ואינני יודע מי היה מביא העתק ישן מהעתקתו של מעתיק הנ״ל מארצות הרחוקות ההן לגלילותינו אלו: רק מה שמצאתי שמחתי לקראתו· אמרתי אני אל לבי להעתיק מכנו לאדוני מכמת מקומות פרקים שיש בם ענין הנרצה לאדוני בתוך שאלותיו· והמחבר עצמו העיד על עצמו כי השתדלות מופלאה השתדל למצוא אופן המחלוקת מתוך דברי קדמונינו והאריך בהקדמתו לספר איזה ספרים למר מספרי קדמונינו ועל איזה מהם סמך להאמין· ואחר אורך הצעותיו אמר בעל מטה האלהים וזה לשונו״ אמרת שמצות תורתנו הקדושה נזכרים וגם מפורשים מזוקקים שבעתים בספרי חכמינו ע״ה מעזרא הכהן הסופר ע״ה עד עתה מהם בספרי רבותינו ע״ה ומהם במשנה בתלמוד אגדות ובריתות פסקתא ספרא וספרי מכילתא ילקוט ורבות ודומיהם ולולי שהטעום בקצת מקומות היינו סומכים בם״ ואמר קדוש ה״ רבינו אהרן ע״ה בעל המובחר ז״ל· סוף דבר אני לא אמנע ברובי המצות שלא

Sed vitæ annos non multum produxit, defunctus ſcilicet anno ætatis 18. die 26. menſis Ijar A. M. 5332. (i. e. A. C. 1572.) Atque ſic pater privatum ſe illo ſentiens, mortem ejus, annis teneri, luxit, & ſcripta, quæ reliquerat, collegit tradiditque Sapienti alii deſcribenda. Ex hoc ἀπογράφῳ liber hic ad alios derivatus eſt, neque conſtat mihi, quis antiquum illud exemplar, ex commemorato Codice deſcriptum, ex remotis regionibus in noſtras detulerit. Ubi tamen illum inveni, lectione ejus omnino delectatus ſum, ac propterea apud animum conſtitui, huc loca nonnulla ex variis ejus capitibus transferre, quæ quidem accommodata ſint illis, de quibus quæſtiones tuæ, Dominæ, formatæ fuerunt. Auctor quoq; ipſe teſtatur, ſe miram diligentiam adhibuiſſe in exquirenda ex veterum ſcriptis controverſiæ ratione, & in præfatione ſua fuſe recenſet, quos libros compertos habeat ex libris majorum noſtrorum, & in quibus ex iis fides ſua inniteretur. Poſt longam hanc præfationem diſſerit auctor *Baculi Dei* in hanc ſententiam: *Veriſſime præcepta legis noſtræ ſanctæ commemorata, explicata & liquata ſunt ſepties* (Pſ. XII. 7.) *in libris Sapientum noſtrorum inde ab Eſra Scripta, ſuper quem ſit pax, ad noſtram uſque ætatem. Inde vero idem factum eſt in libris Rabbanorum noſtrorum, ſuper quos ſit pax, inde in* b) *Miſchna, Talmude, Aggadoth, Baraithoth, Peſikta, Siphra, Siphri, Mechilta,* *Lal-*

b) Ex hoc confirmatur, quod ſupra notavimus, Karæos traditiones quaſdam tanquam a majoribus ſuis profectas, & in ipſo Rabbanitarum Talmude conſervatas, recipere. Ceterum Talmud hic Miſchnæ contradiſtingui, adeoque alteram Corporis Caronici Iudæorum partem, nempe Gemaram ſignificare nemo ignorabit; quo ſenſu Rabbanitis quo-

שלא אזכור בתוך הביאור מדברי המשנה· והחפץ בזה להיותם בדרך סמך או חדוד לב הקורא· או יחכר להוות הבדל בין מאמר למאמר· או ימצא נכון· או יורה על ענין שלא הורגש ברבים· ואין כל אמריהם בלי תועלת״ ונתעוררתי לזה בראותי את הרב המובהק רבינו ישועה נ״ע שהזכיר בספר העריות חמש עשרה נשים והשניות שהביאו ב״ה e) וכיוצאי בהם ורוב משכילי גלותנו עשו ככה· עד שהרב נסי בן נח חייב לבני עמנו ללמוד המשנה והתלמוד· ואין זה תפארת לבעלי הקבלה כי רוב

Jalkuth, *Rabboth & similibus. Qui nisi in nonnullis locis errassent, omnino illorum rationem habituri eramus. Propterea Sanctus Domini, Rabbi Aharon*, *auctor libri* c) *Hammubchar p. m. ait:* Ad extremum non gravabor in plerisq; præceptis interpretandis ad partes vocare verba Mischnæ quæ vel ideo placent, quod sint quasi in via fulcrum quoddam aut cuspis animo legentis. Sive enim dissensio inter dictum & dictum invenietur, sive aliquid recte dictum deprehendetur, sive indicabitur res, quam non assequantur omnes. Neque sane dicta eorum omnia utilitate sunt destituta. Permotus autem ad hanc rem sum exemplo illustris Doctoris d) R. *Jeschua*, cujus requies sit in paradiso, qui in libro suo *de incestu* allegavit cap. I. *Jevamoth*, cujus initium est: חמש עשרה נשים quod itidem cum aliis similibus citant Hillelis asseclæ, nec pauci ex doctoribus nostræ captivitatis. Donec R. f) *Nissi ben Noach* doctrinæ nostræ sociis præ-

que sæpe usurpari varia docent loca a Buxtorfio in Lexico Talmudico p. 1147. Wagenseilio in præfat. ad Tela Ignea Satanæ & Eisenmengero Parte I. Judaismi Detecti p. 296. 300. & 330. allata.

c) Hic liber est commentarius in Pentateuchum a variis laudatus, qui MS. exstat in Bibliotheca Lugdunensi Belgarum, quod ex Catalogo ejus apparet p. 283. & 285. Eundem solum ex Karæorum libris se habere MS. in folio, non admodum magno, ac tres digitos aut circiter crasso, scribit Jo. Morinus in ep. ad Jo. Buxtorfium p. 520. Antiquitatum Ecclesiæ Orientalis, & in alia ad Capellum p. 574. Idem huno librum A. C. 1299. scriptum testatur ibidem, & aliquoties ad partes vocat in Exercitatt. Biblicis lib. II. exerc. XIII. c. 7. sq. quod & post eum fecit Rich. Simon in Historia Crit. V. T. & in Supplemento ad Leonem Mutinensem. Excerpta ejus quædam Amstelodami nuper edidit Cl. Jo. Ludov. Frey Professor Basileensis an. 1705. 4. Schabtai in *Labiis Dormientium* perperam tradit, מובחר comprehendere etiam commentarium in Psalmos. Scripsit quidem in Psalmos comm. qui adhuc MS. exstat Lugd. B. ut ex Catalogo citato p. 285. n. 27. apparet; Sed hic illo titulo מובחר non comprehenditur.

d) Vide de hoc *Jeschua* & ejus libro Seldenum de Uxore Hebr. lib. I. c. 3. p. 9. & p. 19. ut & Schupartum de Karæis p. 89.

e) Hoc scribendi compendium ita explicari debere, ut feci, satis luculente ostendisse mihi videtur Triglandius in calce dissertationis suæ.

f) Hujus alibi non inveni factam esse mentionem; Alius est רבינו נסים אבו אלפרג,

רוב אמריהם דברי אבותינו הם (עד כאן לשון בעל המובחר) גם אמרו החכמים ע"ה כל קבלה שלא תעמוד כנגד לא תוסיף עליו ולא תגרע ממנו וכל ישראל מודים בה ויש לה סיוע מן הכתוב נקראת העתקה ונקבלה עלינו ונפאר בזה שרובם תקוני אבותינו הקדושים הם" אם כן איך לא נעשה אותם כי ודאי צריך לנו שנאמין בהם ולעשותם בלב טוב ובנפש חפצה" ובפרט בהיותם דעות של רב שמאי ובית דינו והקודמים לו" אם היות נמצא שהבאים אחריהם לא המירום· לפי שאנו הקראים יחד סומכין ונשענין ברב שמאי ובית דינו כאשר קבלנו הוראת התורה והעתקה בה ממנו· שרב שמאי קבל מרב שמעיה ורב שמעיה קבל מרב יהודה בן טבאי ובזמנו נחלקו ישראל לשתי כתות" והיה חבירו של ר' יהודה שמען בן

præcepit Mischnam & Talmud discere. g) Neque illud Traditionariorum gloriæ inservit, eo quod pleraque eorum dicta Patrum nostrorum verba sunt. (Hucusque verba auctoris libri *Hammubchar*) *Dicunt etiam Sapientes nostri, super quibus sit pax, quod omnis traditio, quæ non repugnat dicto: non addes illis, neque demes, quamque omnes Israelitæ amplectuntur, & cujus est in lege præsidium, vocatur doctrina translata, eam nos etiam recipimus, & de illa gloriamur, quia pleraque sunt majorum nostrorum Sanctorum instituta. Quod si vero ita res habet, quomodo fieri potest, ut non observemus ea, quia necesse est, ut amplectamur & præstemus ea animo cato & lubenti;* h) *Speciatim si sint sententiæ R. Schammai & Synedrii ejus ac eo priorum, simulq; constet, eas a recentioribus non esse mutatas. Nos enim Karai innitimur omnino & recumbimus in R. Schammai, & Synedrio ejus quemadmodum etiam doctrinam* i) *& exemplar Legis ab eo accepimus, quam ille accepit a R. Schemaja, hic vero a R. Juda fil. Tabbai, cujus ætate Israëlitæ in duas sectas abierunt. Collega hujus R.*

quem Bartoloccius in Biblioth. Rabb. Tom. III. lit. נ commemorat, tanquam talem, qui in Hispania scripserit contra Rabbanitas. Hic non distingvendus erat ab אבו אלפרג quem idem Bartoloccius Tomo I. lit. א tanquam Scriptorem Karæum recenset. Vide de eo Spizelii Specimen Biblioth. Univers. & Triglandium p. 115. de Karæis.

g) Locum hunc affert & illustrat Triglandius p. 24.

h) Vide Trigland. p. 72. & inprimis p. 93. sq. ubi fuse commonstrat, Schammæanos Karaiticas, Hillelianos vero Rabbanitarum sententias amplexos esse.

i) Hoc monere videtur Karæus, ut hac quoque in parte Rabbanitis non credantur inferiores, qui Hillelianum Legis exemplum inprimis ostentant. Vide, quos de eo allegat diligentissimus Jac. le Long p. 60. Biblioth. Sac. ed. Lips. quibus adde, si placet, Rich. Simonem in Histor. Crit. V. T. lib. I. c. XXII. p. 113. sq. Jul. Bartoloccium Tomo II. Biblioth. Rabbin. p. 798. sq. Jac. Basnage Tomo V. Histor. Jud. p. 1654. sq. & Brian. Waltonum in Prolegomen. IV. § 8. sqq. Recentior inter Judæos Criticus, Menachem de Lonzano in אור תורה qui est liber primus in שתי ידות ad Codicem Hillelianum sæpe provocat.

Jehuda fuit Simeon ben Schetach, sed secessit Simeon ab illo, & ingenio indulsit, sicut in libris Sapientum nostrorum p. m. traditum est, & nos quoque, Deo juvante, rem, prout gesta est, explicabimus. Rabbanitæ vero Kabbalam acceperunt a R. Hillel Seniore, & Synedrio ejus, R. Hillel vero ab Abtalione, Abtalion a Simeone ben Schetach, qui a communi Sapientum Israelis societate sejunctus discessit, & pro lubitu egit, ac per mendacium dicere ausus est: ita dixit Dominus Deus, cum tamen Dominus non dixisset. Propterea in Talmude de dissensionibus eorum dicitur: k) *Si domus Schammai aliud statuit, & domus Hillel aliud, decisio est secundum domum Hillel. Interea tamen profitentur & affirmant sua sponte, quod* l) *discipuli R. Schammai sapientiores fuerint & solertiores discipulis Hillelis. Quoniam vero discipuli* m) *R. Hillelis plures erant discipulis R. Schammai, factum*

בן שטח ונפרד שמעון ממנו ועשה כרצונו כאשר הוא מבואר בספרי חכמינו ז"ל וכאשר נבאר גם אנחנו בעזרת האל איך היה זה׃ והרבנין קבלו מרב הלל הזקן ומבית דינו ורב הלל קבל מאבטליון ואבטליון קבל משמעון בן שטח אשר נפרד ונחלק מכלל חכמי ישראל ועשה כרצונו ובדה מלבו לאמר כה אמר ה" אלהים ואדוני לא אמר· לזאת אומרים בתלמוד במחלוקתם בית שמאי אומרים כך ובית הלל אומרים כך הלכה כבית הלל· אמנם מודים ואומרים בעצמם כי תלמידי רב שמאי היו יותר חכמים חריפים מתלמידי הלל· ומפני שתלמידי רב הלל מרובים על תלמידי רב

k) Hoc dictum non solum ingeminant sæpe Rabbanitæ, sed divino oraculo etiam prærogativam in decidendis casibus Hillelianis concessum esse pronunciant in עירובין fol. 13. col. 2. ubi cum relatum esset, per tres annos Schammæanos & Hillelianos a se invicem dissensisse, ita ut utrique clamarent, הלכה כמותינו h. e. *decisio est secundum nos*, additur: יצאת בת קול ואמרה אלו ואלו דברי אלהים חיים הן והלכה כבית הילל h. e. *exiit tunc filia vocis & dixit; hæc & illa sunt verba Dei viventis, decisio autem est secundum domum Hillel.* conf. Talmud Hierosolymit. in *Berach.* f. 3. col. 2. Ceterum de illa utriusque partis dissensione lege plura in Jo. Henr. Othonis Historia Doctorum Mischnicorum p. 76. sqq. Altingii Schilo lib. IV. c. 21. Jo. Lightfooti Opp. posthumis p. 28. b. Bartolocc. Tomo II. Bibl. Rabb. p. 784. sqq. & in singulari dissertat. M. Gothofr. Engelhardi Geigeri de Hillele & Schammai Altorf. 1707. habita.

l) Credo, nostrum respicere tract. יבמות cap. I. p. 4. ubi hæc leguntur: תלמידי בית שמאי יותר חכמים מתלמידי בית הילל.

m) Sic R. Abarbanel in præf. ad *Nachalath Avoth* de Hillele ait: היו לו כמו אלפים תלמידים h. e. *erant illi discipulorum millia*; cumque alibi nempe in *Bava Bathra* tantum 80. discipuli ipsi tribuantur, id quidem Interpretes de præcipuis illorum accipi volunt. Sed vel sic tamen numerus illorum longe inferior fuerit illo, quem R. Akibæ adsignant, cui 24000. in Cod. *Cetuvoth* cap. 3. p. 63. in Bereschith Rabba vero 1200. discipuli fuisse traduntur.

רב שמאי היה נפסק הלכה
כמותם בכל מקום· זולת קצת
מקומות שפוסקים הלכה כבית
שמאי· ואומרים מפני שתלמידי
בית הלל היו יותר נפסקה
הלכה כמותם ממאמר אחרי
רבים להטות· ולזה רמז שע״ה
טוב ילד מסכן וחכם ממלך זקן
וכסיל· לזאת אתמה מהם
ששכחו קרא דכתיב ולא תלכו
אחרי רבים לרעות· ואיך יכול
פיהם ואומרים במאמר לא
תסורו מן הדבר אשר יגידו
לך ימין ושמאל· אפילו במה
שיגידו לך על ימין שמאל ועל
שמאל ימין· ואיך נשא סיפיה
דקרא דמפרש ואזיל דכתיב
אשר אנוכי מצוה אתכם היום·
והיאך יכיל פומא דגברא הדין
למימר הקבלה תנצח והכתוב
תצורח· וחזיתי דוכרן עובדא
חדא דהווא בין ר׳ אליעזר
הגדול ובין רבן גמליאל
הנשיא בנו של רבן הלל הזקן
והוא רבי אליעזר בן הורקנוס
שאמרו עליו אם יהיו כל חכמי
ישראל

factum est, ut ubique secundum eorum sententiam pronunciaretur, exceptis paucis locis, in quibus ex mente Schammæanorum decernitur. Dicunt etiam, decisionem secundum discipulos Hillelis fieri, quia numero illi sint superiores, secundum id quod dicitur (Exod. XXIII. 2.) *ad multos esse deflectendum.* Hoc ipsum innuit Salomo, super quem sit pax (Eccles. IV. 13.) *melior est puer pauper & sapiens quam Rex senex & stultus.* Propterea miror, eos oblitos esse illius, quod scriptum est: *non sequemini plures ad malum* (Exod. XXIII. 2.) *Et quomodo prævalebit os eorum, dicentium, oraculum illud* n) (Deut. XVII. 11.) *non recedetis a verbo, quod tibi annunciabunt, dextrorsum aut sinistrorsum, ita esse accipiendum: etiamsi tibi dicant, quod dextra sit sinistra & sinistra dextra. Quomodo enim hanc interpretationem feret illud, quod postea scriptum est* (Deut. XXVII. 4.) *quæ ego hodie præcipio vobis. Aut quomodo poterit os viri* *) *istius dicere: Triumphabit Kabbala, si vel maxime scriptura clamet.* o) *Vidi ego recensionem rei, quæ gesta est inter R. Eliesерem Magnum & inter* Rab-

n) Hoc loco abuti solent Judæi ad probandam Legis Oralis divinitatem, quam causam inprimis agit Abarbanel in comment. ad h. l. affirmans, per דבר *Cabbalam* sive traditionem, per תורה interpretationem Scripturæ, per משפט denique præcepta alia, quæ ad muniendam legis obedientiam dari poterant, significari. Sed lege, quæ monuit Jo. Coccejus in Consideratione Responsionum Judaic. p 72. Tom. VII. Opp.

*) Dictum hoc procul dubio Rabbanitæ cujusdam est, quod nescio, an in Talmude legatur. Idem perstringitur ab *Aarone* fil. *Eliæ* in præfat. libri ritualis, cujus partem affert Cl. Schupartus in diss. de Karæis. Ibi enim p. 65 sq. dicitur: ודבר גדול מזה על דברי כל נביא וחוזה באמרם שהקבלה תנצח והכתוב צווח··

o) Repetit hanc historiam Cl. Triglandius p. 186. sed ita ut existimet, eam ex opusculo quodam Karæorum antiquissimo a *Mose Beschitzi* haustam esse. Sed non recordatus fuit Vir eruditissimus, rem, prout gesta est, recenseri in *Bava Metzia* fol. 59. col. 1. & 2. edit. Basil. Confer Eisenmengeri Judaismum Detectum Part. I. p. 14.

Rabban Gamaliel Principem, filium Rabban Hillel Senioris. Prior ille est R. *Eliesér fil. Hyrcani, de quo dixerunt:* p) si omnes Israelitæ fuerint in lance una libræ, & R. Eliesér fil. Hyrcani in lance altera; hæc omnes illos est depressura. *R. Elieser autem erat discipulus Rabban Iochanan fil. Acob Saccai: R. Jochanan vero discipulus Rab Schammai, p. m. & R. Gamaliel ille erat avus R. Juda Principis, qui compilavit Mischnam. Uxor R. Elieseris erat soror Rabban Gamalielis, & Rabban Gamaliel agebat Præsidem Academiæ altero post anno, quam Princeps erat constitutus. Dissenserunt illi de fornace quadam, quæ vocabatur fornax Acnai, ut exponitur in Tract. Baba Metzia* c. IV. Didicimus ibi: ceciderant frusta sive lapides (ad fornacem faciendam) singulisque interjecerant arenam: quo facto R. Eliezer pro re munda, Sapientes autem ceteri pro immunda habuerunt. Hæc est fornax serpentis. (ad formam serpentis structa,) Quid vero sibi vult *Acnai*? Respondet R. Jehuda: dixit Schemuel; (vocatur Acnai,) quia isti (Sapientes) verba sua instar Serpentis cujusdam subtiliter involverunt & rem illam immundam esse ostenderunt. Docent, eodem die R. Eliezerem attulisse omnes responsiones, quæ

ישראל בכף אחד של מאזנים ור' אליעזר בן הורקנוס בכף שנייה מכריע הוא את כלם׃ ורבי אליעזר היה תלמידו של רבן יוחנן בן עקוב הזכאי ורבן יוחנן היה תלמידו של רב שמאי ז"ל ורבן גמליאל זה היה זקנו של ר' יהודה הנשיא שחבר המשנה׃ ואשת ר' אליעזר אחותו של רבן גמליאל הותה׃ ורבן גמליאל היה ראש ישיבת משנה שהיה נשיא׃ והחלוקת היתה על תנור אחד הנקרא תנורו של עכנאי והא במסכת בבא מציעא פרק הזהב תנן התם חתכו חוליות ונתן חול בין חוליא וחוליא ר' אליעזר מטהר וחכמים מטמאים׃ וזהו תנורו של עכנאי׃ מאי עכנאי אמר רב יהודה אמר שמואל שהקיפו דברים כעכנא זו וטמאוהו׃ תנא באותו היום השיב ר' אליעזר כל תשובות. שבעולם ולא קבלו הימנו׃ אמר להם אם הלכה כמותי חרוב זה יוכיח נעקר חרוב ממקומו מאה אמה ואמרי ליה ארבא מאות אמה׃ אמרו לו אין מביאין ראיה מן החרוב׃ חזר ואמר להם אם הלכה כמותי אמת המים יוכיחו׃ חזרו אמת המים

p) Dictum hoc est Rabban Jochananis ben Saccai, quod legitur in Pirke Avoth cap. II. Alia ejus elogia lege in Juchasin p. 32. b. Abrah. ben David in libro Cabbalæ & R. Bechai ad Exod XVIII. 4. Idem hic est, cui פרקי sive capitula, magnæ inter Judæos auctoritatis, inscribuntur, sed falso ut plerique existimant. Vide Jo. Morini Exercitt. Biblic. p. 377. Jo. Petitum in Miscellan. Parte II. c. IV. p. 113. Vincent. Placcium in Theatro Anonym. & Pseudonym. p. 713. & Hottingerum cum in Smegmate Orient Part. I. p. 202. tum in Histor. Eccles. Parte I. p. 74. Idem hic quoque videtur esse, qui קראי vocatus fuit, de quo Triglandius p. 24. 25. & 98. legatur.

המים לאחוריהם· אמרו לו אין מביאין ראיה מאמרת המים· חזר ואמר להם אם הלכה כמותי כותלי בית המדרש יוכיחו· הטו כותלי בית המדרש ליפול· גער בהם ר׳ יהושע· אמר להם אם תלמידי חכמים מנצחים זה את זה בהלכה אתם מה טיבכם נפלו מפני כבודו של ר׳ יהושע ולא זקפו מפני כבוד ר׳ אליעזר ועדיין מטין ועומדין· חזר ואמר להם אם הלכה כמותי מן השמים יוכיחו· יצאת בת קול ואמרה מה לכם אצל ר׳ אליעזר שהלכה כמותו בכל מקום· עמד ר׳ יהושע על רגליו ואמר לא בשמים היא· אמר ר׳ ירמיה אין אנו משגיחין בבת קול

quæ afferri poterant, ſed nihil eorum illos approbaſſe. Dixit itaque illis, ſi deciſio eſt ſecundum me, ſiliqua arbor id confirmet: mox ſiliqua e loco ſuo mota eſt ad cubitos centum, vel, ut alii dicunt, ad quadringentos. Sed obvertebant illi, non ſolere argumentum peti a ſiliqua. Dixit iterum, ſi traditio fieri debet ſecundum me, rei veritatem evincant aquæ. Mox alveus aquæ retrorſum ceſſit. Sed & tunc obverterunt illi, non ſolere argumentum duci ab aquis. Dixit itaque illis porro: ſi deciſio ſecundum me fieri debet, parietes ſcholæ noſtræ id arguant: inclinarunt itaque ſe parietes Muſei in ruinam, quos tamen cohibuit R. q) *Jehoſchua*. Dixit iſtis (R. Jehoſchua,) ſi diſcipuli Sapientum ſe in vicem ratione deciſionis vincunt, quænam veſtræ hic ſunt partes? Propterea non collapſi illi ſunt, ut conſtaret honor R. *Joſua*, nec erecti penitus ſunt, ut ſalva eſſet R. *Elieſeris* auctoritas, ſed adhuc hodie & inclinati ſunt, & ſimul conſiſtunt. Convertit ſe & dixit illis (R. *Elieſer*): Si deciſio ſecundum me fieri debet, ex cœlo feretur teſtimonium. Prodiit igitur *Bath Kol* & dixit; quid rei vobis eſt cum R. Eliezer, ſecundum quem ubique deciſio fieri debet. Surrexit tunc Joſua & dixit (*Deut*.30.12.) *non eſt in cælo*. Dixit etiam R. Jeremias: nos non attendimus ad r) *Bath Kol*, quia (*o Deus*)

jam

q) Hic eſt R. *Joſua ben Chananja*, quem Elieſeris Hyrcani ſocium faciunt Judæi, & in Miſchna Joſuam ſimpliciter appellant. Vide Othonis Doctores Miſchnicos p. 126.

r) Nihilominus tamen ad eam aliquoties provocant Judæi in caſibus dubiis, ut paulo ante de Schammai & Hillele notavimus. Hoc oraculi genus Judæi plerumque ad ætatem templi II. referunt, qua Prophetiæ deficienti ſucceſſerit. Vide R. Menachem Rekanatenſem in Pentat. fol. 83. col. 3. ubi tres Prophetiæ gradus, nempe נבואה, *Prophetiam*, רוח הקדש *Spiritum S.* & בתקול ſ. *filiam vocis* h. e. *vocem* conſtituit, atque hunc gradum ceteris inferiorem Sapientibus Iſraëlis, Prophetia ablata, tribuit; confer R. Bechai in Pentat. p. 736. col. 2. Nihilominus tamen alii ex Judæis *Bath Kol* Abrahami, Davidis Salomonis & Nebucadnezaris ævo auditam ſcribunt. Vide eruditiſſimi Relandi Antiquitates Hebr. p. 259. & Gilb. Gaulmini notas ad Vitam Moſis lib. II. p. 304. qui poſterior hæc conciliari poſſe putat, ſi dicamus, Bath Kol in ſecundo templo petitam, in primo vero oblatam eſſe.

jam in monte Sinai plurium ſententiam ſequendam eſſe (Exod. XXIII. 2.) ſcripſiſti. R. s) *Nathan* invenit R. *Eliam* p. m. Hunc interrogavit: quid facit Sanctus Benedictus ille ipſa hac hora? reſpondit ille: ridet & ait: *vicerunt me filii mei, vicerunt me filii mei.* Ajunt etiam, eodem die eos adduxiſſe res omnes, quas mundas & licitas pronunciaverit R. *Elieſer*, & igni combuſſiſſe, ſuffragiisque collectis eidem maledixiſſe. Quæſitum igitur fuit: quis abibit, ipſique rem ſignificabit? Reſpondet R. *Akiba*; ego ibo: ne forte aliquis minus idoneus ei rem aperiat, & ſic efficiat, ut totum is mundum evertat. Quid igitur faciebat Akiba? induebat veſtem nigram, & intervallo quatuor cubitorum ab eo remotus humi ſedebat. Dixit ei R. *Elieſer:* quid habet hic dies præ ceteris diebus? Reſpondit illi Rabbi: videntur mihi ſodales tui a te diſceſſiſſe. Mox diſrupit ille veſtes, & exuit calceos, & ex ſella prolapſus in ſolo conſedit. Præterea ex oculis ejus manarunt lacrymæ, & percuſſus eſt (maledictione) mundus, tertia nempe pars olearum, tertia pars tritici, & tertia hordei: ajunt etiam ipſam maſſam farinaceam in manu mulieris (verſantem) corruptam eſſe. Tradunt quoque magnum quid accidiſſe eo die, quia, quemcunpue in locum oculos convertit R. Elieſer, in eo combuſta ſunt omnia. Fuit etiam Rab *Gamliel* in navi; in hanc irruit turbo maris eum abſorpturus. Dixit ille, videtur mihi hoc accidere Elieſeris fil. Hyrcani cauſa. Conſtitit igitur in pedibus ſuis, dixitque: Do-

קול שכבר כתבת בהר סיני אחרי רבים להטות׃ אשכחתיה ר׳ נתן לאליהו ז״ל אמר ליה מאי עבר קודשא בריך הוא בית שעתה׃ אמר ליה קא חייך ואמר נצחוני בני נצחוני בני׃ אמרו אותו היום הביאו כל טהרות שטהר רבי אליעזר ושרפום באש ונמנו עליו וברכוהו׃ ואמרו מי ילך ויודיענו׃ אמר להם ר׳ עקיבא אני אלך שמא ילך אדם שאינו הגון ויודיענו ונמצא מחריב את כל העולם כלו׃ מה עשה עקיבא לבש שחורים וישב לפניו ברחוק ארבע אמות קרקע׃ אמר לו רבי אליעזר מה היום מיומים׃ אמר לו רבי כמדומה לי שחבריך בדלין ממך׃ אף הוא קרע בגדיו וחלץ מנעליו ונשמט וישב על גבי קרקע׃ זלגו עיניו דמעות לקה העולם שליש בזיתים שליש בחטים שליש בשעורים ויש אומרים אף על בצק שבידי אשה טפח׃ תנא אך גדול היה באותו היום שבכל מקום שנתן עיניו בו ר׳ אליעזר נשרף׃ ואף רבן גמליאל היה בספינה עמד עליו נחשול של ים לטבעו׃ אמר כמדומה לי שאין זה אלא בשביל אליעזר בן הורקנוס׃ עמד על רגליו ואמר רבונו שלעולם גלוי וידוע לפניך שלא לכבוד בית אבא עשיתי זאת אלא לכבודך שלא ירבו מחלוקות בישראל נח הים מזעפו׃ אימה שלום דביתהו דרבי

s) Forte hic eſt R. *Nathan*, quem Juchaſin Patrem Senatus fuiſſe ſcribit.

דרבי אליעזר אחתיה דרבן
גמליאל הואי· מה הוא מעשה
ואילך לא הווא שביקא ליה לר׳
אליעזר למיפל על אנפיה״ ההוא
יומא ריש ירחא הווה ואיחלף
ליה בין מלא וחסר· איכא
דאמריה אתה עניא וקאי אבבא
אפיקה ליה ריפתא· אשכחתיה
דנפל על אנפיה· אמרה ליה קום
קטלית לאחי״ אדהכי נפק
שיפורא מבית רבן גמליאל
דשכיב״ אמר ליה מנא ידעת·
אמרה ליה כך מקובלני מבית
אבי אבא כל השערים נעולים
חוץ משערי אונאה״ (עד כאן
בבא מציעה) נמצא מדבריהם
שחטאו לו· וכל זה לא נהיה
אלא לתגבורת תאוה· באמרם
אותו היום השיב ר׳ אליעזר כל
תשובות שבעולם ולא קבלו
הימנו״ לזאת הביא ר׳ אליעזר
אותות ומופתים על אמתת
דבריו ולא הטו אזן עד
שבקש בת קול· וכשיצאה בת
קול לסער בדבריו העיזו פנים
כלפי מעלה ולא קבלו· עם היות
הלכה כמותו· ואמרו איך אנו
משגיחים בבת קול״ וזה לא
בקש בת קול רק בית הלל בקשו
בת קול בכמה וכמה הלכות
ויצאה להם בת קול ונפסק
הלכה כמותם· אם כן למה
הוי

Domine mundi, cognitum & perspectum oculis Tuis est, * me hoc non fecisse in gloriam domus Patris mei, sed in honorem tuum, ne scilicet dissensiones in populo Israëlitico augerentur. Remisit igitur maris tempestas. Ema Schalom, uxor R. Eliezer erat soror Rabban Gamaliel: illa inde ab eo tempore, quo hæc gesta sunt, & deinceps non permisit ipsi, ut in vultum caderet, (precandi causa) Eo die mensis initium erat, qui eam passus est vicissitudinem, ut ex pleno (30. dierum) fieret deficiens (i. e. 29. dierum.) Sunt, qui dicunt venisse pauperem, & stetisse præ foribus, cui cum illa frustum panis projiceret, invenit (R. Elieserem) in faciem prolapsum. Tum dixit illi: surge, t) occidisti enim fratrem meum. Interea temporis clamor auditus est ex ædibus Rabban Gamalielis, qui nunciavit, eum obiisse. Respondit ille: unde hoc nosti? cui illa: u) ita didici ex domo avi, omnes portas clausas esse (scilicet precibus) præter portam defraudationis (h. e. quando quis de defraudatione queritur, illius preces audit Deus) Huc usque *Bava Metzia. Ex his verbis intelligitur, illos in ipsum peccasse, nec alia de causa, quam ex affectu vehementiore. Dicunt enim: eo die adduxit R. Elieser responsiones omnes, quæ dari possunt, quarum tamen nullam illi receperunt. Propterea attulit* R. *Eliezer miracula* &

* In Cod. Megilla f. 3. eadem verba tribuuntur Jonathani Usielidi, Paraphrastæ, Bath Kol alloquenti.

t) Judæi itaque preces ad occidendos alios referunt; cui rei superstitiose & impie alii Psalmum CIX adhiberi posse censueruut, V. Vener. Jo. Andr. Schmidii dissertat. singularem, & Georg. Serpilii commentationem de Psalmis, quæ est Pars IX. de Scriptoribus Biblic. p. 624. sq. Aliud exemplum Rabbini precibus suis alium occidentis habes in tract. *Meila* fol. 51. col. 1.

u) De hac Talmudistarum sententia vide quæ affert Buxtorfius in Lexico Talmud. p. 959.

& portenta varia ad faciendam verbis suis fidem, sed ne sic quidem audiverunt illum, donec ad partes vocaret Bath Kol. Cumque prodiret illa, & sermones eorum castigaret, obsirmarunt faciem, neque sententiam ejus amplexi sunt, quamvis secundum ipsum decisionem fieri debere monerentur. Dixerunt enim: non habemus rationem Bath Kol. Ille tamen non sollicitaverat Bath Kol, sed domus x) *Hillel potius eam requirere alias solebat, cum decisiones essent faciendæ. Res vero ita comparata cum sit, qua fronte Bath Kol advocarunt, cujus nullam habebant rationem? Si dixeris, factum hoc propterea esse, quod, cum domus Hillel plures haberet asseclas, decisio autem pluribus suffragiis determinetur, Bath Kol insuper habuerint. Enimvero, si domus Hillel multitudine asseclarum vicit domum Schammai, & decisio ex plurium sententia fieri debet, quare vel sic interrogarunt Bath Kol? Manifestum itaque potius est, Bath Kol lites eorum diremisse, quia, si res aliter haberet, neutra pars illam consulendam censuisset. Hinc apparet, pravam affectus cupiditatem apud eos prævaluisse, ut verbis suis fidem facerent pro arbitrio, & prout acceperunt ac cognoverunt a Rabban Simeon ben Schetach, idque propterea solum, quod R. Elieser Magnus, super quem sit pax, ex discipulis domus Schammai fuit, ut proinde nihil ab eo receperint, imo, si decisio secundum ipsum fieret, cor suum sensu abundare paterentur, & collectis suffragiis illius sententiam anathemati subjicerent. Idque, ut diximus, ideo, quod esset ex fami-*

היו שואלים בת קול היום שלא
חששו בה׃ ואם תאמר היות
שבית הלל היו מרובים ויפסק
הלכה כרבים לזאת לא חששו
לבת קול׃ אם כן אחרי שבית
הלל היו יותר מבית שמאי
ובודאי הלכה כרבים ילמה
היו שואלים גם הם בבת קול
אלא ודאי שבת קול היתה
מכרעת ביניהם׃ שאם לא כן
לא היו שואלים בת קול אלו
ואלו׃ מזה נודע כי גברה
תאות יצרם לקיים דבריהם
כפי רצונם כאשר קבלו וידעו
מרבן שמעון בן שטח׃ אין זה
אלא בהיות שרבי אליעזר
הגדול ע״ה היה מתלמידי
בית שמאי לכך לא קבלו ממנו
ואם היום הלכה כמותו בכל
מקום מלאים לבם ונמנו
וברכוהו׃ וזה בעבור שהיה
מבית שמאי ומכנים אותו
בכנוי רבו וקורין לו רבי אליעזר
השמאית׃ וכן ברוב יוקר חולק
עליהם ר׳ אליעזר ע״ה מכל
החכמים חכמי בית שמאי׃ וכן
גם

x) Hinc apparet, Karæos, qui Schammæi instituta secutos se alias profitentur, oraculo illi *Bath Kol* nihil tribuisse, quod proinde non vana conjectura assecutus est Guil. Henr. Vorstius in Bilibra Veritatis p. 142. qui & ipse p. 141. existimat, *pleraque, si non omnia ista oracula Bath Kol fuisse conficta a Rabbinis. Quis enim crediderit*, ita pergit l. c. *Summum Numen ita se immiscuisse semper ineptis altercationibus Rabbinorum, ut oraculo cœlitus demisso finem iis imposuerit, atque decreverit, quanam sententia esset amplectenda?*

familia Schammai, ideoque appellant eum y) *Rab & vocant* R. *Eliezer Schammæanum. Itaplerumque R. Eliezer, super quem sit pax, magis ab iis dissentit, quam ceteri Sapientes familiæ Schammai. Eodem modo a domo Hillelis dissensit R. Juda, super quem sit pax, atque ille erat ex domo Schammai, & distinctus a R. Jehuda Principe, compilatore Mischnæ, idque ideo, quod* z) *Schammæani semper aggravarent præcepta, Hilleliani vero leviora redderent. Quemadmodum fatentur hoc ipsi & dicunt: Schammæani allevant præcepta, Hilleliani vero vicissim aggravant, idque tantum in septem decisionibus* (in ceteris enim rebus contrario modo proceditur.) *Idem obtinet in ramis præceptorii* (h.e. in iis quæ ab aliis pendent.) *Quod vero dicunt, R. Nathanem invenisse Eliam, eumque interrogasse, quid faceret Deus Benedictus illa hora, istum vero respondisse, ridere Deum & dicere: vicerunt me filii mei, vicerunt me filii mei*: (dictum sibi putent illud Psalmi II. 4.) *sedens in cœlo ridebit, Deus illudet illis. Ipsi enim in tractatu* a) *Avoda Sara dicunt, post destructum Sanctuarium risum*

גם כן עם בית הלל היה חולק רבי יהודה ע"ה והוא היה מבית שמאי והוא זולת ר' יהודה הנשיא אשר חבר המשניות: וזה היות שבית שמאי לעולם מחמירים ובית הלל מקלין: וכן מודים זה ואומרים מקולי בית שמאי ומחומרי בית הלל שבעה הלכות בלבד: וזה גם כן בענפי המצות: ומה שאמרו שמצאו ר' נתן לאליהו ואמר לו מה עשה הקב"ה באותה שעה: אמר לו שוחק ואומר נצחוני בני נצחוני בני: יושב בשמים ישחק ה' ילעג למו שהרי הכמים אמרו במסכת ע"ז משנחרב בית המקדש אין שחוק לפני הקב"ה: ונצרך לומר שהשקרן צריך שיהיה זכרן: אם כן אחר שיצאת בתקול לסער דברי ר' אליעזר שבכל מקום הלכה כמותו צריך לנו שנפסוק אנחנו בסברתו: ין ברוב דבריו הביא רבינו ישועה ע"ה ופסק כמוהו: והסבה

y) Quod ipsum contemtus erat argumentum. Tres enim potissimum illa ætate honorum tituli dari solebant Doctoribus, nempe רבן, רבי vel רבי & רב qui gradibus ita sejuncti erant, ut primus præcipuum, postremus ultimum locum tueretur. Vide præter Buxtorfium in Lexico Talmud. p. 2177. & Abbreviaturis in limine literæ ר *Julium Bartoloccium* Tomo II. p. 764. ne eos repetam, quos supra de titulomania Judæorum citavi.

z) Vide huc Triglandium p. 98.

a) Legitur hic locus cap. I. *Avoda Sara* p. 13. edit. ab amicissimo Collega meo Georg. Eliezere Edzardo diligenter curatæ. Verba ita habent: א"ל רב אחא לרב נחמן בר יצחק מיום שחרב בית המקדש אין שחוק לה ב"ה: De fletu Dei super destructum Templum vide in Rabboth fol. 289. col. 4 & alibi, quæ loca diligenter collecta sunt a Wagenseilio ad Tela Ignea Satanæ p. 181. sq. & Eisenmengero Parte I. Judaismi detecti p. 14. sq. De gentilibus, Diis suis nunc risum, nunc fletum tribuentibus, lege Proclum in Platonis πολιτείαν p. 382. & Illustrem Ezech. Spanhemium ad Callimachū in hymno Dianæ v. 149.

והסבה שנחלקו ישראל לשתי
כתות בעבור שהרג ינאי המלך
החכמים בהיות שרמז עליו
אחד מהחכמים שהיתה אמה
חשודה שהיא חללה מפני
שנשבית בהר המודעית ורמזו
ואמרו לו ינאי המלך רב לך כתר
מלכות והנח כתר כהונה לזרעו
של אהרן· נתמלא חמתו עליהם
ויצוה להרג החכמים והרגום·
ונצלו שני חכמים לבד· האחד
ר׳ יהודה בן טבאי והוא אשר
בירר וגלה דת האמת כאשר
הגידו אבותיו ואבות אבותיו
ומלמדיו ועמד בפרץ להשיב
האמת· והשני הוא שמעון בן
שטח חהו אשר חדש דת אחרת
כאשר מלאו אז לבו· וזה היה
אח אשת ינאי המלך· וכשחזר
המלך להמית כל החכמים מיד
הבריחתו אחותו המלכה בנוא
אמון העיר הנקרא היום
אלכסנדריאה של מצרים· ושם
חדש הוא דת אחרת כאשר
הוציא ובדה מלבו וכונתו היתה
להסתיר מעיני כל ישראל·
לולי רבי יהודה היה הורס הכל·
ואמר

sum non fuisse apud Deum Benedictum. *Necesse igitur est ut moneamus eos, mendacem oportere esse memorem. Denique, si Bath Kol exiit ad confirmanda R. Eliezeris verba, dicens scilicet, decisionem semper secundum ipsum esse, necesse est, ut nos quoque ex ejus mente res definiamus. Quemadmodum etiam R. Jeschua ad illum plerumque provocat & in sententiam ejus pronunciat. Causa autem, ob quam Israëlitæ in duas sectas distincti sint, ex eo repetenda est, quod Iannaus Rex occidit Sapientes, cum unus ex illis exprobraret Regi, Matrem ejus suspectam esse, quod sit profana, quoniam in captivitatem abducta sit in monte Modith. Propterea objecerunt illi, & dixerunt. Iannae Rex, sufficit tibi corona regni, relinque igitur coronam Sacerdotii semini Aaronis. Exarsit itaque furor ejus in eos, & jussit occidi Sapientes. Et occiderunt eos, ita ut duo tantum essent superstites, alter,* R. *Iehuda fil. Tabbai, qui puram præstitit & propagavit doctrinam veram, prout eam tradiderunt ipsi patres majores & doctores ejus. Hic constitit in ruptura* (Ps. CVI. 23.) *ut veritatem vindicaret. Alter erat Simeon ben Schetach, qui legem novam produxit, prout animus jubebat.* (Esther. VII. 5.) *Hic erat frater uxoris Iannai Regis, cumque Rex occidendos juberet Sapientes omnes, hunc Regina statim fugere jussit in No Ammon, urbem, quæ hodie vocatur* b) *Alexandria Ægypti. Ibi ille novam cudit doctrinam, quam conceperat ingenio & confinxerat. Animus ipsi erat celare eam omnes Israëlitas, nisi R. Jehuda eam totam destruxisset.* Rabbi *Jepheth* fil. *Zair* dicit: pura conservata est doctrina vera doctrina scilicet Scripturariorum, & stabilita & vindicata veritati suæ, quam antea habuit, argumentis eximiis, quæ adduxit R. Jehuda fil. Tabbai ad veritatem stabiliendam. Ille in augustias redegit eos acumine & rationibus suis, & verita-

b) Ita quidem multi statuunt, quod No Amon per Alexandriam reddi debeat: alii Thebas vel Diospolin substituunt, Hillerus denique, solertissimi ingenii Vir, *No* a *Moph* i.e. *Memphis*, de qua Hos. IX. 6. non distinguendam statuit, cujus sententiæ idonea is argumenta affert in Onomastico Sacro p. 571. sq.

ואמר רבינו יפת בן צעיר ע"ה
ח"ל· ונתברר הדת האמתי דת
בני מקרא יצ"ע ונתחזק ונתקיים
לאמתתו כמו שהיתה מקדמת
דנא· בראיות ברורות שהביא
ר' יהודה בן טבאי לחזק האמת
והוא הכריחם בעיונו ובטענותיו
והשיב האמת למקומה (עד כאן
דברי ר' יפת) עוד דברי מטה
אלהים) אמר המחבר· בעברי
דרך ללכת במצרים עברתי
למדינת אלכסנדריאה וישבתי
שם ימים· יום אחד מימים הייתי
בשוק עם רבן אחד והיה לפנינו
בית תפלה של ישמעאלים והוא
גדול למאד ובניינו בנין עצום
ונורא יפה למאד· אמר לי לפי
תומו הרבן שזה היה בית הכנסת
שלנו ולקחוהו ישמעאלים
מידינו זה כמה שנים והוא מזמן
קדמון שבנה אותו שמעון בן
שטח כשברח פה מפני ינאי
המלך להתפלל בו· וגם יש לו
בפנים מזבח שהיה אז מקריב
עולות חבחים ואני אמרתי
כי לא יתכן זה שאיש כמוהו
יעשה זאת· ונשבע לי שהוא
אמת והוכרחתי אז לדעת זה אם
כנים דבריו· חקרתי ודרשתי
מהם והודו לי האמת שכך היה·
ומאת הישמעאלים שאלתי
חקרתי על ענין המזבח והשיבו
שזה אמת ואמרו שאנו מכבדים
אותו למאד· הקשיתי לרבנים
ואמרתי להם איך עשה זה
האיש ככה ובנה מזבח והעלה
עולות זולת מקום הנבחר· אמר
לחם אין יהודה זה שהרי
כתוב

ritati dignitatem suam restituit: (Hucusque R. *Japheth*; pergit nunc auctor libri Matte Elohim) Scribit auctor: *cum iter facerem, ut in Ægyptum proficiscerer, abii in provinciam Alexandriæ, & substiti ibi aliquot dies. Quodam itaque die cum Rabbino in platea cum essem, opposita nobis erat ædes sacra Turcica, ampla valde, & structura non minus solidæ, quam mirabilis & elegantis. Rabbi ille pro candore suo narrbat mihi, domum illam fuisse Synagogam quondam, quam Ismaclitæ jam ab aliquot annis suam fecerint, a Simeone ben Schetach jam pridem exstructam ad cultum in ea præstandum, cum a Rege Jannæo fugeret. Fuisse etiam olim in ea altare, in quo holocausta & victimas obtulerit. Respondi ego, fieri non posse, ut talis & tantus Vir illud faceret. Is vero jurejurando confirmavit, rem ita habere, coactumque mesensi, ut in hujus rei veritatem inquirerem. Perscrutanti itaque responsum est, rem omnino ita habere. Quæsivi etiam solicite ex Ismaëlitis de altari, qui responderunt, id vere dictum esse, & magno se illud honore prosequi professi sunt. Objeci itaque Rabbanitis, dixique quo modo Vir ille hoc fecit, &, exstructo altari, sacrificia obtulit in loco huic rei non destinato? Ursi amplius, dicens, quomodo fieri hoc potuit, cum scriptum sit* (Deut. XII. 13.) *& in loco illo, quem elegerit Deus, ut in eo habitet nomen ejus, offeretis omnia, quæ præcipio vobis, holocausta & sacrificia vestra. Responderunt illi, rem omnino ita se habere, neque esse quenquam, qui aliter sentiat, & posse etiam alium locum præter delectum illum huic rei destinari, in quo scilicet sit numerus hominum talis, qualis Ægypto egrediebatur. Ecce enim,* (ajebant) *qui Ægypto egressi erant, offerebant holocausta & sacrificia*

כתוב והיה המקום אשר יבחר ה" אלהים בו לשכן שמו· שמה תביאו את כל אשר אנוכי מצוה אתכם עלותיכם וזבחיכם· השיבו כי כך הוא האמת לא יש מי שחולק על זה· אמנם יתכן גם בזולת המקום הנבחר כל עוד שיש שם כיוצאי מצרים· כי הנה יוצאי מצרים מקריבים עולות חבחים במדבר ואיך יהיה נאסר להם" ולשמעון בן שטח היו לו כמה וכמה תלמידים וכמה אנשים נמצאו שהיו עמו אז כיוצאי מצרים ולכן עשאו" אמרתי להם כל ישראל פה אחד מסכימים שיש מצות והם תלויות בארץ ואין אנו חייבים לעשותם בחוצה לארץ· והעושה אותם אדרכה הוא חייב" כמו להעלות עולה ולהקטיר קטורת למשוח כהן לעשות אפר הפרה עגלת ערופה ושעירו של עזאזל ודומיהם" וכן לא עשו ישראל מצות התלויות בארץ עד שכבשו אותה כגון שמטה ויובל וזולתם: אמנם העולות היו מקריבים אותם במדבר בגזירת השם י"ת כי היה להם המשכן· וכשבאו בערבות מואב קודם שיכבשו ארץ נצטוו על זה ככתוב· השמר לך פן תעלה עולותיך בכל מקום אשר תראה כי אם במקום אשר יבחר ה"" ובאמר לא תעשון ככל אשר אנחנו עושים פה היום איש כל הישר בעיניו· כי לא באתם עד עתה אל המנוחה ואל הנחלה·

in deserto, & quomodo, quaeso, id nefas haberetur? Pari modo Simeoni ben Schetach fuerunt discipuli multi, erant etiam cum ipso multi alii ad instar exeuntium ex Ægypto: hac causa est, cur hoc fecerint. Dixi eis: omnes Israëlitae ore uno confitentur, esse praecepta, quae ad terram (Sanctam) *sunt adstricta, quae proinde extra illam observare non tenemur, adeo ut, qui ea observet, peccati reus sit.* v. c. *offerre holocaustum, adolere suffitum, ungere Sacerdotem, parare cinerem vaccae* (rufae) *vitulae cervicem frangere, emittere hircum Asasel & similia, Sic & Israëlitae non observarunt praecepta, ad terram sanctam adstricta, donec eam subegissent,* v. c. *praeceptum de agricultura septimo quovis anno omittenda, de Jubilaeo &c.* c) *Sacrificia quidem in deserto obtulerunt jussu Dei Benedicti, quia tabernaculum habebant. Cumque in campestria Moab venirent, antequam terra esset occupata, certo hanc in rem mandato instruebantur, quod exprimitur* (*Deut.* XII. 13.) cave tibi, ne offeras holocausta tua in locis omnibus, quae videris, sed in eo tantum, quem Deus elegerit. *Dicitur etiam*: (ib. v. 8.) non facietis, quod nos facimus hic hodie, unusquisque quod oculis suis rectum videtur, quia nondum venistis hucusq; in locum quietis vestrae & ad hereditatem. *Sic legimus etiam, cum filii Ruben & Gad ac dimidia tribus Manasse aedificassent altare juxta Jordanem, terra tota jam subacta, & occupata hereditate sua, totum populum Israeliticum expeditionem contra eos suscipere voluisse & Pinchasum Sacerdotem, super quem sit pax, cum decem principibus ad eos misisse, expiscaturum, quid hoc esset negotii, & quo fine id ageretur. Tum itaque Pinchas ita* eos

c) Sacrificia in deserto non fuisse oblata ostendit Campeg. Vitringa, antiquitatis Hebr. callentissimus libro II. Observationum Sacr. p. 254.

הנחלה׃ ומצאנו גם כן את בני ראובן ובני גד וחצי שבט מנשה שבנו מזבח על גלילות הירדן אחרי שכבשו כל הארץ ושבו בנחלתם׃ ובעבור זה רצו כל עדת בני ישראל לעלות עליהם לצבא ושלחו להם את פנחס הכהן ע״ה ועשרה נשיאים עמו לדעת מה זה ועל מה זה׃ וכן אמר להם פנחס כה אמרו כל עדת ה״ מה המעל הזה אשר מעלתם באלהי ישראל לשוב היום מאחרי ה״ בבנותכם לכם מזבח למרדכם היום ב״ה״ ואמר ר׳ משה המימוני בספר עבודה הלכות מעשה הקרבנות פרק י״ח וזה לשונו׃ המקריב קרבן חוץ לעזרה בטל מצות עשה ועבר על מצות לא תעשה׃ שנאמר השמר לך פן תעלה עולותיך בכל מקום אשר תראה׃ כי אם במקום אשר יבחר ה״ באחד שבטיך וגו׳ ואם הקריב במזיד חייב כרת שנאמר אשר יעלה עולה או זבח ואל פתח אהל מועד לא הביאו ונכרת מעמיו״ אמרתי להם הנה לכם ראיות אמתיות מהכתוב ומדבריהם׃ וגם כן זה הענין מפורש במסכת זבחים מי שעלה עולה ומקריב זבח בחוצה לארץ מה דינו ובשמעם דברי נתביישו ונתבלבלו ולא ידעו מה להשיב׃ ועדיין

eos allocutus est (*Jos.* XXII. 16.) Sic dicit totus cœtus Jehovæ: quæ est prævaricatio hæc, qua prævaricati estis in Deum Israëlis, avertendo vos hodie a Jehova? R. d) Mose Maimonides in lib. *Avoda* Hilchot *Maase hakkorbanoth cap.* XVIII. *ita loquitur*: Qui offert oblationem extra atrium templi Hierosol. evertit præceptum affirmativum, & transgreditur præceptum Negativum, sicut dicitur: (*Deut.* 12. 13.) cave tibi ne offeras holocausta tua in loco omni, quem videris; sed tantum in loco, quem elegerit Deus in una tribuum tuarum &c. Qui data opera obtulerit, reus est præcepti illius, quo dicitur: (*Levit.* 17.4.) *qui obtulerit holocaustum & sacrificium, neque ad fores tabernaculi conventus adduxerit, ille ex populo suo exscindetur. Dixi itaque illis: en vobis rationes firmas ex Scriptura & verbis ejus. Eadem res explicata est in Tract. Sebachim*, (cap. I. in limine.) *qui obtulerit holocaustum & sacrificium extra terram, quæ ejus est pœna? Cumq; illi verba mea audirent, suffusi pudore perturbatique nesciebant, quid esset respondendum. Et adhuc hodie persistit ibi altare in signum & testimonium, ex quo fides constet oraculo Jesaiæ Prophetæ, super quem pax, quod scriptum extat* * c. XIX. 19. *eo die altare Dei erit in media terra Ægypti, & statua juxta terminum ejus Jehovæ. Ut vero ad institutum nostrum revertamur, scito, R. Schammai doctrinam accepisse a R. Juda ben Tabbai, & R. Hillelem a Simeone ben Schetach. Qam in rem* e) R. *Japheth* ben

d) Maimonidæ verba leguntur, prout hic citantur, loco commemorato p. 129. b. edit. Venetæ an. 334. ubi plura ab ipso & ab Interpretibus in hanc sententiam disputantur.

* Eodem loco abusus olim est Onias, cum in Ægypto ædem sacram instrueret; vide Constantinum l'Empereur ad Bertramum de Rep. Jud. c. 18.

e) Hic R. *Jepheth ben Zair* distinctus est a R. *Jepheth Hallevi* itidem Karæo, cujus commenta-

ben Zair ita disserit : Hæc est series doctrinæ veræ, quæ est asseclarum Scripturæ, prout præcepta singula rationibus certis ac demonstrationibus confirmata sunt a Domino nostro, & Legato Mose, fil. Amram, super quem sit pax, qui accepit legem ex Sinai, & tradidit eam Sacerdotibus ac Senioribus & discipulo suo Josuæ filio Nun sicut dictum est: (Deut. XXXI. 9.) *& scripsit Moses verba legis hujus & dedit eam Sacerdotibus.* Josua vero tradidit Pinchaso & Senioribus, qui vixerunt post Josuam & viderunt opera Dei, in Israelitarum gratiam facta. Et Seniores docuerunt eam Judices, quorum præses erat Othniel fil. Kenos, Othniel vero docuit Ehud fil. Gara, Ehud Samgarum fil. Anath, & Samgar fil. Anath Deboram & Baracum, & Barac Gideonem fil. Ioas, & Gideon fil. Joas Abimelechum filium suum, Abimelech autem Tolam fil. Pua, & Tola fil. Pua Iairum Gileaditam, & Jair Gileadita Jephtham, Jephtha Abzanem Bethlehemitam, & hic Boasum, Boas Ajalonem Sebulonitam, & Ajalon Sebulonita Abdon fil. Hillel, & Abdon fil. Hillel Manoachum, Manoach Simsonem filium suum & ejus Curiam, Simson enim fil. Manoach erat Judex in Dan & Pinchas sedebat cum Senioribus ac Judicibus;

ועדיין עד היום הזה עומד שם המזבח לאות ולעד לקיים מאמר ישעיה הנביא ע״ה דכתיב ביום ההוא והיה מזבח ל״ה בתוך ארץ מצרים ומצבה אצל גבולה ל״ה״ ונשוב למכוננו״ ונאמר דע לך שרב שמאי קבל מרבי יהודה בן טבאי ורב הלל קבל משמעון בן שטח׃ ואמר רבינו יפת בן צעיר ע״ה וזה לשונו׃ זהו סדר הדת האמתי אשר הוא דת בני מקרא כאשר נתקיימו הראיות האמתיות והמופתים על כל מצוה ומצוה מאדוננו השליח משה בן עמרם ע״ה אשר קבל תורה מסיני ומסרה לכהנים ולזקנים ולתלמידו יהושע בן נון׃ שנאמר ויכתוב משה את־התורה הזאת ויתנה לכהנים׃ ויהושע מסרה לפינחס ולזקנים אשר האריכו ימים אחרי יהושע אשר ראו מעשי השם לישראל׃ והזקנים למרוה לשופטים וראש השופטים עתניאל בן קנז׃ ועתניאל לאהוד בן גרא׃ ואהוד לשמגר בן ענת׃ ושמגר בן ענת לדבורה וברק׃ וברק לגדעון בן יואש׃ וגדעון בן יואש לאבימלך בנו׃ ואבימלך לתולע בן פואה׃ ותולע

rii in totum fere Sacrum Codicem MSS. exstant in Biblioth. Lugdunensi Bat. Vide Catalogum p. 286. & 283. Posteriorem hunc R. Aben Esra habuit præceptorem, qui ejus interpretationes interdum affert, v. c. Hos. III. 4. ubi vocatur יפת בן עלי sicut cap. XI. plenius vocatur R. *Jepheth Hallevi ben Eli Hallevi*, ubi commentarius ejus historicus de sectis laudatur. Adde eundem ad cap. V. 3. 5. Vide etiam Triglandium p. 151. Ipse hic Catalogus Doctorum, per quas doctrinam puriorem ad se deductam ajunt Karæi, is est, quem in superioribus pollicitus est noster. Ex eo locum affert Triglandius p. 95. deinde vero p. 182. sq. fere totum describit.

ותולע בן פואה ליאיר הגלעדי׃ ויאיר הגלעדי ליפתח׃ ויפתח לאבצן מבית לחם והוא בועז׃ ובועז לאילון הזבולוני ׃ ואילון הזבולוני לעבדון בן הלל׃ ועבדון בן הלל למנוח׃ ומנוח לשמשון בנו לבירת דינו החסידים׃ ושמשון בן מנוח היה דן בדן׃ ופנחס היה יושב עם הזקנים והשופטים׃ ופנחס ושמשון מסרוה לעלי הכהן והיה סוף השופטים׃ ועלי מסרה לשמואל הנביא והוא ראש הנביאים והיה שופט׃ ושמואל מסרה לדוד המלך ע״ה ולנתן הנביא׃ והם מסרוה לאחיה השילוני וליהוא בן חנני׃ ואחיה ויהוא מסרוה לאליהו הנביא׃ ואליהו הנביא מסרה לאלישע בן שפט ולמיכיהו בן ימלא ולעובדיה הנביא וליונה בן עמתי ולאליעזר בן דודוהו׃ ואלישע מסרה ליהוידע הכהן ולחבקוק הנביא׃ והם מסרוה לזכריה הנביא הכהן׃ וזכריה להושע בן בארי והושע בן בארי לעמוס׃ ועמוס הנביא מסרה לישעיה הנביא׃ וישעיה הנביא מסרה למיכה המורשתי׃ ומיכה המורשתי מסרה ליואל בן פתואל׃ ויואל בן פתואל מסרה לנחום האלקושי ונחום מסרה לצפניה הנביא׃ וצפניה הנביא מסרה לירמיה הנביא וירמיה הנביא מסרה לברוך בן נריה וליחזקאל הכהן׃ וברוך מסרה לעזרא הכהן הראש הסופר המהיר ולבירת דינו׃ והם חגי זכריה

bus; Pinchas itaque ac Simson tradiderunt eam Eli Sacerdoti, in quo Judices desinunt. Eli transtulit ad Samuelem Prophetam, qui caput Prophetarum & Judex fuit: Samuel vero dedit Davidi Regi, super quo sit pax, & Nathani Prophetæ: hi autem tradiderunt Achiæ Silonitæ & Jehu fil. Chananiæ: Achias autem & Jehu Eliæ Prophetæ, Elias Propheta Elisæ fil. Schephet, & Michæ fil. Jimla, & Obadiæ Prophetæ, & Javne fil. Amittai, & Eliefer fil. Dodovahu. Elisa dedit Jehojadæ Sacerdoti, & Habacuco Prophetæ: illi dederunt Zachariæ Prophetæ & Sacerdoti, Zacharias Hoseæ fil. Beeri, Hoseas fil. Beeri Amoso; Amos Propheta dedit Iesaiæ Prophetæ, & Jesaias Propheta tradidit Michæ Morasthithæ, & Michas Morasthithes dedit Joëli fil. Pethuel, & Joël fil. Pethuel tradidit Nahumo Alcosæo, Nahum Zephaniæ Prophetæ; & Zephanias Propheta tradidit Jeremiæ Prophetæ, & Jeremias Propheta Barucho fil. Neriæ & Ezechieli Sacerdoti: Baruch tradidit Esræ, Sacerdoti præcipuo, Scribæ veloci & Synedrio ejus, quod constituebant Haggæus, Zacharias, Malachias Daniel, Misaël, Asarias & Chananias, & duodecim Principes, qui sunt Esra Sacerdos, Mardochai, Serubabel, Jeschua, Seraja, Realja, Bilschan, Mispar, Bigvai, Rechum, Baana & multi Sapientes præter eos, ut summa centum & viginti efficiat. Esra ac Synedrium ejus docuerunt eam Simeonem Justum, Sacerdotem magnum, post Esram, super quo sit pax; Simeon vero dedit Antigono Sochæo, cui erant duo discipuli; quorum alter

alter Zadoc, alter Baithos vocatur. Illi abnegarunt veritatem, ſuſtinuitque alter alterum, ac in hæreſin delapſi præmia & poenas, reſurrectionem mortuorum & fundamentales adeo Legis Moſaicæ articulos ſuſtulerunt. Antigonus Sochæus tradidit Joſepho fil. Joëſer, Viro Zeridæo, & Ioſepho fil. Jochanan Hieroſolymitano. Iſti tradiderunt Nittai Arbelitæ ac Jehoſuæ ben Perahjæ. Nittai vero & Jehoſchua fil. Perachja tradiderunt eam Jehudæ ben Tabbai, & Simeoni ben Schetach. Illis temporibus voluit Simeon ben Schetach abjicere, quod exaratum eſt in Scriptura veritatis, niſi Jehuda ben Tabbai in ruptura ſtetiſſet, per quem clare expoſita eſt vera doctrina, doctrina ſcilicet Scripturariorū, confirmata que & reſtituta integritati ſuæ, qualis fuerat olim, argumentis luculentis, quæ attulit R. Jehuda ben Tabbai ad confirmandam veritatem. Ille itaq; ſolertia ſua & argumentis eos coercuit, & veritatem dignitati ſuæ vindicavit. Jehuda autem tradidit Schemajæ & Abtalioni. Abtalion tradidit eam R. Hilleli. R. Hillel tradidit eam ſtudioſis Kabbalæ, qualem acceperat a Simeone ben Schetach. At Semaja tradidit eam R. Schammai. R. Schammai, Senior ille venerabilis & pius, tradidit Aſſeclis Scripturæ, quos rupes æterna cuſtodiat atque ſercet, iis præbens auxilium, perdens vero hoſtes & adverſarios eorum, qui malum iis machinantur. Amen, Amen. R. Schammai tradidit eam R. Caliana Sacerdoti ben Eliueni, qui aquas munditiei paravit Vaccæ rufæ ſub domo ſecunda, filio Abjatharis,

זכריה מלאכי דניאל מישאל
עזריה וחנניה· ושני עשר
נשיאים ואלו הן· עזרע הכהן
ומרדכי זרובבל ישוע שריה
רעליה בלשן מספר בגוי רחים
בענה והרבה חכמים עמהם
תשלום מאה ועשרים זקנים·
ועזרא ובית דינו למדוה לשמעון
הצדיק הכהן הגדול אחר
עזרא ע"ה· ושמעון מסרה
לאנטיגנוס איש סכה ושני
תלמידים היו לו· שם האחד
צדוק ושם ה"ב ביתוס· וכפרו
האמת והחזיקו איש ידי חבירו
ויצאו למינות וכפרו בגמול
ועונש· וכן בתחיית מתים
ובעקר תורת משה רבינו ע"ה:
ואנטיגנוס מסרה ליוסף בן
יועזר איש צרידה וליוסף בן
יוחנן איש ירושלים· והם
מסרוה לנתאי הארבלי וליהושע
בן פרחיה· ונתאי ויהושע בן
פרחיה מסרוה ליהודה בן טבאי
ולשמעון בן שטח· ובזמניהם
רצה שמעון בן שטח להרוס
הרשום בכתב אמת· שאלולי
יהודה בן טבאי אשר עמד בפרץ
ונתברר הדת האמתי דת בני
מקרא יצ"ו ונתחזק ונתקיים
לאמתתו כמו שהיה מקדמת
דנא בראיות ברורות שהביא
ר' יהודה בן טבאי לחזק האמת·
והוא הבריחם בעיונו ובטענותיו
והשים האמת על מקומה·
ויהודה מסרה לשמעיה
ולאבטליון· ואבטליון מסרה
לרב הלל ורב הלל מסרה
לבעלי הקבלה כאשר קבל
מרבו

מרבו משמעון בן שטח· ושמעיה
מסרה לרב שמאי ורב שמאי
הזקן הנכבד והחסיד מסרה
לבעלי מקרא· ישמרם צור
עלמים ויחיים ויהיה בעזרתם
ויאבד איביהם ושוטניהם
ומבקשי רעתם אמן אמן· ורב
שמאי מסרה לרב כהנא הכהן
בן אליועיני שעשה מי פרה
בבית שני בן אביתר בן ידעיה
הכהן· ולרב יוחנן בן עקוב
הזכאי הנשיא ולבירת דינו
והרבה חכמים עמהם· ורב
כהנא הכהן מסרה לרב
שמעי בנו· ורב יוחנן בן עקוב
הזכאי מסרה לרב שפט הנשיא
בנו· ורב שמעי הכהן מסרה
לרב יוחנן בנו· ורב שפט
הנשיא מסרה לרב ענן בנו·
ורב יוחנן הכהן מסרה לרב
צדוק בנו· ורב ענן הנשיא
מסרה לרב נתן רצוציתא בנו·
ורב צדוק הכהן מסרה לרב
יחזקאל בנו· ורב נתן רצוציתא
הנשיא מסרה לרב נחמיה בנו·
ורב יחזקאל הכהן מסרה לרב
אחיטוב בנו· ורב נחמיה
הנשיא מסרה לרב עוקבא בנו·
ורב אחיטוב הכהן מסרה לרב
ישוע בנו· ורב עוקבא הנשיא
מסרה לרב אבא מר הנשיא
בנו· ורב אבא מר הנשיא מסרה
לרב הונא בנו· ורב ישוע הכהן
מסרה לרב נתנאל הכהן בנו·
ורב נתנאל הכהן מסרה לרב
הימן הכהן בנו· ורב הונא
הנשיא מסרה לרב נתן בנו·
ורב הימן הכהן מסרה לרב עוני
הכהן

nis, filio Jedajæ Sacerdotis, & R. Jochanan fil. Acub Haſſaccai Principi ac Synedrio ejus, aliisque cum eo Sapientibus. Rav Cohana Sacerdos tradidit R. Simei filio ſuo, & R. Iochanan fil. Acub Haſſaccai tradidit R. Schephet Principi filio ſuo. Et R. Simei Sacerdos tradidit R. Jochanan filio ſuo, & R. Schepheth Princeps tradidit R. Anan filio ſuo, & Jochanan Sacerdos tranſtulit ad Zadoc filium ſuum, & R. Anan Princeps tradidit R. Nathan Rezuzita filio ſuo, & R. Zadoc Sacerdos tradidit R. Ezechiel filio ſuo, & R. Nathan Rezuzitha Princeps tradidit R. Nehemiæ filio ſuo, & R. Ezechiel Sacerdos tradidit R. Achitob filio ſuo, & R. Nehemia Princeps dedit R. Ocba filio ſuo: & R. Achitob Sacerdos tradidit R. Jeſchua filio ſuo, & R. Okba Princeps tradidit R. Aba Mar Principi filio ſuo: & R. Jeſchua Sacerdos tradidit R. Nathanael Sacerdoti filio ſuo, & R. Nathanael Sacerdos tradidit R. Heman Sacerdoti filio ſuo; & R. Huna Princeps tradidit R. Nathan filio ſuo, & R. Heman Sacerdos tradidit R. Oni Sacerdoti filio ſuo, & Oni Sacerdos tradidit R. Zephaniæ filio ſuo, & R. Nathan Princeps tradidit R. Cahana filio ſuo, & R. Cahana Princeps tradidit eam Mar Soutra filio ſuo; & Rab Mar Soutra Princeps tradidit eam R. Choni filio ſuo, & R. Choni Princeps tradidit eam R. Caphnai filio ſuo, & R. Zephanjah Sacerdos tradidit R. Schemarja Sacerdoti filio ſuo, & R. Caphnai Princeps tradidit eam R. Chaninai filio ſuo, & R. Chaninai Princeps tradidit eam R. Boſthenai filio ſuo: & R. Boſthenai Princeps tradidit

dit eam Rab Chasdai filio suo: & R. Schemarja Sacerdos tradidit eam R. Souta filio suo: & R. Chasdai Princeps tradidit eam Domino nostro David filio suo. R. Souta Sacerdos & R. David Princeps tradiderunt eam R. Anan Principi, super quem pax sit. Atque ille est, qui doctrinam veritatis iterum puram reddidit populo, postquam abscondita fere erat. Purgavit autem & manifestavit argumentis evidentissimis verisq; ac demonstrationibus validis, exposuitque animam suam morti. Factumque hoc est tempore Abusaar Regis anno f) 4402. ab O. C. (i. e. A. C. 642.) Fuit is princeps captivitatis totius populi Israëlitici in Babylonia. Et opposuit se discipulis R. Hillel & vestigia ejus prementibus, sectatique eum sunt multi ex fratribus nostris, quia illis explicavit veritatem, & vestigiis ejus institerunt omnes, quibus timor Dei cordi erat. Hinc ad R. Saul Principem, filium ejus, ab eo delata est (doctrina) R. Saul vero transtulit ad R. Iosiam Principem filium. Iste ad R. Benjamin Haondi. Ille detulit ad Rab Daniel Haccomtzi, & R. Jitzchack Habbotzeri, & Rab David Hammikamatz Proselytum justitiæ. Illi transtulerunt ad Rab Noach, iste ad R. g) Schelomo ben Ieruchan, & R. Ioseph fil. Noach, & ad Rab Iacob filium Iitschack h) Karkeseni, & ad Rab Chasur ben Maschi-

הכהן בנו· ועתי הכהן מסרה לרב צפניה בנו· ורב נתן נשיא מסרה לרב כהנא בנו· ורב כהנא הנשיא מסרה למר זוטרא בנו· ורב מר זוטרא הנשיא מסרה לרב חוני בנו· ורב חוני הנשיא מסרה לרב כפנאי בנו· ורב צפניה הכהן מסרה לרב שמריה הכהן בנו· ורב כפנאי הנשיא מסרה לרב חנינאי בנו· ורב חנינאי הנשיא מסרה לרב בסתנאי בנו· ורב בסתנאי הנשיא מסרה לרב חסדאי בנו· ורב שמריה הכהן מסרה לרב זוטא בנו· ורב חסדאי הנשיא מסרה לאדוננו דוד הנשיא בנו· ורב זוטא הכהן ורב דוד הנשיא מסרוה לרב ענן הנשיא ע״ה״ והוא אשר בירר דת האמת אל העם שנירת אחרי העלמו· ובררו וגלתו בראיות ברורות ואמתיות והראות עצומות והערה למות נפשו״ וזה בזמן אבתעער המלך בשנת ארבעת אלפים וארבע מאות שנים לבריאת העולם· והיה ראש גליות כל בית ישראל בבבל· והשיב על תלמידי רב הלל וההולכים בנתיבותיו וחזרו עמו עם רב מאחינו כי בירר להם האמת ובנתיבותיו ארחו כל מי שהיה

בו

f) Computum hic minus recte institutum esse ostendit Trigland. p. 110

g) Hic carmine eleganti oppugnavit traditiones, quas defenderat *Saadias Gaon*, quem olim habuerat discipulum. Carmen illud MS. habuit Triglandius, quod apparet ex Catalogo ejus p. 24. nec minus ex dissert. de Karæis, in qua illud passim in rem suam convertit, v. c. p. 96. 109. sq. & inprimis p. 120. sq. Usus eodem est V. C. Jo. Meyerus in prolegom. ad Seder Olam p. 187.

h) Hunc puto esse illum קרקסנאי quem *Abrab.* ben *David* in libro Kabbalæ p. 3. cum Ana-

בו יראת ה׳׳׳ ולרבנו שאול
הנשיא בנו נעתק לו ממנו׳ ורב
שאול העתיק לרב יאשיהו
הנשיא בנו׳ והוא לרב בנימין
האתרי והוא העתיק לרב
דניאל הקומצי ולרבי יצחק
הבוצרי ולרב דוד המקאמץ גר
צדק׳ והם העתיקוה לרב נח׳
והוא העתיק לרב שלמה בן
ירוחם ולרב יוסף בן נח׳ ולרב
יעקוב בן יצחק הקרקסאני׳
ולרב חסור בן משיח ולרב
אברהם בן יצחק הבוצרי׳
ובזמניהם היה רב סעדיה גאון
ז״ל הפיתומי׳ והוא היה
תלמידו של רב שלמון בן ירוחם׳
ורב יוסף השיגו ונמצאו
יחד שניהם בזמן אחד והקשת
עליו יוסף והכריח לו בטענותיו
כאשר מזכיר בספרו בספר
המאור׳ וחבר בשנת ארבעת
אלפים שש מאות וצ׳׳ ליצירה׳
והם העתיקוה לרב דוד בן בועז
בן יהושפט בן יאשיהו הנשיא
ולרב אבועלי ולרב עמרם ולרב
סעדיה בגי בן אברהם הבוצרי׳
ולרב יעקוב בן רב יוסף בן רב
אברהם הבוצרי׳ ולרב יוסף
הרואה

ſchiach & ad Rab Abraham ben Jitzchack Habbotzri. Eorum ætate fuit R. Saadias Gaon p. m. Happitomi; hic fuit diſcipulus R. Schalmon ben Ierucham i) Atque R. Ioſeph iſtius (Saadiæ) tempora attigit, ita ut æquales fuerint, & R. Ioſeph, illi ſe opponens, argumentis ſuis negotium faceſſiverit, ſicut commemorat in libro ſuo Maor quem compoſuit Anno 4690. poſt O. C. (i. e. A. C. 930.) Hi tranſtulerunt ad Rab David fil. Boaz, fil. Iehoſchaphath, filium Ioſiæ Principis, & ad Rab Abouali & ad Rab Amram & ad Rab Saadia Bagi ben Abraham Habbotzri, & ad Rab Iacob ben R. Ioſeph ben R. Abraham Habbotzri, & ad k) R. Ioſeph Videntem ben R. Iacob Hakkarkezeni: ille eſt, qui compoſuit *magnum librum præceptorum*, ubi deſcendit etiam ad ſingularia & ſubtilia quæque pulcherrimo modo. Hic tranſtulit porro ad Salomonem Principem & R. Aaron Aboual Pirga, & R. Abraham Hurſulani Babylonium & ad Ioſeph Babylonium & ad R. Zidka fil. Schomron Babylon. & ad R. Chananja ben Iacob Babylonium, & ad Rab Ioſeph Abraham ben Alan Babylonium, & ad Rab Eſra fil. Baboa & ad

ne conjungit, dicens לא נעשה כן לענן ולא לקרקסנאי ראשי המינין שר״י. Quamvis enim ex ſcriptione Abrah. Levitæ dicendus potius videatur *Karkasnai*, qui ſecundum noſtrum vocandus eſt *Karkeſeni*, hanc tamen poſteriorem Lectionem præferendam putem, præcipue cum paulo poſt eadem ratione ſcribatur, ſicut iterum c. XI. ubi quidam alterius *Karkeſeni* liber refertur.

i) Vixit itaque initio Sæculi X. ad quod Saadiam referendum eſſe apparet ex Zemach David ad an. 4687. Juchaſin p. 121. & Schallchelet p. 38. Vide de eo præter Bartoloccium, Io. Morinum p. 431. Exercit. Biblic. & Hottingerum Hiſtor. Eccleſ. N. T. Sæc. X. p. 135. Ceterum hujus Joſephi, & libri ejus deinde commemorati, non video alibi factam mentionem.

k) De hoc notavimus quædam in ſuperioribus.

Rab Iacob fil. Abraham fil. Gallati. Illi transtulerunt ad l) Rab Ieschua ben Rab Eli, qui exposuit totam legem, Prophetas & ἁγιόγραφα, fecitque librum *Recti* super omnibus præceptis & ad Rab m) Jepheth Hallevi, p. m. qui explicuit legem, & fecit librum præceptorum. Illi transtulerunt ad R. n) Levi, fil. R. Iapheth Hallevi & ad Rab Israel & ad Rab (*hic lacuna unius vocis est in MS.*) Habbozri. Ille totam legem explicuit, transtulitque doctrinam ad Rab Eli & ad Rab Bozani Babylonium, & ad R. Isaac ben Eli ben Rab Jitzchack & ad Rab Iissachar ben Minzouri. Illi transtulerunt ad R Chasdai

הרואה בן רב יעקב הקרקסאני· והוא חבר ספר מצות גדול על כל הפרטים והדקדוקים יפה למאד· והעתיקה לרבינו שלמה הנשיא ולרב אהרן אבואל פרגא ולרב אברהם הרהאלני הבבלי ולרב יוסף הבבלי ולרב צדקה בן שומרון הבבלי ולרב חנניה בן יעקב הבבלי ולרב יוסף אברהם בן עלאן הבבלי· ולרב עזרא בן בבואה ולרב יעקוב אברהם בן גלתי· והם העתיקוה לרב ישוע בן רב עלי והוא באר כל התורה והנביאים וכתובים ועשה ספר הישר על כל

l) Vide Jo. Seldenum lib. I. de Uxore Hebr. c. III. p. 9. ubi exponit, eum in nonnullis capitibus quæ ad leges de incestu pertinent, a Josepho Vidente, Præceptore suo abiisse, ac paucissimos nactum sectatores nempe R. Aharon in lib. עץ חיים & Eliam Byzantinum. confer c. V. p. 19. sq. Cum itaque aliqua inter suos fama floruerit, neque alius, hoc nomine insignitus, in hac serie commemoretur, non puto R. *Jeschuam* ben *Jehuda* qui alias laudatur, a nostro *Jeschua ben Eli* distinguendum esse, præcipue si reputemus, Patrem ejus forte nomen *Jehuda Eli* habuisse. Commentarius illius in Genesin MS. sub tit. בראשית vel בראשית רבא diffusus, isque Philosophicus in Catal. Biblioth. Lugd. Bat. MS. memoratur ibique vocatur *R. Jeschua ben Jehuda*; sicut sub eodem nomine ibidem p. 286. n. 45. MS. recensetur ejusdem commentatio de gradibus conjugii prohibitis cum refutat. Iacobi fil. Simeonis, de quo libro confer *Schabtai* in Labiis Dormientium p. 73. n. 39. Eundem hunc esse puto, cujus ספר עשרת הדברים i. e. librum decem præceptorum ab Aarone ben Elijahu in libro suo rituali sæpe citari observat Cl. Schupartus p. 92. Exercitt. de Karæis. Neque illud hic omittendum, quod illi a nostro tribuatur ס' ישר sicut etiam R. Elias ben Mosche in præf. ad librum suum ritualem professus est, teste Seldeno p. 21. de Uxore Hebr. se hunc Ieschuæ librum secuturum inprimis esse. Video hujus tituli librum eumque ritualem commemorari tanquam CPoli editum in Catal. Bibl. Lugdun. p. 260. n. 20. sed qvi ibi tribuitur R. *Elia F. Mosis* F. Sapientis Eliæ.

m) Vid. supra p. 109.

n) Hunc doctissimum Karæorum vocat V. C. Jo. Meyerus in diatriba de Festis Hæbræorum p. 136. ubi locum integrum ex quodam ejus libro affert. Liber præceptorum, quem noster tribuit R. *Jepheth Hallevi*, exstat MS. in Biblioth. Lugdun. B. quod patet ex Catalogo p. 286. n. 44. ubi ille R. *Said ben Jepheth* & R. *Levi ben Jepheth* tanquam qui operas his junxerint, tribuitur.

כל המצות״ ולרב יפת הלוי ז״ל
והוא פירש התורה ועשה ספר
מצות״ והם העתיקוה לרבינו לוי
בן רבינו יפת הלוי ולרב ישראל
בן דניאל ולרב הכתצרי
והוא באר כל התורה״ ולרב
עלי ולרב בתצאני הבבלי ולרב
יצחק בן עלי בן רב יצחק ולרב
ישר בן מכצורי״ והם העתיקוה
לרבינו חסדאי בן חזקיה בן
שלמה הנשיא׃ ולרב אבועלי
סרגא בן אסר״ והם לרבינו
אהרן ההיתי ולרבינו יפת בן
צעיר״ והם העתיקוה לרב דוד
בן בוצץ הדמיט ולרבנו בעז
בן שלמה הנשיא בן דוד בן
רב חסדאי הנשיא ע״ה״ עד הנה
עזרנו ה״ ומצאנו העתקה אמתית
והיא שלשלת העתקת הדת
האמתית כאשר תעתק איש
מאיש עד זמן משה רבנו ע״ה׃
והוא משען אמתי שננקר עיני
האומרים שדת בני מקרא
חדשה״ לזאת הוכרחתי לבאר
האמת מתוך ספרי החכמים
כתיבת ידם׃ ונכתבו קרוב
לשלש מאות שנים כאשר
מצאתי אותם במצרים ליד ראש
הדור החכם השלם נשיא
אלהים רבינו שמואל הנשיא
יצ״ו בן כה״ר שלמה הנשיא׃
נמצא סך הכל חמש וחמשים
דורות מרבנו בעז נ״ע עד משה
רבינו ע״ה׃ ואלו הן׃ רבינו בעז
העתיק מרבינו יפת בן צעיר
ורבינו יפת העתיק מרב חסדאי
הנשיא׃ ורב חסדאי הנשיא
העתיק מרב לוי בן יפת הלוי
לרב

dai ben Hiskiæ ben Schelomo Principis, & ad Rab Abuali Sarga ben Aser. Illi ad Rabbinum nostrum Aharon Hahitati, & R. Iaphet fil. Zair. Illi transtulerunt eam ad R. David ben Bozaz Haddamith, & ad Doctorem nostrum Boas fil. Schelomo Principis fil. David, fil. Rab Chasdai Principis, super quem pax. Huc usque adjuvit nos Deus, ut veram translationem inveniremus, quæ catena est, secundum quam deducta est doctrina veritatis, prout unus ad alium transtulit indeusq; a tempore Mosis Magistri nostri, super quem pax. Estq; hoc præsidiũ certissimũ, ut eruamus oculos dicentibus, quod doctrina Scripturariorum sit nova. Ideo coactus fui ex ponere veritatem ex libris Sapientum nostrorum, quos illi manibus suis scripserunt. Scripti autẽ illi erant ante annos fere trecentos, cum eos invenirem in Ægypto ope Viri, sua ætate eximii, Sapientis perfecti, Principis Dei, Rabbenu Samuel Principis (custodiat eum rupes ejus & Redemtor ejus) fil. R. Schelomo Principis. Summa omnium illorum efficit LV. generationes inde a R. Boaz (cujus requies sit paradisus) usque ad Mosen Doctorem nostrum, super quem sit pax. Sunt vero isti: R. Boaz accepit a R. Iapheth fil. Zair, & R. Iapeth accepit a R. Chasdai Principe, hic autem a R. Levi ben Iepeth Hallevi & Rab Levi a patre suo R. Iaphet Hallevi, & R. Iapheth Hallevi a R. Schelomo Principe, & R. Schelomo Princeps a R. Iosepho Vidente, & R. Ioseph Videns accepit a R. Schelomo ben Ieruchami; hic R. Schelomo ben Ierucham a R. Noacho Habbotzri; & R. Noach Habbotzri

botzri accepit a R. Daniel Haccomtzi, & R. Daniel Haccomzi a R. Benjamin Haondi, & R. Benjamin accepit a R. Iosia Principe, & R. Iosias Princeps a R. Saul Principe, & R. Saul Princeps a R. Anan Principe, fil. David Principis & R. Anan princeps accepit a R. David Principe & R. Suta Sacerdote, & R. Suta Sacerdos accepit a R. Schemarja patre suo; & R. Schemarja Sacerdos accepit a R. Zephanja Sacerdote, & R. Zephanja Sacerdos a R. Oni patre suo, & R. Oni Sacerdos accepit a R. Heman patre suo, & R. Heman a R. Nathanael Patre suo, & R. Nathanael Sacerdos accepit a R Ieschua Patre suo, & R. Ieschua Sacerdos a R. Achitob Patre suo, & R. Achitobh Sacerdos a R. Jechezkiel Patre suo, & R. Iechezkiel Sacerdos a R. Zadock Patre suo, & R. Zadoc Sacerdos a R. Iochanan Patre suo, & R. Iochana Sacerdos a R. Schimi Patre suo, & R. Schimi Sacerdos a R. Cahanan Patre suo & a R. Iochanan ben Acub Hassaccai Principe. Illi autem acceperunt a R. Schammai pio, & R. Schammai a R. Schemaja, & R. Schemaja a R. Iehuda ben Tabbai, & R. Iehuda a R. Nittai Arbelita, & R. Nittai Arbelita accepit a R. Ioseph ben Ioeser pio Sacerdote. Mortuo hoc Iosepho ben Ioëser ajunt o) desiisse racemos, quia non meminerint, eum inde a pueritia sua usque ad diem emortualem peccasse. R. Ioseph accepit a R. Antigono Sochæo, & R. Antigonus a R. Simeone Iusto Sacerdote, super

ורב לוי העתיק מאביו רבינו יפת הלוי· ורבינו יפת הלוי העתיק מרב שלמה הנשיא· ורב שלמה הנשיא העתיק מרב יוסף הרואה· ורב יוסף הרואה העתיק מרב שלמן בן ירוחם· ורב שלמן בן ירוחם העתיק מרב נח הבוצרי· ורב נח הבוצרי העתיק מרב דניאל הקומצי· ורב דניאל הקומצי העתיק מרב בנימין האונדי· ורב בנימין העתיק מרב יאשיהו הנשיא· ורב יאשיהו הנשיא העתיק מרב שאול הנשיא ורב שאול הנשיא העתיק מרב ענן הנשיא בן דוד הנשיא ורב ענן הנשיא העתיק מרב דוד הנשיא ומרב זוטא הכהן· ורב זוטא הכהן העתיק מרב שמריה אביו ורב שמריה הכהן העתיק מרב צפניה הכהן ורב צפניה הכהן העתיק מרב עוני אביו· ורב עוני הכהן העתיק מרב הימן אביו· ורב הימן העתיק מרב נתנאל אביו· ורב נתנאל הכהן העתיק מרב ישוע אביו· ורב ישוע הכהן העתיק מרב אחיטוף אביו· ורב אחיטוף הכהן העתיק מרב יחזקאל אביו· ורב יחזקאל הכהן העתיק מרב צדוק אביו· ורב צדוק הכהן העתיק מרב יוחנן אביו· ורב יוחנן הכהן העתיק מרב שמעי אביו· ורב שמעי הכהן העתיק מרב כהנא אביו ומרב

o) Dictum hoc legitur in *Sota* cap. 9. fol. 47. 1. & *Temura* fol. 15. 2. quo ipso ex mente Interpretum id sibi voluerunt Talmudici, quod non fuerit amplius Vir solidioris doctrinæ, aut virtutibus perfectus, sive talis שהכל בו h. e. *in quo omnia* inveniantur. Confer de eo Interpretes Hebræos ad *Pirke Avoth* I. 4. & lege *Chagiga* II. 2. & Edijoth VIII. 4.

וסרב יוחנן בן אקוב הזכאי
הנשיא׃ והם העתיקו מרב
שמאי החסיד׃ ורב שמאי
העתיק מרב שמעיה׃ ורב שמעיה
העתיק מרב יהודה בן טבאי׃
ורב יהודה העתיק מרב נתאי
הארבלי׃ ורב נתאי הארבלי
העתיק מרב יוסף בן יועזר
החסיד שבכהונה׃ ואמרו משמת
יוסף בן יועזר בטלו האשכולות
כילא ידע לו עון מנעוריו עד יום
מותו׃ ורב יוסף העתיק מרב
אנטיגנוס איש סכו׃ ורב
אנטיגנוס העתיק מרב שמעון
הצדיק הכהן ע״ה׃ ורב שמעון
העתיק מעזרא הכהן הסופר׃
ועזרא הכהן העתיק מברוך בן
נריה׃ וברוך בן נריה העתיק
מירמיה הנביא׃ וירמיה העתיק
מצפניה הנביא׃ וצפניה הנביא
העתיקה מנחום האלקושי׃ ונחום
האלקושי העתיקה מיואל בן
פתואל׃ ויואל בן פתואל
העתיקה ממיכה המורשתי׃
ומיכה המורשתי העתיקה
מישעיה הנביא ע״ה׃ וישעיה
הנביא העתיקה מעמוס הנביא׃
ועמוס הנביא העתיקה מהושע
בן בארי׃ והושע בן בארי
העתיקה מזכריה הנביא הכהן׃
וזכריה הנביא הכהן מיהוידע
הכהן׃ ויהוידע הכהן העתיק
מאלישע הנביא׃ ואלישע הנביא
העתיקה מאליהו הנביא׃ ואליהו
הנביא העתיק מאחיה השילוני׃
ואחיה השילוני העתיקה מדוד
המלך ע״ה׃ ודוד הע״ה משמואל
הנביא׃ ושמואל הנביא העתיק
מעלי׃

ſuper quem pax, & R. Schimeon ab Eſra Sacerdote Scriba, & Eſra Sacerdos a Barucho fil. Nerjæ, & Baruch fil. Nerjæ accepit a Ieremia Propheta, & Ieremias a Zephania a Propheta, & Zephanias Propheta a Nachum Alkoſchi, & Nachum Alkoſchi a Ioele ben Pethuel, & Ioel ben Pethuel a Micha Moraſchtite, & Micha Moraſtithes a Ieſaia Propheta, ſuper quem pax, & Ieſaias Propheta accepit ab Amoſo Propheta, & Amos Propheta ab Hoſea ben Beeri, & Hoſeas ben Beeri a Zacharia Propheta Sacerdote, & Zacharias Propheta Sacerdos a Iehojada Sacerdote, & Iehojada Sacerdos ab Eliſa Propheta, & Eliſa Propheta accepit eam ab Elia Propheta: & Elias Propheta accepit ab Achia Silonita & Achias Silonita a Davide Rege, ſuper quem pax, & David, ſuper quem pax, a Samuele Propheta, & Samuel Propheta ab Eli Sacerdote, & Eli Sacerdos a Pinchaſo Sacerdote, & Pinchaſus Sacerdos a Ioſua fil. Nun, & Ioſua fil. Nun accepit a Moſe Magiſtro noſtro, ſuper quem pax. Et Moſes Magiſter noſter accepit ex monte Sinai, ex ore omnipotentis Domini, Dei exercituum, ex cœlo ipſo. Hucusque ille. (Poſtea auctor fuſe differit de Sadducæis & Baithoſæis, quod negent ſeculum futurum, ſintque adeo hæretici, Epicuræi, & pleroſque articulos fundamentales Legis Moſaicæ evertant. Idem interpretatur notionem vocis פרס (præmium) qua uſus eſt Doctor eorum Antigonus, quando dixit, propter mercedem exſpectatam non eſſe Deo ſerviendum.) Poſt hæc iterum hoc modo loqvitur Auctor *Moſe Beſchitzi: Propterea*

Ꝑterea miror Cabbalæ studiosos, quod appellent nos nomine Sadoci & Baithos, neque tamen pudore suffundantur, ex quo ipso Zelus eorum cognoscitur. Non autem decet Zelotem agere, quia is præ Zelo fallet alios, ut desiderio pravæ indolis satisfaciat. Hinc ait sapiens quidam, super quem sit pax, ubi est p) *fortis ille, qui pravam suam indolem vincat? Quomodo itaque ora virorum istorum continere se poterunt, qui nos hæreticos appellant? Summa rei hæc est: illi aut dicunt nos esse apostatas & hæreticos, aut similes nos illis esse volunt. Et mihi sane, si accuratam comparationem instituere velimus, lutulente perspectum & cognitum iri videtur, quinam sint illis similes, aut qui nam sint apostatæ. Equidem, nisi atramento & chartæ parcerem, retegerem nuditatem eorum; sed perpetuum potius dilectis meis amorem probabo, neque permittam, ut animi affectus in illos vehementius incitetur. Ceterum* R. *Jehuda Levi prodidit veritatem præ ceteris sui similibus,*

מעלי הכהן· ועלי הכהן העתיקה מן פנחס הכהן· ופנחס הכהן מיהושע בן נון· ויהושע בן נון העתיקה ממשה רבינו ע"ה· ומשה רבינו ע"ה קבלה מהר סיני מפי הגבורה מאת ה' צבאות מן השמים· (עד כאן) (ואחר אלו הדברים האריך המחבר ע"ה לדבר בעד הצדוקים והביתוסים שהם מכחישים העולם הבא ושהם מינים ואפיקורוסים וכופרים ברוב עקרי תורת מרע"ה· והאריך לפרש מובנו של מלת פרס שאמר אנטיגנוס רבם שלא על מנת קבל פרס) (ואחר כן עוד אמר הר"ר משה בישיצי המחבר הזה לשונו) לזאת אתמה מבעלי הקבלה אשר מכנים אותנו בשם צדוק וביתוס ואינם מתביישים מעצמם ומזה נודעה קנאתם· ולא נאות לקנאי שמקנאתו ישקר למלאת חפץ יצרו· ואמר החכם ע"ה איזהו הגבור הכובש את יצרו· כי איך יכילו פיהם של האנשים האלה ומכנים שאנו כופרים· סוף דבר או הם מוכרים שאנו כופרים או מתרמים לנו נהם· ויראה לי שאם נבוא בהקש הערך יתבררו ויתגלו מי הם הדומים להם או מי הם הכופרים· ולולי שאני חס על הנייר והדיו הייתי מגלה ערותם· גם אשמור את אהבת אהובי ולא אעזוב להתגבר יצרי עליו" ורבי יהודה הלוי גלה האמת מכל בני גילו· וזה גם כן מפני שהקשה לו המלך כוזר הרבה בענין הקראים כאשר תראה מתחלת מאמר שלישי ואילך· וזה לשונו· (וכבר השרישו הקראים עם אנשים שהיו דוחים תורה

p) Idem est, quod traditur in Bereschit Rabba Parascha כל זמן שהצדיקים חיים הם נלחמים עם יצרן" h. e. *quamdiu justi vivunt, pugnant cum cupiditate sua.* Plura, quæ a Judæis de prava & connata hominis indole recte monentur, cum industria collegit Cl. Edzardus in eruditis notis ad Berachoth cap. I. p. 167. sqq. Adde Laur. Odhelium in Synagoga Bifronte p. 158. sq. Christoph. Helvicum in Elenchis Judaic. p. 116. ed. a Cl. Crenio curatæ, Theodor. Hackspanium de Usu libb. Rabbin. p. 467. sq. & Julilium Bartoloccium in Bibliotheca Rabbin Tomo II. p. 43. sq.

תורה שב"עפ ומתחכמים בתולדות בטענות כאשר אתה רואה שעשים היום· אבל הצדוקים והביתוסים אינם כי אם מינים ואפיקורוסים מכחישים הע"הב· וכן אמר המאור הגדול· כת הצדוקים והביתוסים הם כופרים מכחישים תחיית המתים" עד כאן דברי המאור הגדול רבינו יוסף הרואה ע"הי לכן אתם בעלי השכל והמזמה התבוננו וראו מדברי ממורה שקבצתי ואספתי מהתלמוד ומספרים אחרים· ומספר יוסף בן גוריון מפורש מי שהיו אנשי חיל יראי אלהים· ומי היו בעלי ערמות מרמות ותחבולות· וא"עפ היום שמכנים שמנו לצדוקים כי לא יצאו ממה שהורגלו" ואמרו שאנטיוכוס המלך מלך יון מלך מוקדון גזר ושלח את פוליפוס שר צבאו בירושלים למחות את זכר שומרי התורה" וישמעו את הדבר הזה מתתיה הכהן הגדול בן יוחנן בן שמעון הצדיק הכהן הגדול אשר היה אחרי עזרא הכהן מירושלים וימלט אל הר המודעית ועם רב אתו אשר היו יראי אלהים" ויהי אחרי כן ויבא פוליפוס שר הצבא אל הר המודעית ויערכו מלחמה ותכבד יד הגוים על היהודים וישבו

bus, atque hoc ideo, quod Rex Cosar varias ipsi difficultates occasione Karæorum objecit, ut apparet ex initio tractatus III, ubi ita loquitur q) Et jam radices egerant Karæi cum aliis, qui rejiciebant legem oralem, & nimis subtiliter agebant in consequentiis per argumentationem deducendis, sicut vides eos adhuc hodie facere. At Sadducæi & Baithosæi non nisi hæretici & Epicuræi sunt, sæculum futurum inficiantes. *Eodem modo ait Lumen illud magnum*: secta Sadducæorum & Baithosæorum hæretica est, & resurrectionem mortuorum inficiatur. *Hucusque verba Luminis magni, Josephi Videntis, super quem sit pax. Vos itaque, Viri prudentes & solertes ingenio, judicate & cognoscite ex his, quæ collegi & compilavi ex Talmude, & aliis scriptis. Ex libro certe Josephi Gorionidæ manifestum est, quinam fuerint Viri fortes, ac Deum timentes, & quinam usi sint dolis, fraudibus & fallaciis. Quocirca etiam hodie nomen nostrum cum Sadducæis commune faciunt, quia receptam consvetudinem non migrarunt.* r) *Ajunt enim, quod Antiochus Rex Græciæ & Macedoniæ miserit Polypum Ducem exercitus contra Hierosolymam, ut memoriam eorum, qui legem observant, aboleret. Audiens hoc Matathias, Sacerdos magnus, fil. Jochanan, fil. Schimeon Justi Sacerdotis magni, qui vivebat post Esram Sacerdotem, aufugit Hierosolymis, & recepit se in montem* s) *Modith, & cum eo populus multus timentium Deum. Postea Polypus, Dux exercitus, venit ad montem Modith,*

Q

q) De hoc loco diximus supra ad p. 17.

r) In hac re describenda usus fere est noster Pseudo-Gorionidæ verbis, quæ fusius deducta vide apud ipsum lib. III. c. 7. p. 193. sq.

s) Hic mons a Flavio Josepho Antiquitt. XII, 8. & lib. I. de Bello Jud. c. 1. ubi eadem res refertur, vocatur Μωδεείμ.

dith, ibiq;, acie instructa, Græcorum copiæ Judæis superiores facta eos captivos ducebant. Surgens vero Matathias precatus est Deum, qui, auditis precibus, adjutor illis fuit, ut per Matathiam, Sacerdotem magnum, Israeli salus magna obtingeret. Ab eo itaque tempore & ulterius Judæi jugum Græcorum collo excusserunt. Hinc Matathia in pace & tranquillitate defuncto Simeon filius in Sacerdotio successit, huic vero mortuo t) *Iochanan filius ejus. Hic est Iannæus Rex, qui cum magnis Regibus præliatus est, eosque devicit. Cumque is in viis Dei ad exemplum Patrum suorum justorum pergeret, erat enim Vir integer ac rectus & Deum timens, & recedens a malo, totam sibi terram subjiciebat, Divini Numinis beneficio. Cumque Deus quietem ab omnibus hostibus suis parasset, regnumque ipsi esset confirmatum, ut securus Hierosolymis ageret, convocavit Sapientes omnes, valdeque honoratos convivio excepit. Postquam igitur Rex ex vino lætitiam animo conciperet, Sapientes ita allocutus est: Nostis vos, me esse discipulum vestrum, & dictis vestris audientem esse. Quod si itaque videritis, me a via recta declinare, reprehendite & reducite me in viam rectam: vos enim reprehendere me, me autem parere vobis, decet. Et responderunt illi Sapientes omnes, & dixerunt: absit a te, ut hoc facias: nos enim testamur hodie, te esse virum justum, & in via recta ambulare. Tu es Rex fidelis & æquus, tu Sacerdos magnus idemque pius es, tu servus es Dei, tibique gloria & laus debetur. Valde igitur Rex Hyrcanus his eorum verbis gavisus est & dixit: servabo ego præcepta Dei & pro-*

וישבו אותם״ ויעמוד מתתיה
ויתפלל אל ה״ אלהיו ויעזור
להם כי שמע תפלתו ותהי
תשועה גדולה לישראל ע״י
מתתיה הכהן הגדול ומהיום
והלאה פרקו היהודים עול
היונים מעל צואריהם· ויגוע
וימת מתתיה בשלוה והשקט
ויכהן שמעון בנו תחתיו· וימת
שמעון ויכהן תחתיו יוחנן בנו·
והוא ינאי המלך וילחם עם
המלכים הגדולים ויכבשם· ויהי
כי הלך בדרכי ה״ כאבותיו
הצדיקים כי הוא איש תם וישר
וירא אלהים וסר מרע ויכבוש
את כל הארץ תחתיו כיד ה״
הטובה עליו· ויהי כאשר הניח
ה״ אלהיו את המלך מכל אויביו
והמלכות בידו נכונה וישב לבטח
בירושלים״ ויקרא את כל
החכמים ויכבדם ויעש להם
משתה· ויהי כטוב לב המלך ביין
ויאמר לחכמים אתם ידעתם כי
אני תלמידכם וסר למשמעתכם״
ועתה אם תראו אותי כי אסור
מדרך הטובה הוכיחוני והשיבוני
אל הדרך הישרה כי כך נאה
לעשות לכם להוכיח ולי נאה
לקבל· ויענו כל החכמים אליו
ויאמרו· חלילה לך מעשות כדבר
הזה כי עדיים אנחנו היום הזה
כי צדיק אתה ובדרך ישרה אתה
הולך ומלך נאמן וישר אתה
וכהן גדול וחסיד ועבד ה״ אתה
ולך

t) Hic Jochanan sive Joannes alter fuit Simeonis filius, isque natu minor, qui utplurimum Hyrcanus appellatur; vide Flav. Josephum Antiquitt. XIII. 14. & 15. item Pseudo-Gorionidem lib. IV. c. 2. p. 251. Ceterum de ipsa re, quam Pseudo-Gorionides lib. IV. c. 6. p. 271. sq. exponit, diximus supra.

praecepta vestra per totam vitam. Et respondit unus ex Sapientibus, cui nomen Eleasar, vir rixa studiosus, malus & nequam, qui inter fratres ferociebat (Hos. 13, 15.) dixitque; Vivat Rex Hyrcanus in perpetuum: si velis esse justus, ut dixisti, & recipere animadversiones legitimas, sicut significasti, descende de throno Sacerdotii, & sufficiat tibi corona regni. Respondit ei Iannaus Rex: affer rei hujus causam. Regessit illi Eleasar: ob matrem tuam, quae abducta est in captivitatem ex monte Modith, tempore Antiochi, Regis Macedonum, atque suspecta erat de contaminatione. Propterea non decet te, Rex, ire in Sanctum Sanctorum. Consiluerunt tunc Sapientes omnes, ibi stantes, nec responderunt quidquam. Cumque videret Rex, nihil eos respondere, succensuit illis, iraque commotus, quod non reprehenderint Eleasarem, jussu suo effecit, ut occiderent Sapientes: Eleasarem vero combusserunt igni. Cum vero illi occiderent Sapientes, Regina fratrem suum, Simeonem ben Schetach Alexandriam fugere jussit, qui etiam ibi consedit. Ereptus quoque illis est Jedaja Sacerdos Regis frater a Sapientibus, ac cum eo Jehuda ben Tabbai. En explicabitur tibi res ex Talmude, & quidem Tractatu *Kiddusebin*. *Ajunt ibi* u) *Jochananem Sacerdotem per* 80. *annos defunctum esse Sacerdotio*

ולך נאה הכבוד וההור״ וישמח הורקנוס המלך על דבריהם מאד ויאמר אני אשמור את משמרת ה״ כל הימים ומשמרתכם· ויען אחד מן החכמים ושמו אלעזר והוא איש שולח מדנים רע ובליעל אשר בין אחים יפריא ויאמר יחי המלך הורקנוס לעולם· אם אהבת להיות צדיק כאשר דברת ולקבל תוכחות אמת כאשר השמעת לך רד מכסא הכהונה ורב לך כתר המלכות· ויאמר אליו ינאי המלך הגד לי למה· ויאמר אליו אלעזר מפני אמך שהלכה בשבי מהר המודעית בימי אנטיוכוס מלך גוי מוקדון והיא חשודה שנתחללה· לכן המלך לא נאה לך הלוך בתוך קדש הקדשים· וישתקו כל החכמים העומדים שם ולא ענו דבר· וירא המלך כי לא ענו ויקצוף בם ותבער בו חמתו על אשר לא הוכיחו את אלעזר· ויצו המלך ויהרגו את החכמים ואת אלעזר שרפו באש״ ויהי כהרגם את החכמים ותבריח המלכה את אחיה שמעון בן שטח לאלכסנדריאה ויהי שם· וינצל ידעיה הכהן מהחכמים והוא אח המלך וגם יהודה בן טבאי נצל עמו· הרי לך מפורש מתלמוד וממנו במסכת קדושין·

Q 2

u) Vide, quae notavimus hanc in rem supra p. 35. unde etiam intelliges, pro 80. annis substituendos esse annos 40. qui non solum eo loco, sed etiam a ceteris Judaeorum Chronographis v. c. R. Dav. Ganz Hyrcani Sacerdotio tribuntur 3646. De Sadducaeismo Jochananis v. *Kiddusehin* c. 3. *Joma* c. 3. & *Berachoth* cap. 4. Ceterum hunc Joannem Hyrcanum Melchior Leydeckerus in Tomo II. de Republ. Hebraeorum p. 606. putat esse illum Iochananem, qui in Sota c. X. §. 10. abrogasse dicitur confessionem decimarum & alia instituta. Adde Wagenseilium in not. ad Sota, qui Iohannem hunc de Patre Matathiae potius interpretandum contendit.

קרושין׳ ואמרו שמונים
שנה שמש בכהונה גדולה
יוחנן הכהן ולסוף נעשה
צדוקי: חה שקר שהיה בכם׳
אמנם אדרבה האומרים כי ינאי
המלך שנה ממה שהיה בו׳ ולא
הודו כי שבו עצמם ממה שהיו׳
ומתפארים באמונתם הבנויה
על יסודי הבל באמרם הלכה
למשה מסיני מבלתי הביאם
סמך מהכתוב כלל׳ ולכן רוב
דבריהם בספק׳ ואומרים תיק״ו
ר״ל ת״שב״י י״ פרוש ק״ו שיות
ר׳ הויות״ ותתימה מהן כי איך
יתכן היות קבלה בידם מפי איש
אחד ודבריהם מתנגרים
וסותרים זה לזה ויש להם
הפרשים זה אומר בכה וזה אומר
בכה׳ וכן לעולם היתה חלוקה
ביניהם קצתם נוטים על ימין
ושאריתם על שמאל׳ ולא
הסכימו כולם יחד עד שבא רב
אלפס׳ וכן היתה מחלוקת
ביניהם עד שבא הר״ר משה
מימוני ז״ל ואפילו עד היום הזה
יש הפרש מחלוקת בענין
המצות״ .

dotio magno, tandem vero ad Sadducæos defecisse. Falsum vero est, quod proferunt. Vicissim, quando dicunt, Iannæum Regem discessisse ab eo, qui antea fuerat, non fatentur, se ipsos factos esse alios, quam fuerint. Iidem multum gloriantur de fide sua, fundamentis lubricis & vanis superstructa, quando dicunt: Traditio Mosis est ex Sinai; *neque ullum ex Lege scripta præsidium afferunt, ut propterea pleraque eorum verba dubia sint. Dicere etiam solent* x) תי״קו h. e. *Thisbites* (Elias) *explicabit difficultates & omnia, quæ disputantur. Mirum autem videri potest, quomodo, cum Kabbala eorum ab uno Viro sit profecta, dicta tamen illorum sibi invicem repugnent, & alterum alteri oppositum sit, ipsique inter se dissentiant, altero hoc altero aliud statuente. Atque sic perpetua inter eos pugna fuit, aliis eorum in dextram, aliis in sinistram concedentibus: neque unquam illis inter se convenit, antequam veniret Rab* y) *Alphes: imo etiam tunc dissensio continuata est, usque ad R. Mosen Maimonidem, quamvis vel hoc tempore varietas sententiarum circa præcepta inter eos observetur. Sic, si quæsiveris ex illis quidpiam, statim respondent*

x) Buxtorf. in Abbreviaturis hoc scriptionis compendium ita interpretatur: תשבי יתרץ קשיות ובעיות h. e. *Tischbi solvet objectiones & quæstiones*: quæ dicendi ratio in Talmude frequentissima est. Nec minus notum est, Judæos ab Elia ante Messiam, & quidem tribus omnino diebus, qui in Pesikta Rabbeta fol. 62. col. 1. definiuntur, venturo difficiliorum quæstionum solutionem exspectare. Vide Observatt. Halenses Selectas Tom. VI. 23. & Celeb. Jo. Alb. Fabricium in Codice Pseudepigr. N. T. p. 1077. sq.

y) Est ille *R. Isaac ben R. Jacob Alphesi* qui per compendium dici solet הרי״ף A. M. 4863. A. C. 1103. æt. 90. defunctus. Hujus exstant in integrum Talmud commentarii Venetiis primum 1521. & 1522. fol. cum notis editi, ac Sabionetæ 1554. fol. aliis animadversionibus auctiores recusi ex quibus inprimis auctoris nostri verbis fides fit, quod ejus opera non omnes controversiæ sublatæ sint. Insigne hujus comm. elogium exstat in Maimonidæ præf. ad Seder *Seraim* p. 26. ed. Surenhusianæ, ubi omnium, qui ipso priores fuerint, errores patefecisse, & vix in decem sententiis hallucinatus fuisse dicitur.

המצות׳ וכן כשתשאל מהם אחד דבר מיד עונים ואומרים הלכה למשה מסיני׳ ולזה רמז הנביא באמרו הרה עמל והולד און: ומי יתן והיה נהרג שמעון בן שטח כשאר החכמים והיינו כלנו לעם אחד׳ כי כבר נשארו זולתו רבים מורי התורה כיוחנן המלך הכהן הגדול הצדיק ואחיו רב ידעיה הכהן כאשר קבלו מאבותיהם שהית שלשלת הכהונה׳ וכתיב כי שפתי כהן ישמרו דעת ותורת יבקשו מפיו׳ וחביריהם רב יהודה בן טבאי ותלמידיהם אחריהם׳ יוסף ואלכסנדר הכהן הגדול המלך בן יוחנן הכהן׳ ואביתר בן ידעיה הכהן ושמעי גר צדק ואחריהם תלמידיהם ארסתובלוס המלך בן אלכסנדר המלך הכהן הגדול בן יוסף ואליועיני הכהן שעשה מי פרה בבית שני בן אביתר הכהן ושמאי החסיד׳ ומתלמידיהם אחריהם אלכסנדר יוסף ארסתובלוס המלך הכהן ורב כהנא הכהן ורב יוחנן הנשיא בן עקוב הזכאי וכמה תלמידים אחריהם לאלפים ולרבבות׳ וכן דור אחר דור כלם כהנים ונשיאים וכלם דעת אחת כאיש אחד ולא היתה חלוקה ביניהם בעקר המצוה

spondent ac dicunt : traditio est Mosis ex Sinai. Huc alludit Propheta (Ps. VII. 15.) *concepit laborem, & parturiet vanitatem. Utinam Schimeon ben Schetach cum ceteris Sapientibus fuisset occisus, nos omnes unus populus futuri eramus, Superstites enim vel sic fuissent multi Legis doctores, v. c. Jochanan Rex & Sacerdos magnus idemque justus, & frater ejus Rab Jedaja Sacerdos, prout a majoribus suis per successionem Sacerdotium acceperunt. Scriptum enim est* : labia Sacerdotis custodiant scientiam, & legem ex ore ejus requirent. (*Malach.* II. 7.) *Supererant etiam collegæ eorum Rab Jehuda ben Tabbai & discipuli eorum post eos, Joseph & Alexander Sacerdos magnus & Rex fil. Jochanan Sacerdotis : Abjathar* fil. *Jedajæ Sacerd. & Schimi proselytus justitiæ, & postea eorum discipuli, Aristobulus Rex fil. Alexandri Regis & Sacerdotis magni* (hic lacuna in MS. erat unius vocis) *fil. Joseph & Eljoeni Sacerdos, qui paravit aquas vaccæ rufæ sub Templo* II. *fil. Abjathar Sacerdotis & Schammai pius, atque ex discipulis eorum post illos, Alexander* z) *Joseph Aristobulus Rex & Sacerdos, & Rab Cahana Sacerdos & R. Jochanan Princeps fil. Acub Hassaccai & plures eorum discipuli, quorum sunt millia & myriades. Et sic de generatione ad generationem omnes fuerunt Sacerdotes & Principes, omnes idem, ac si unus essent, sententes, ita ut nulla inter eos esset de præcepto ullo fundamentali controversia, quod de* Cab-

כלל מה שאין כן בעלי הקבלה׳ ומן הראוי היה שיהיה יותר חלוקה ביניע

אני

z) Ad hoc nomen in margine MS. monitum erat, fieri ejus mentionem a R. Asaria in Meor Enajim Parte III. c. 32. in Chronologia Philonis Alexandrini, quam Asarias ibi ex Græco hebr. versam exhibet. Eandem ex Asaria Latinam leges in Vorstii notis ad Zemach David p. 309. sqq.

Cabbalæ asseclis dici non potest. Cum tamen convenientius fuisset, ut inter nos, qui id, quod in Scriptura veritatis consignatum est, unice sequimur, vigerent dissensiones, siquidem Lex ex Israele sublata fuisset; sicut Kabbalæ studiosos non decebat a se invicem dissentire, si traditio eorum ex ore ejusdem Viri fuisset profecta. Propterea mirum tibi non videtur, animos eorum dissentire: necesse enim erat, ut illis eveniret Oraculum Prophetæ scriptum* 2. *Chron.* XV. 3. *Multique erunt dies Israëli sine veritatem, sine Sacerdote doctore & sine lege. Hinc Zelo abrepti appellant nos Sadducæos. Nihil ego dicã, donec Deus ipse Zelet pro Zelo* (gloria) *nostro.*

(Mardochæus ait: hucusque ex libro *Matte Elohim* Sapientis eximii R. Mose Beschitzi adduxi res varias ad quæstionem Tuam, Domine, pertinentes. Hinc autem pergit auctor ille (Mose Beschitzi) ad exponendos diversos Legem interpretandi modos, & pollicetur, se alibi de eadem controversia dicturum esse. *Antequam, inquit, banc rem exponere aggrediar, ostendam tibi, quot modis Lex explicetur.* Ex quibus verbis manifestum mihi est, eum de hoc argumento inposterum acturum fuisse. Sed exemplar ego perfectum non habeo, neque præter illud in regno Poloniæ aliud invenitur, in magno autem Lithuaniæ Ducatu integrum aliquod exstare audivi. Sed ille quidem locus est a nobis plusquam viginti & centum milliaribus sejunctus est, neque hoc tempore iter eo suscipere mihi licet ob causam, capite VII. alla-

אנו ההולכים על הרשום בכתב אמרת היות שנשכח תורה מישראל· אמנם בעלי הקבלה לא נאות להם שתהיה חלוקה בינהם עם היות קבלתם איש מפי איש אחד· ולכן אל תתמה מזה שחלק לבם· כי בהכרח היה להיות כמאמר הנביא ככתוב וימים רבים לישראל ללא אלהי אמת וללא כהן מורה וללא תורה· ולכן מקנאתם קוראים לנו צדוקים אין לי לדבר עד שיקנא ה״ קנאתנו·

(אמר מרדכי עד הנה העתקתי מספר מטה אלהים להחכם הכולל רבי משה בישיצי ענינים שכיים לשאלתך הארון הנעלה ומכאן ואילך נכנס המחבר לדבר אודות המדות שהתורה נדרשת בהם אבל התנה שעוד ידבר בזה המחלוקת ואמר זה לשונו· וקודם שאכנס בזה הדרוש עתה אבאר לך מכמה אופנים התורה נדרשת״ אשר מזה נראה לי שעוד עתיד הוא לדבר בזה הענין· אבל הנסח אינו שלם אצלי· ולא נמצא שני בגליל פ״ולוניא אלא שמעתי שיש נסח שלם בגליל דוכסיא הגדולה של ליט״וא והרוחק בינינו ובין המקום שנמצא בו יותר ממאה ועשרים פרסאות ואי אפשר לי בזמנים הללו ללכת

* Hinc etiam liber *Cosri* p. 205. sq. frequentissimas dissensiones, ex Cabbala non recepta ortas, Karæis objicit.

ללכת שם מפני הסברה
הנזכרה בפרק שביעי
ועם יעביר הש״ת רעת
הזמן אולי אזכה להעתיקו
בתשלומו לאדוני למצוא
חן בעיניו· ועכשיו
להשלמת הפרק אדברה
וירוח לי ויעבור מעלי מה)

אמר העבד הצעיר מרדכי
המאסף את כל המאמרים
האלה למצוא חן בעיני האדון
השואל· הנה חלק ה״ לאדוני
נחלת שפרה הכמה ותבונה·
בהם יוכל אדוני להכריע בין
האמת הגמור ובין מקבילו· ועיני
אדוני הרואות את יחס הנשיאים
אשר כתבתי לאדוני בפרק
הששי ואת היחס של העתקת
ד״ת הקראות אשר כתבתיו
לאדוני בפרק התשיעי הזה· איך
הם עם היותם מרוחקים
במקומות מציאותם ורוחק זמן
כתיבתם· ועם המצאם אחד
בקצה האחד מהארץ והאחד
בקצה השני מהארץ· מכל מקום
הם אינם סותרים אחד לחבירו
אפילו בשום מקום ובשום ענין
אלא אדרבה הם מתיחסים
וראויים ויוצאים להוראה אחת
ומשתוים· בלי המצא בין שתי
ההעתקות שום שתירה כמלוא
נימא· אשר זה ודאי יורה על
אמתת הענין וקושט הדבר״ וכמו
שהם מסכימים בין עצמם כך הם
בחשבונות

allatam. Quod si vero Deus benedictus hanc temporum infelicitatem tollat, potero fortasse rem istam plene tibi ex libro illo exponere, ut tuam mihi gratiam conciliem. Nunc autem ut caput hoc ad finem perducatur, *Loquar, ut laxius mihi sit* (*Iob*, 32. 20.) & transeat a me, quod)

Dicit servus minimus Mardochai, qui omnes has dissertationes collegit, favorem Domini interrogantis aucupaturus. Ecce largitus est Deus Domino *pulchram hereditatem* (*Ps.* XIII, 7.) sapientiam & intelligentiam, quarum ope distinguere potes verum ab eo quod ipsi oppositum est. a) Vidisti oculis tuis, Domine, Successionem Principum, quam capite VI. delineavi, & seriem propagationis doctrinæ Karaiticæ, quam proposui cap. hoc IX. vidisti, inquam, quod illæ, quamvis & locis, in quibus inventæ sunt, & tempore, quo scriptæ sunt, a se invicem longissime sejungantur, cum altera in altera terræ parte, altera in opposita illi inventa sit; nihilominus tamen sibi in vicem nullo modo vel in loco ullo vel in re ulla repugnent, sed potius ad se invicem proxime accedant, sibique constent, & ad eandem rem ostendendã sibi prorsus similes tendant, nec inter utramque illam deductionem ulla repugnantia inveniatur, ut dicendum sit, hoc ipsum de veritate ac certitudine rei testari. Sicut itaque illæ inter se conspirant tam ratione computi, quam

a) Pertinent hæc eo, ut designationi Successionis Doctorum Karaiticorum fidem conciliet noster apud Lectorm, neque operam lusisse videtur: saltem æque idoneæ sunr rationes, cur fidem illi habeamus, quam quas afferre solent Rabbanitæ pro sua Cabbala propogatione confirmanda. Confer, quæ commentatur Triglandius p. 185.

quam ratione designationis nominum Sacerdotum & Principum; ita etiam cum ratione temporum, a Rabbanitis structa, & cum nominibus Principum ac Sacerdotum, ab illis commemoratis, consentiunt, id quod capite VI. demonstravimus, quod agit de successione generationum, & Principum & Præsidum Academicorum, quorum illi meminerunt. Sic si inspicimus temporum rationes, quibus meminerunt R. Saadiæ Gaon sui, de quo b) R. Gedalias Aben Jechija in libro *Schalschelet hakkabbala* tradit, quod obierit anno 4702., deprehendemus, eodem modo majores nostros meminisse R. Saadiæ ejusdem, quod fuerit discipulus *Schalmonis ben Ieruchem*, Sapientis nostratis, & vixerit eadem ætate, qua Josephus Sapiens ex nostratibus, qui etiam animadversiones quasdam contra meditationes R. Saadiæ exaravit, edito contra eum libro *Hammaor*. Hunc vero Sapientes nostri anno 4690. ab O. C. exaratum esse tradunt, sicut observavimus superius ipso hoc capite IX. Proinde consentiunt illi inter se, & maxime respondent sententiis Majorum nostrorum, quia computus Rabbanitarum & majorum nostrorum de R. Saadia in idem tempus cadit. Ad eundem modum c) *Jedidja Alexandrinus* annos creationis mundi & numerum Sacerdotum magnorum computat, prout ex eo tradit R. *Asarias de Rubeis* in

בחשבונות תאריכיהם ובציור שמות הכהנים והנשיאים׃ מסכימים אפילו עם תאריכי הרבנים ועם הזכירם שמורת הנשיאים והכהנים כמו שאמתנו זה בפרק הששי שביחס הדורות והנשיאים וראשי ישיבורת שהזכירו הם נמצאים שמות של נשיאים וראשי ישיבות של קדמונינו וכמוכן כשנעיין במספר תאריכיהם שזכרו את רבי סעדירת גאון שלהם שכתב בעדו רבי גדליה אבן יחייא בספר שלשלת הקבלה שרבי סעדיה גאון נפטר בשנת ד׳ אלפים תש״ב ליצירה׃ כך קדמונינו הזכירו לרבי סעדיה הזה שהיה תלמידו של שלמון בן ירוחם חכם שלנו והיה בדור אחד עם יוסף חכם שלנו ורב יוסף חכם שלנו השיג השגות על כונותיו של רבי סעדיה וחבר ספר המאור כנגד רבי סעדיה׃ וכתבו קדמוננו שהספר המאור הזה חובר בשנת ארבעת אלפים שש מאורת תצ״ ליצירה כמו שכתבנו לעיל בפרק התשיעי הזה׃ שלפי זה הם מסכימים ומשתוים למאד עם דיעורת קדמונינו כי חשבון הרבנים וחשבון קדמונינו בעד ר׳ סעדיה עולים לזמן א״) וכמוכן מה שהזכיר ידידיה האלכסנדרי אשר

b) Leguntur hæc in Schalscheleth p. 38. ed. Venetæ ubi ita: והאיר עיני ישראל ומת בן נ׳ שנה שנת דתש״ב h. e. & illustravit oculos Israëlis & obiit anno ætatis quinquagesimo, A. M. 4702. adde R. Dav. Ganz ad an. 4687. & *Juchasin* p. 161.

c) Est ille Philo Alexandrinus, quem Hebræi, ac nominatim R. Asarias, ad nomen Græcum alludentes ידידיה h. e. dilectum appellant; vide quæ paulo ante notavimus p. 125.

אשר כתב תאריך ימי הבריאה
ומספר הכהנים גדולים כמו
שהביא ר׳ עזריה האדומי
מדבריו בספרו הנ״ל כמו
שכתבנו בנימוק שמעבר לדף·
שנמצאו שמורת החכמים
והנשיאים הקדמונים שהזכירם
ר׳ משה בישיצי בדברי ידידיה
אשר היה עדיין קודם חרבן
הבית שני· שזה כלו מורה על
אמתות העתקת דורות ההעתקה
שלנו ושאין בהם שום זיוף
ושום דופי ושהיו בעלי דתנו
כת בפני עצמן בעוד הבית קיים״
מה שזה כלו נגלה למשכיל על
דבר ימצא טוב״ אבל תועבת
ה״ עקשי לב המתאמצים בלא
ראיה אך בדבר שפתים לסתור
דברים מיושבים וקרובים אל
השכל· אין להם עסק עם
החכמים ישרי השכל כי אין
ראוי לחכמים לדבר עם כמוהם·
ובליעל כקוץ מונד כלהם ולא
ביד יקחו· ה״ ישמור רגלי
חסידיו מנתיבותיהם עקשו להם
כל דורך בה לא ידע שלום״
ועל אדוני יעשה השלום העושה
במרומיו שלום:

in libro laudato, ut observavimus in animadversione ad paginam superiorem, quod nomina Sapientum & Principum antiquiorum, quorum meminit R. *Mosche Beschitzi*, in verbis Philonis inveniantur, qui ante excidium Templi II. vixit. Hæc omnia testantur de veritate doctrinæ, per varias generationes ad nos translatæ, quodque nullam interpolationem passa, nec refutationi obnoxia sit, ac proinde secta nostra, stante adhuc Templo II. singularis & a ceteris fuerit distincta. Hæc itaque, quæ hucdum exposita sunt, intelligenti ad hanc rem satis accommodata videbuntur. Quod vero ad illos, qui abominationi Deo sunt, & animo perversi (Prov. XI. 20.) & sententiam suam non argumentorum vi, quam verbis meris, ad res probe adstructas & intellectui obvias oppugnandas, defendunt, attinet, illis nihil cum Sapientibus & cordatis Viris commercii est, cum Sapientes non deceat, cum hujusmodi hominibus sermones conferre. Nequam illi homines omnes instar carduorum projici, nec manu apprehendi debent. Deus pedes piorum suorum a semitis eorum avertat, quas illi sibi perverterunt (*Jes.* LIX. 8.) in quibus qui ambulat, pace nunquam fruetur. Tibi vero, Domine, pacem largiatur, qui pacem facit in excelsis.

פרק י״ מטה נפתלי

אילה שלוחה הנותן אמרי
שפר· יעמוד וישיב בעד
מנחם אשר נתן אמרי

שפר

* Vide hanc supra p. 118.

Cap. X.
TRIBUS NAPHTHALI

CErva emissa, proferens verba elegantia, (*Gen.* XLIX. 21.) consistit & respondet de *Menachemo*,

R qui

qui protulit verba elegantia, respondens aliquid ex se quærentibus. Loquitur is ita: postquam ordine exposuimus responsiones ad quatuor capita quæstionis primæ, quæ multis dubiis obnoxia erat, & demonstrationes validas postulabat, pergimus nunc ad expediendas pro virili quæstiones posteriores, quæ non sunt in certas partes distinctæ, nec nisi una responsione ad quæstionem unam indigent. Dicimus itaq; in responsionem ad quæstionem secundam, quod scriptionem R. *Menachem* Karaitæ non vidimus, nec in regionibus nostris de ea quicquam fando accepimus. Neque quidquam nobis de eo a doctoribus nostris relatum est: in scriptis quoque Sapientum nostrorum nec in bonam nec in malam partem eam allegatam vidimus, quæ quidem in regionibus nostris inveniuntur. Vidi tamen in libro *Hammubchar*, quem scripsit R. *Aaron* Sanctus Dei, Medicus, fil. *Joseph* in commentario ad Parascham Gen. XXV. 19. commemorari breviter R. *Menachem* his omnino verbis: *qui innituntur τῷ* ה *in voce* צירה *quid tandem dicent* d) *de* 20. *vocibus, quæ in fine scribuntur cum* ה *sed non leguntur, quarum signa sunt Jes.* VII. 21. &c.

שפר בהשיבו לשואליו דברי יעמוד וויאמר כך׃ אחרי שסדרנו התשובות לארבעת חלקי השאלה הראשונה רבת הספקות והצריכה לראיות עצומות׃ נבוא להשיב כפי היכולת והשגת היד גם לאלו השאלות האחרונות הבלתי נחלקות בערכן והבלתי נצרכות רק לתשובה אחרת לשאלה אחת׃ ונאמר לתשובת השאלה השנית כי את חבורו של רבי מנחם הקראי לא ראינו ולא שמענו בגלילנו זה׃ וגם לא סיפר לנו ממלמדינו בעדו׃ וגם בספרי חכמינו לא ראינו זכרונו לא לטובה ולא לרעה בשום ספר מהספרים הנמצאים בגלילנו׃ זולתי ראיתי בספר המבחר לרבינו אהרן קדוש ה׳ הרופא בן יוסף בפירוש פרשת תולדות יצחק שזכר לרבי מנחם בקצור מופלג חרה לשונו׃ והסומכים על ה״א צידה מה יאמרו על כ״ מלין דכתיבן ה״א בסוף התיבה ולא קרינן׃ וסימנן ואראה בשלל׃ ואביאה אתכם אלי׃ באה שמשה׃ קוה המרה׃ יעשה

d) Ex hoc loco manifestum est, Karæos observationes Masorethicas cum Rabbanitis communes habere, qui & ipsi viginti loca numerant, in quibus τὸ ה in fine scriptum non legatur. Vide Masoram magnam finalem apud Buxtorfium p. 22. col. 3 Circa loca ipsa diversitatem nullam inveneris, nisi quod circa locum secundum, qui hic citatur, existimem librarium lapsum esse, qui pro loco, quem Masora finalis exhibet, Jos. XXIV. 8. ואביאה אתכם אל ארץ האמרי ubi etiam Codices nostri τὸ ה יתיר sive superfluum esse monent, affert alium huc non pertinentem, qui exstat Exodi XIX. 4. Ibi enim in אבא est Jod חסר י, τὸ ה vero non occurrit. In ceteris locis hic laudatis, qui sunt *Jer.* XV. 9. 1. *Regg.* VII. 23. & *Ruth.* I. 8. cum Masora noster prorsus conspirat. Confer, quæ in extremo capite noster de hac convenientia differit.

יעשה ה״· והשאר באשר הם· ועוד יש להפליא מדברי מנחם שהביא שירה וגילה והן ההי״ן למנוקב· כי שיר ושירה כמו צדק וצדקה· ורוב שמות כן· (עד כאן דברי בעל המבחר) וכנראה לי שזהו רבי מנחם שזכרה מעלתך ארוני״ אבל לא נמצא זכרו יותר״ ולא יכולתי להבין מאמר שאלתך ארוני שכתבת (ששלח ר׳ מנחם הקראי לעקילס הגר אצל ר׳ סעדיה הרבן) שאיני יודע אם עקילס היה אצל ר׳ סעדיה· או אם ר׳ מנחם היה אצלו· ואם זה ר׳ סעדיה הוא הגאון שלהם שהוא תלמיד של שלמון בן ירוחם חכם שלנו שזכרנו בפרק ט״ נראה שזה דבר קשה· כי אנקלוס ועקילס לדעת כותבי זכרונות של רבנים אע״פ שהם אנשים נפרדים מכל מקום כמעט לא היו או ודאי היו בדור אחד· כמו שמובן מתוך דברי שלשלת ומאור עינים· ושהם היו בזמן בית שני עדיין״ אבל סעדיה גאון זמן רב היה אחר החרבן כמו שמוכח מתוך פרקים שעברו· אמנם אודות אנקלוס ועקילס אם הם איש אחד או אם הם נפרדים אין לנו ידיעה בכך· כי

&c. &c. *aliaque suis locis invenienda. Amplius mirari subit verba Menachemi*, *qui voces* שירה & גילה *adduxit, cum tamen illa duo* ה *ad genus femininum designandū adhibeantur.* שיר *enim &* שירה *dicitur eodem modo*, *quo* צדק & צדקה, *& plurimæ ejus modi voces aliæ.* Hucusque scriptor libri *Hammubchar.* Et videtur sane mihi hic R. *Menachem* idem esse, cujus ipse, Domine, meministi: sed ejus quidem mentio amplior non invenitur. Neque intelligere potui illa quæstionis verba, quibus ais, R. e) *Menachem* Karæum ad Aquilam proselytum, qui fuerit apud R. Saadiam, misisse, quia nescio, an Aquilas fuerit apud R. Saadiam, aut num R. Menachem fuerit apud ipsum. Quod si etiam ille R. Saadias Gaon iste Rabbanitarum est, qui fuit discipulus Schalmon ben Ierucham Sapientis nostratis, quorum meminimus cap. IX. videtur hæc res difficilior. Onkelos enim & Aquilas secundum sententiam illorum, qui ex Rabbanitis commentarios historicos scripserunt, quamvis illi quidem Viri omnino diversi fuerint, tamen vel non admodum sejuncti tempore a se invicem fuerunt, vel certe eadem ætate vixerunt: sicut ex verbis libri *Schalschelet*, & *Meor Enajim* apparet. Iidem etiam sub Templo II. adhuc vixerunt. Saadias Gaon autem longe tempore post excidi-

e) De illa Menachemi ad Aquilam epistola vide ipsum Triglandium p. 187. ubi eam se MS. habere, & quondam vel ad Onkelosum, vel ad Aquilam, illum Chald., hunc Græcæ interpretationis auctorem exaratam putasse profitetur, quamvis deinde recentioris illum ætatis esse ex allegatione Talmudis agnoverit. Ceterum non dubito, *Menachemum* hunc eundem esse, cujus, & R. Jacobi ben Simeon, itidem Karæi, de Karæorum ritibus commentationem in Catalogo Biblioth. Triglandii recenseri vidi, sicut & inter MSS. Warneriana in Catalogo Biblioth. Lugdun. p. 284. num. 21. liber Menachemi, nescio quis, laudatur.

cidium ejus floruit, ficut capitibus antecedentibus evicimus. Ceterum, num Onkelos & Aquilas iidem fint, an diverfi, nobis quidem non conftat: quia ex majoribus noftris nullus invenitur, qui rerum geftarum hiftoriam literis tradiderit, aut, fi quis exftitit, propter eam, quam capite VII. attuli, caufam, libri illi perierunt, neque hac ætate inveniuntur. Ex fententiis quidem Scriptorum Hiftoricorum apud Rabbanitas apparet, illos inter fe invicem diffentire. Judicio tamen recentiorum Hiftoricorum, qui funt R. Gedalias fcriptor *Schalfcheleth* p. 27. & R. David Ganz Scriptor *Zemach*, pro diftinctis habendi funt. Sic etiam Sapiens f)R. *Afarias de Rubeis*, qui varios Scriptores Hiftoricos caftigavit & rationes temporum, quibus ufi funt, examinavit, ac fimilam ex furfure opinionum ipforum ventilando felegit; ille in hanc quoque fententiam rationes attulit in libro fuo, qui dicitur *Meor Enajim* parte III. quæ infcribitur *Imre Bina* cap. XLV. p. 145. Ex argumentis

כי מקדמונינו לא נמצא שיהיה מי כותב זכרונות דברי הימים ואפילו אם היה מסבה אשר זכרתי בפרק השביעי נפסדו הספרים ולא נמצאו בזמנינו· אבל מתוך דעת כותבי זכרונות של רבנים נראה שחלוקת בינידם· אבל לדעת היותר אחרונים שהם ר׳ גדליה בעל השלשלת דף כ״ז ע״ב ור׳ דוד בעל הצמח· נראה שהם מופרדים· וכמוכן החכם ר׳ עזריה האדומי המשיג והתופש אחרי הרבה כותבי זכרונות ומדקדק אחר חשבונותיהם והמברר סלת מתוך פסלת מריעותידם· הוא הפליג להביא ראיות בספרו המתואר מאור עינים בחלק שלישי ממנו המתואר אמרי בינה בפרק מ״ה ממנו בע״א מדף קמ״ה· ופסק מתוך הראיות שהרבה להביא שם וגזר אומר וזה לשונו· והנא מכל הנאמר עד הנה כללים

f) Ille primus ex Judæis hanc caufam de Onkelofo ab Aquila diftinguendo confecit capite ab auctore noftro laudato, quem deinde fecutus eft R. Dav. Ganz in Zemach David ad A. M. 3840. quanquam aute utrumque Elias Levita in præfat. ad librum *Maforeth hammaforeth* pro diverfis fcriptoribus habuerit. R. Afariæ differtationem ex parte exhibet Jof. Voifinius in notis ad Raym. Martini Pugionem Fidei p. 144. Ex Chriftianis idem oftenderunt permulti, nominatimque Chriftoph. Helvicus de Paraphrafibus Chaldaicis p. 7. fq. Schickardus in Bechinath Happerufchim p. 24. B. Aug. Pfeifferus in Critica Sacra p. 241. Jul. Bartoloccius in Bibl. Rabb. Tomo I. B. Vinc. Placcius in Theatro Anonymorum & Pfeudon. p. 468. fqq. & diligentiffimus Jo. Mollerus in Homonymofcopia p. 241. fq. qua de re alias. Quod vero inter Iudæos plerique aliter olim fenferint, inde factum putem, quod, qui in dialecto *Babylonica* אונקלוס audit, idem in *Hierofolymitana* עקילס vocetur, ceu R. Afarias in limine capitis laudati variis utriusque Talmudis locis, inter fe collatis, evincit. Ceterum in eo nofter errat omnino, quod utrumque, Onkelofum fcilicet & Aquilam, eodem fere tempore, & ftante adhuc templo II. vixiffe opinatur, cum id de Onkelofo quidem admitti poffit, de Aquila vero omnino negandum fit, quem fub Adriano vixisfe conftet.

כללים אלה יעלו בידינו· כי
אנקלוס לחוד ועקילס לחוד·
ושהוא עקילס הוא עקוילה·
ושעקילס לא תרגם בארמי רק
ביונו כמו שזכרנו· (עד כאן
דבריו) והפליג שם לדבר כי
המיחסים תרגום אנקלוס
לעקילס ועקילס לאנקלוס הם
טועים· או אפשר שהמעתיקים
טועים בהעתקתם) ועוד אמר
שם זה לשונו) אולם פן תטעה
לאקיילה זו לאותו הנמצא
בפעולות שלוחיהם פרק י"ח
ובאגרתם לרומיים פרק י"ו·
אשכילך ידיד קורא כי נהפוך
הוא אליו· עם היות שמותן שוין
ושניהם מן האי פונטו· כי הוא
היה יהודי שהמיר כפי המובן
משני המקומות הנזכרים· וזה גוי
שנתגייר· הוא היה בימי
הקסרים קלאבדי"ו ונירוג"י
קודם החרבן· וזה אחריו בימי
אדריאנוס· ומכל מקום תרגום
התורה בארמי לא עקילס אמרו
אלא אנקלוס· (עד כאן) מה
שיש לסמוך על דברי זה האיש
אע"פ שאינו מבעלי דתנו" אבל
כמו שגם לעיל אמרתי שבספרי
חכמינו הנמצאים בגלילנו זה לא
נזכר שמם אם הם אחד או
נפרדים· זולתו שהמפרשים
זוכרים את אנקלוס המתרגם
בלשון ארמי· ונכן לא אוכל
לחרוץ על דעת חכמינו· אבל
כפי מה שראיתי בספרי הרבנים
ובחבוריהם הנזכרים דעתי נוטה
אחרי חריצת ר' עזריה שכתבתי
לעיל·

mentis autem, quæ copiose affert, rem conficit, atque his utitur verbis: *Ecce ex omnibus illis, quæ dicta sunt, hæc momenta deducuntur, Onkelosum & Akilam distinctos esse, Akilam vero illum esse Aquilam: & Aquilam non Chaldaice sed Græce, ut diximus, transtulisse Legem.* Hucusque verba ejus. Ibidem pronunciat, eos, qui Targum Onkelos Aquilæ, & Aquilæ versionem Onkeloso tribuant, errare: vel forte etiam librarios peccasse in describendis codicibus. Ibidem hæc verba habet: *Ne forte Aquilam hunc cum illo, qui laudatur in Actis Apostolorum c. XVIII. 2. & in epistola ad Romanos, c. XVI. 3. confundas, moneo te, Amice Lector, quod ille ab hoc diversus sit: quamvis nomina eorum sint eadem, & uterq; ex insula Ponto ortus. Alter enim erat Judæus, qui mutavit religionem patriam, ut apparet ex duobus illis locis allegatis; alter vero erat gentilis, idemque proselytus, alter erat tempore Cæsarum Claudii & Neronis, ante excidium; alter vero post illum tempore Adriani. Denique Targum Legis non utique Aquilæ sed Onkeloso adscribunt.* Huc usque ille. Hujus Viri verbis inniti licet, quamvis ex doctrinæ nostræ sociis non sit. Enimvero, sicut jam supra monui, in libris Sapientum nostrorum, qui dantur in his regionibus, non memoratur nomen eorum, ut sciamus, iidemne sint, an diversi: nisi quod Interpretes meminerunt Onkelosi, qui legem Chaldaice interpretatus sit. Itaque rem ex sententia Sapientum nostrorum decidere non possum. Quantum autem ex libris Rabbanitarum & commentationibus eorum laudatis perspicio, animus in sententiam R. Asariæ, quam superius exposui,

propendet. Ita absolvimus caput hoc, quod est loco responsionis ad quæst. II.

לעיל׳ ובכאן נשלם הפרק שהוא לתשובת שאלה שנית׳

CAP. XI.
TRIBUS GAD

פרק י״א מטה גד

IN cujus portione portio legislatoris recondita est, (Deut. XXXIII. 21.) venit, & recensebit arcana abscondita (Deut. XXXIII. 19.) de Scriptoribus librorum nostrorum, qui in regionibus nostris inveniuntur. Stat itaque & sic ait: Veniamus nunc ad expediendam quæstionem III. Qua quidem occasione & propter similitudinem argumenti de aliis etiam in gratiam Domini mei differetur: de quibus in quatuor illis quæstionibus nihil monetur. Recensebo scilicet varios libros in regionibus nostris obvios, & docebo, a quo illi auctore sint profecti, de quo argumento præcipiant, quove tempore Scriptor vixerit. Ad omnia hæc momenta hoc capite respondebimus, ne præter necessitatem commentatio producatur. Dicimus itaque: Liber antiquissimus ex Sapientum Karæorum libris, qui quidem in his regionibus habentur, est liber metricus, qui vocatur *botrus cypri* (ex Cant. I. 14.) g) compositus anno 4909. O. C. (i. e. A. C. 1149.) qui est annus 1571. a vastato templo primo & 1080. ab everso Templo II. mense *Tisri*, cujus

אשר בחלקו חלקת מחוקק ספון יבוא ויספר לאבי הארון השואל ספוני שמוני מחוקקי ספרינו הנמצאים בגלילנו יעמד ויאמר כך: ועתה נבואה להשיב על השאלה השלישית׳ ואגב גררא וסמיכות ענין ילוה עמו להשיב אמרים גם לרצון אדוני שלא הכללתהו בתוך הארבע שאלות׳ והוא שאודיע איזה ספרים נמצאים בגלילנו ומאיזה מחבר יצאו ובאיזה ענין הם מדברים ובאיזה זמן היה חי המחבר״ תשובת כל אלו הדברים נכליל בזה הפרק לבל יארך הדבור ללא צורך: ונאמר׳ הספר הקדמון שבספרי חכמי הקראים מהנמצאים בגלילות האלו הוא ספר הפלס נקרא אשכול הכפר מחובר בשנת ארבעת אלפים ת״תק״ט ליצירה; שהשנה ההיא שנת אלף וחמש מאות ושבעים ואחת לחרבן בית ראשון׳ ולחרבן בית שני אלף ושמונים בחדש תשרי ביום כ״ד ממנו הותחל חבור הספר ׳

g) Celebriores hæ sunt Judæorum Epochæ, secundum quas res gestas computare consueverunt. Habent tamen & alias, quas nullibi plenius vidi commemoratas, quam quidem in præfat. ad *Uri* fil. *Simeonis* Calendarium Judaicum, ex qua Hottingerus optimo consilio repetiit in Cippis suis Hebraici, p. 80.

הספר בעיר סטמבול הנקראת קוסטנדינה רבתי שהיא מקדם ארץ יון ועכשיו ביד ישמעאל· שם המחבר רבינו יהודה הדסי האבל שהיה מאבילי ציון משארית הנאנחים והנאנקים בעד התועבות הנעשות בירושלים· והוא בן הר״ר אליהו הדסי והוא היה חכם גדול בתורה ובכל החכמות המחקריות ובקי בלשון יון וערבי· ואלהי למאד מאד כנראה מדבריו בתוך ספרו הגדול שכלו מלא יראת ה״ ושבח ותהלת היוצר ברוך הוא· וחבר ספרו זה מראשו ועד סופו על סדר האלפ״א בית״א ותש״רק צפ״עסי ר״ל כשסיים אותיות אל״פא בית״א אחת עד אות תי״ו עוד שב מת״יו עד אל״ף ויש אלפ״א בית״א שארוכה דף א״ ולפעמים ב״ או ג״ ויותר דפים יהיו

cujus die 24. liber ille componi cœptus est in urbe h) *Stambol*, quæ vocatur Constantinopolis magna, Græcorum olim, jam vero Ismaelitarum imperio subjecta. Nomen Scriptoris est R. *Jehuda Haddasi Habel*, unus ex lugentibus Sionem, & ex reliquiis i) *gementium ac suspirantium ob abominationes, quæ facta sunt Hierosolymis* (Ezech. IX, 4.) Est is filius *Eliæ Haddassi*, egregieq; versatus fuit in lege & in omnibus scientiis naturalibus, ac linguæ Græcæ & Arabicæ peritissimus, & perquam pius, sicut apparet ex libro ejus magno, qui totus scatet timore Dei, & celebratione ac laude conditoris Benedicti. k) Hunc librum suum inde a capite ad calcem ordine alphabetico, nunc ab initio, nunc a fine, mutatis vicibus, incipiens, disposuit, ita ut quoties literam alphabeti ad finem perduxit semel, usq; ad literam *Tau*, toties facto initio a *Tau* mutato ordine ad *Aleph* revertatur. Alphabetum itaque unum

h) CPolin *Stambol* ideo appellatam esse putat Steph. Morinus in Exercitatt. de Lingua primæva p. 443. quod, cum Turcæ, petentes a Græcis Constantinopolin versus euntibus, quo irent? audissent, εἰς τὴν πόλιν confundentesque propositionem generalem cum nomine generali metropolim designante, existimarint, eos respondere *Stambol*. Scilicet pervulgatum est, CPolin æque ac Romam olim *urbem* sive πόλιν eminentiori notione appellatam esse, quod apparet ex præstantissimi Ezech. Spanhemii notis ad Juliani Orat. I. p. 75. sicut ab ipso Juliano vocatur ἡ ἐπὶ Βοσπόρῳ πόλις. Sed propius, credo, appellatio *Stambol* ex nomine CPolis, in compendium redacto, repetetur. Quod vero hic a nostro vocatur CPolis magna, id Græci quoque olim per μεγαλόπολιν & μεγάλην πόλιν expresserunt, ut ostendit Spanhemius l. c. sicut ab Eusebio lib. III. de Vita Constantini M. c. 55. vocatur καλλίπολις. Lege ibi Valesii notas p. 234.

i) Hæc appellatio ut nomini האבל h. e. *Lugentis* apprime convenit, ita alias se probavit Karæis, quod ostendit locus e Triglandio p. 11. dissert. de Karæis ex MS. Karaitico allatus.

k) Ex hac libri delineatione accurata apparet, Scriptoribus Karæis nec ingenium nec artem defuisse: nec sane memini, inter Rabbanitas ullum exstare scriptum, tam expressa curæ ac laboris vestigia secum ferens.

unum interdum complet folium unum, interdum duo, interdum tria, aut plura etiam. Inſcriptus liber eſt philyris in folio complicatis, efficitque ſex Scapos & amplius, & comprehendit 381. alphabeta partim ſimplicia, partim variata. Singulæ vero literæ alphabeti faciunt initium ſingularis ſectionis, (ſtrophæ) ex variis verſibus conſtantis, qui omnes metrica ratione diſpoſiti terminantur in רה, aut רים, aut או aut תו aut תם aut aliam quamcunque vocum Hebræarum terminationem. Quando vero is abſolvit verſus illos, per ſingulas alphabeti literas metrice diſpoſitos, h. e. in fine ſingularum ſtropharum, rhythmice conjunctarum, rhythmo alio, quam qui in ipſa ſtropha occurrit, ſtropham concludit, & quidem per literam ך, prout argumentum de quo ſermo fuit, patitur, v. c. לפניך, עיניך, מעונך, עיניך &c. Hac igitur litera finem facit ſingularum ſtropharum, quas nova alphabeti litera incipit, usque dum ad finem ſingulorum alphabetorum, in toto libro exſtantium, deducatur. Ratio libri hujus inſtructa eſt ſecundum decem præcepta inde a verbis: *Ego ſum Dominus Deus tuus* &c. usque ad finem: *Non deſiderabis domum proximi tui.* Sub his præceptis comprehendit omnia præcepta legis: neque omiſit præceptum Legis ullum, quod non accurate & ſubtiliter explicarit. Nec minus illa præcepta, quæ non diſertis verbis in Scriptura exprimuntur, ſed potius ſubindicantur, perfecto commentario explanavit, ſecundū antiquiorum ex noſtris Sapientibus ſententiam. Et multa ſunt in hoc libro

mira-

יהיו בא״לף בי״ת אחד״ והספר
נכתב על בוגנים שלימים כולל
בכמותו יותר משש ליבראות
נייר״ ושפ״א אלפ״א בית״ות
פשוטות וכזורות נמצאות בספר
ההיא׃ וכל אות ואות של
אלפא״ ביתא״ הוא תחלת בית
של כמה שורות כלם מסויימות
במשקל שנזדמן אם רה או רים
או או או תו או תם׃ או איזה
מסיום המלורת העברייורת׃
וכשסיים שורות השקולורת
בכל אות ואות של א״לפאבי
ת״א ר״ל בסוף כל בית ובית
המורכב בחרו׃ אחר המשקלים
שבתוך הבירת סיים הבירת
באות ך״ פשוטה לנוכח הנדברי׃
כמו עינייך׃ עיניך׃ מעונך׃ עניך׃
לפניך׃ ארצך׃ עירך׃ רועיך׃
וכדומה לזה׃ וכן בזה האורת
סיים על בית ובית שבכל אות
ואות עד סוף של אלפ״אבית״א
ואלפ״אבית״א שבכל משך
הספר׃ וצורת הספר הזה הוא
מסודר על עשרת הדברורת
מאנוכי ה״ אלהיך עד סוף
הדברות לא תחמוד בית רעיך׃
והכליל כל המצות שבתורה
תחת הדברות׃ ולא הניח שום
מצוה שבתורה שלא פירש
אותה עם פירושיה ודקדוקיה׃
וגם המצות היוצאות מרמזי
הכתובים ומאיזה מקום הם
נרמזים הכל באר בביאור שלם
על דעת קדמוני החכמים שלנו׃
והרבה לספר מפלאות תמים
דעים מבריאות שונות שבעולם
מה ששמע וקבל ומה ששנה
בספרים

בספרים ומה שראה בעיניו· אבל כל יסוד הספר הוא לערוך מלחמה עם הרבנים· שבכל מצוה ומצוה בראש פירש אותה על דעת חכמינו· ואחר הפליא עצה להזכיר שגעונות הרבנים ואיך הם מהפכים למצות באל תקריות ואסמכתות· והפליג להביא ריעותיהם הזרות שלא עלו על דעת נותן התורה ומקבלה· ומה שחפאו דברים על יוצר בראשית י״ת שמו ועל חסידיו ונביאיו· ובקצור אומר ששום חכם מחכמינו לא כלל בחבורו כל ההרחקות והמחלוקות שבינינו ובינם כמו שהביא זה החכם· וגם כן הרבה לזכור כל הדתות שבעולם וטען כנגדם· ובקצת מקומות מספרו הנכבד זכר את חכמינו הקדמונים ואת חבוריהם היקרים מה שאנחנו לא ראינום ולא שמענו שמעם בגלילות הללו· ואמרתי להזכירם

mirabilia viri perfecti scientiis (Job. 37. 15.) de rebus diversis, quæ sunt in mundo, de quibus vel audivit quicquam, aut ex libris didicit, aut oculis vidit. Præcipuum vero libri hujus institutum ad bellum Rabbanitis faciendum spectat. Proinde primo loca singula præcepta ex mente Sapientum nostrorum exponit. Deinde vero consilio præclaro commemorat insaniam Rabbanitarum, & ostendit, quomodo pervertant præcepta, ingeminatis vocibus l) אל תקרי h. e. *ne legas*, & aliis leviculis præsidiis allatis. Diligentissime idem versatus est in afferendis insolentibus eorum opinionibus, quarum nunquam in mentem venit illi, qui legem dedit aut accepit. Ostendit etiam, quibus verbis oneraverint (2. *Regg.* XVII. 9.) conditorem universi, cui *Benedicti* nomen est, & pios ejus Viros ac Prophetas. Summatim ut dicam, nullus nostrorum Sapientum scripto quodam suo omnes discrepantias & dissensiones, quæ inter nos & illos intercedunt, ita comprehendit, ac iste Sapiens fecit. Sic & cetera, quæ in mundo sunt, religionum instituta affert, & oppugnat. Nonnunquam etiam in libro suo præstantissimo meminit Sapientum nostrorum antiquorum, & scriptorum eximiorum, quæ nos nec vidimus unquam, nec fando accepimus, in his regionibus. Atque hæc tibi,

S

l) De hac formula in Talmudicis & allegoricis Hebræorum commentariis sæpe obvia, & ad subtiliores sensus, ex Scriptura Sacra eruendos, pertinente, vide, quæ post Jo. Buxtorfium variis in locis monuerunt Theodor. Hackspanius de Usu librorum Rabbin. p. 328. Jo. Christoph. Wagenseilius ad Sota p. 68. Jac. Cappellus in observatt. ad cap. III. ep. ad Hebræos & novissime V. C. Guilielm. Surenhusius in libro καταλλαγῆς p. 41. sqq. Illustris inprimis locus de ea exstat in Maimonidæ More Nevochim Parte III. c. 41. p. 473. ed. Buxtorf. quem Hottingerus in Thesauro Philolog. p. 212. Arabice, Voisinius vero in not. ad procem. Raym Martini in Pugionem Fidei p. 59. hebraice exhibet. Integra formula ita habet: אל תקרי כך אלא כך h. e. *ne legas sic, sed ita.*

bi, Domine, recensiturum me recepi. In præcepto itaq; I. *: Ego Dominus Deus tuus* &c. Alphabeto XXIII. literis ה, ו, & ז ita loquitur:

Ecce m) *illa ostendunt, quod isti sint primi:*

Actiones enim eorum instituta sunt secundum verba Legis Domini æque ac priorum.

Nonne cognoscetis, nonne audietis, nonne indicatum vobis est ab initio, a Deo vestro? (*Ies.* XL. 21.)

Et auris sermones probat, & palatum gustabit sibi. (*Iob.* XXXIV. 3.)

Et vobis est judicium, quia laqueus fuistis, cum omnis vir sectaretur sortem suam. (*Hos.* V. 3.)

Convertimini, quæso, ne sit inquitas, & revertatur justitia mea. (*Iob.* VI. 29.)

Memores sitis e longinquo Domini & Hierosolymæ (*Ier.* LI. 50.)

instar Virorum prudentium, (qui sunt Anan Princeps, caput captivitatis, & Princeps Israelis & socii ejus, p. m. discipuli n) *Gannai Benedicti, qui fuit discipulus Esræ Sacerdotis Dei,)* o) *ficuumq; bonarum quæ fuerunt Hierosolymis.*

Memores estote hujus rei, & solertes, & reducite declinantes ad cœtum populi vestri.

Iterum idem ad præceptum IV. *Honora* &c.

להזכירם לאדוני בכאן" בדבור אנכי באלפ"א בית"א כ"ג אותיות ה"א וי"ו זי"ן (וזה לשונו)

הן אלוה מודיעים כי הם הראשונים׃

כי מעשיהם מעשי דברי תורת ה׳ כראשונים׃

הלא תדעו הלא תשמעו הלא הוגד לכם מראש מאלהיך"

ואזן מלין תבחן וחיך יטעם לו׃

ולכם המשפט כי פח הייתם כל איש לגורלו׃

שובו נא אל תהי עולה ושובו עוד צדקי בה עיניך"

זכרו מרחוק את ה׳ וירושלים׃

כמשכילים אלה ענן הנשיא ראש הגולה נשיא ישראל וריעיו נ"ע תלמידי גנאי בריך תלמידו של עזרא כהן ה׳ ותאנים הטובות יושבי ירושלים׃

זכרו זאת והתאוששו והשיבו פושעים עדת עמך"

(עוד בדבור כבד אלפ"א ביתא

m) Vides hic specimen commentationis illius metricæ, quod in MS. continua serie exhibebatur, non habita ratione metrorum & rhythmorum, quam ego vel inprimis hic habendam censui, ut descriptio antea suppeditata rectius intelligeretur. Consilium Scriptoris in his quidem versibus, stylo Biblico eleganter scriptis, id fuisse videtur, ut antiquitatem doctrinæ Karaiticæ præ Rabbanitarum institutis demonstraret; propterea enim ad majores & ad tempora superiora aliquoties provocat. Sic & ad antiquitatem provocat auctor חלוק MS. apud Trigland. p. 12. & 14. quæ loca nostro huic lucem affundunt.

n) Hujus mentionem alibi non inveni, nisi quod Triglandius p. 127. ex MS. nescio quo, observat, eum a Karæis vocari caput Senatus Esræ Summi Sacerdotis.

o) Alludit ad *Jerem* XXIV. 5. *Ficus bona* hic vocantur *sapientes*, sicut supra vidimus eosdem comparari cum *racemis*.

ביתא ר"נו) זכר קצת שמורת חכמינו ז"ל ואלו הן" אדוננו משכילנו ענן ראש הגולה נ"ע נשיא ישראל· דניאל בן משה אל מקומס· בנימן אל נהודאי· רבנו יפת הלוי נ"ע בן עלי הלוי· יהודה בן עלן הטברני· המלמד הגדול ר' סהל בן מצליח הנודע אבואלסרי הכהן· אח"ך באלפ"א בית"א רנ"ח זכר ספר נעימות שנקרא ספר זכרון הדתות וכנראה ממשך דבריו שהוא לרבינו יפת הלוי· וזכר נר הגולה בעליל התורה יאשיהו" רב החכמה ישועה בן אברהם שהיה מתלמידי הרואה" יוסף נ"ע הנודע אלקרקסני בעל ספר הנצנים" עוד בדבור לא יהיה באל"פא בי"תא ק' זכר מקצת ספרי משכילנו ואלו הם· ספר נעימות אלמוחתוי· ספר מאירת עינים· ספר מחכימת פתי· ספר הדתות· ספר אוצר נחמדי· ספר

&c. alphabeto 256. memorat nomina quædam Sapientum nostrorum p. m. quæ ista sunt: *Dominus noster & præceptor noster*, *Anan caput captivitatis*, *cujus requies sit in paradiso*, *Princeps Israëlis*, *Daniel ben Mosche Al Mekomam*, *Benjamin Al Nehodai*, *Rabbi noster* p) *Iapheth Hallevi*, *fil. Eli Hallevi Iehuda ben Alan Hattibrani*: *doctor magnus R.* q) *Sabel ben Mazliach*, *notus sub nomine Abualfari Sacerdos*. Postea Alphabeto 285. commemorat r) librum elegantiarum, qui vocatur *liber historicus sectarum*, &, quod ex contextu apparet, a R. *Iapheth Hallevi* scriptus est. Laudat etiam lumen captivitatis in conspectu legis *Iosiam*, & sapientissimum s) *Ieschua ben Abraham*, qui erat ex discipulis *Videntis* (Josephi) nec non t) *Iosephum*, notum nomine *Alkarkeseni*, auctorem libri *Hanniznim*. Amplius ad præceptum I. *Non erit* &c. Alphabeto centesimo laudat libros quosdam Doctorum nostrorum, & quidem sequentes: librum *Neimoth Almuchtevi*, librum *Meirath Enajim* ex *Ps.* 19. 9. lib. u) *Machkimath*

p) Vide Paulo ante lit. o.

q) Eum allegat R. *Jehuda ben Eliefer* in præf. ad שער יהודה CPoli 342. 4. ed. inter illustriores sectæ suæ Scriptores, & simpliciter *Sabel* Sacerdotem vocat. v. Selden. de Uxore Hebræa p. 7.

r) Eundem hunc puto esse librum, qui inter MSS. Warneriana p. 284. n. 21. Catalogi Biblioth. Lugd. Bat. recensetur cum aliis in eodem Volumine existentibus sub tit. *Liber Amoenitatum* sine addito auctoris nomine. confer Trigland. Catal. MSS. Or. p. 24.

s) Parum ab est, quin credam, hunc R. *Jeschuam ben Abraham* esse eundem, quem supra p. 116. lit. l. noster vocavit *Jeschua* ben *Eli*, quemque aliis *Jeschuam ben Jehuda* appellari ibidem monuimus. Utrinque enim dicitur *Josephi Videntis* discipulus, & forte hic in nomine Patris exprimendo errari potuit, cum obiter tantum commemoretur.

t) Supra laudatus fuit R. Jacob ben Jitzchack Karkeseni p. 114. lit. h. ubi vide, quæ scripsi. De libro hic laudato alibi nihil inveni, nec de argumento ejus ex titulo obscuriori conjectura quicquam assequi possum.

u) hic est inter MSS. Warneriana l. c. p. 284. n. 21. sine mentione auctoris.

kimath Peti ex Pf. XIX. 8. librum x) *Haddathoth*, librum y) *Ozar nechmad* ex Prov. XXI. 20. librum *Chochmath Gebulim*, lib. *Matock Lannephefch* Prov. XVI. 24. librum *Marpe Laezem*: ibid. Hucusq; mentio librorum a Sapientibus noftris fcriptorum in laudato libro habetur: ex quibus ne unus quidem, in regionibus noftris exftat. Hic autem liber manu exaratus eft. Poft hæc tempora fcriptus eft liber z) *haofcher* (divitiarum)

ספר חכמת גבולים׃ ספר מתוק לנפשי׃ ספר מרפא לעצם׃ עד הנה נמצא זכרון ספרי חכמינו בתוך הספר הנ״ל׃ ומאלו לא נמצא עד אחד בגלילנו׃ וזה הספר כתב יד׃ ואחר זה בזמן ספר העושר לר׳ יעקוב בן ראובן והוא פירוש על התורה ביאור יפה בקיצור מופלג פרט חבורו שחכתי ואין הספר נמצא בגליל פולו׳נית

x) Forte hic idem ille eft, quem paulo ante R. *Jepheth HalleVi* tribuit.

y) Cl. Schupartus in Exercitatt. de Karæis p. 29. monet, fe in R. *Aronis ben Elia* Karæi libro rituali MS. citatum legiffe librum hujus tituli, qui tribuatur R. *Tobia* Karæo atque hunc ego a noftro diftinguendum non puto: ficut etiam eundem effe mihi perfuadeo cum eo, qui paulo poft a noftro commemoratur ejusdem infcriptionis, diciturque comprehendere commentarium in Aben Efram. Quod fi vero R. Schabtai in Labiis Dormientium audiamus, duo ftatuenda erunt hujus tituli fcripta, quorum alterum nempe comment. in Aben Efram is acceptum fert R. *Mofi ben Jacob*, alterum R. *Tobia*, quem ait effe Cabbaliſticum. Sed in libris Karæorum illius auctoritati non multum tribuendum eft, in quibus non una vice erravit; ficut hic quoque faltem in eo hallucinatus videtur, quod librum hunc Cabbaliſticum effe dicat, qui certe a Karæo exfpectari vix poteft.

z) Hic liber MS. exftat inter Codd. Warnerianos in Bibl. Lugduno-Batava, cujus vide catalogum p. 283. n. 1. ubi tamen notandum eft, commentarium ibi non in Pentateuchum folum, fed totum Codicem Sacrum appellari, ex quo procul dubio idem retulit R. Schabtai in Labiis Dorminentium fuo loco. Sic in eodem Catal. p. 287. n. 52. ejusdem Jac. filii Ruben comm. in Jof. Sam. Regg. Jerem. & Hagiographa feorfim recenfetur. Plantavitius num. 503. Biblioth. Rabbin. hunc librum *Haofcher* de lapidibus pretiofis exponere teftatur, citarique a R. *Aarone ben Jofeph* Karaita comm. in Legem, ex quo pateat ipfum libri argumentum. Cum vero probabile non fit, eundem Scriptorem libris duobus tam diverfi argumenti eundem feciffe titulum, falli hic putem, quod alias ipfi ufu venit, Plantavitium, atque ita potius ftatuo: duos effe hujus infcriptionis libros, alterum quidem commentarium Biblicum R. *Jacobi f. Ruben*, alterum alius Scriptoris *de gemmis*, quemadmodum in Catal. Leidenfi p. 287. n. 45. ubi Syntagma quoddam librorum Karaiticorum recenfetur, occurrit ultimo loco *Benjamin F. Jacobi de lapidibus pretiofis*, ftatimque additur ס׳ העשר *liber divitiarum*, *de gemmis*. Ceterum a Bartoloccio huic Scriptori tribuitur liber מלחמות יהוה h. e. *bella Domini*, qui Chriftianos oppugnat, ac tefte R. *Schabtai* p. 40. n. 181. dialogi more duodecim fectionibus fcriptus eft. Hujus ego Scriptorem Rabbanitam fuiffe, adeoque a noftro diverfum crediderim, cum non aliud exftet Karaitici adverfus Chriftianos libri exemplum, profectusque hic nofter videatur a Jac. ben Ruben, cujus liber Cabbaliſt. fub titulo היכל יהוה in calce libri Jezira ed. Mantuanæ laudatur. Exftat hoc fcriptum manu exaratum in Biblioth. Bodle-

פולו״ניה אלא ברוכסיא של ליט״א והוא רחוק ממנו״ ואחריו בזמן חבורי החכם המופלא האלהי והקדוש הרב רבינו אהרן הנקרא קדוש ה״ בן יוסף והית רופא׃ זמן חבור ספרו האחד שנת חמשים וארבעה לאלף הששי׃ והוא היה חכם בחכמת התורה ובחכמת המחקר ובחכמת הקבלה הנסתרת׃ חבוריו ערבים ומתוקים לנפש שפתים ישק כאלו הנבואה אמרם׃ והוא חבר ספר המבחר ביאור על התורה מקוצר בלשונו וכולל בעניינו מלא ביאור מספיק מלא חכמת המחקר וברמזים נסתרים מלא חכמת הקבלה׃ אין ערך ליפיו׃ לא החניף להודות על האמת לפעמים מודה על פירושי הרבנים ועל הרוב מתנגד להם ומגלה האמת בלי נבול פה אך בטוב טעם ודעת׃ ולפעמים מתנגד גם לחכמינו הקדמונים׃ אבל

tiarum) R. *Iacobi* fil. *Ruben*, qui exhibet commentarium in legem, & explicationem egregiam miræ brevitatis, cujus ſpecialem tractandi modum oblitus ſum. Liber ille non in Polonia ſed in Lithuaria, a nobis remota, exſtat. Poſtea ſcripti ſunt libri Sapientis admirabilis, Theologi & Sancti Rab, Doctoris noſtri *Aharon*, cognomine *Sanctus Dei* dictus, fil. *Ioſeph*, arte Medicus. Tempus libri cujusdam ab eo compoſiti incidit in annum 54. Millenarii VI. (i.e. A.C. 1294.) Verſatiſſimus ille fuit in doctrina Legis, Naturali item & Cabbaliſtica arcaniore. Scripta ejus *ſuavia ſunt & dulcia animæ Prov.* XVI, 24. *labia oſculabitur Prov.* XXIV, 26. inſtar prophetiæ ſunt verba eorum. Idem ſcripſit librum a) *hammubchar*, qui eſt commentarius in Legem, ſtylo conciſo exaratus, quoad res vero amplus, non ſufficientem ſolum expoſitionem complectens, ſed plenus etiam ſcientia naturali & arcanioribus alluſionibus itemque doctrina Cabbaliſtica. Elegantia ejus non ſatis æſtimari poteſt. Non neglexit ille inſtar hypocritæ, teſtimonium dare veritati, aſſentiens interdum expoſitionibus Rabbanitarum, ut plurimum vero illis contradicens, & veritatem proferens, ſine fœdis dicteriis, & adductis rationibus ido-

jana n. 3718. Diſtinguendum idem eſt ab altero ejusdem tituli, quod R. *Joſepho Kimchi* debetur, & in Hiſpanicam quoque linguam translatum fertur. Confer B. Jo. Mulleri præfat. ad Judaismum detectum.

a) Lege, quæ ſupra notata ſunt ad p. 96. lit. c. & adde, quod Codex a Morino laudatus exſtet Pariſ. in Biblioth. PP. Oratorii, ſicut & alius in Biblioth. Regia inveniri dicitur. In illum *Elias* fil. R. *Abraha Juda* CPolitani commentarium ſcripſit, quod Vener. Chriſtianus Theophilus Ungerus, ad has literas ornandas egregio ingenii & doctrinæ apparatu inſtructus, literis amiciſſimis me edocuit. Forte hic commeut. idem eſt cum imperfecto illo, de quo noſter paulo poſt. In Catal. MS. Bibl. Bodlej. n. 5884. inter Codd. Huntingtonianos recenſetur Aaronis Karæi comm. Arab. in Geneſin, quem veriſimile eſt eundem eſſe, qui in lib. *Mubchar* exſtat hebraice.

idoneis. Interdum etiam refragatur Sapientibus noſtris antiquioribus. Enimvero liber ille intelligi non poteſt a mediocriter eruditis, ſed ab illis tantum, qui in Lege, Scriptura, Gemara, Talmude, Grammatica & Logica apprime verſatus eſt. Manu tantum ſcriptus eſt, non formis expreſſus. Poſtea exaravit librum b) *Celil Iophi*, (*perfectus pulchritudine*) (*Ezech.* XXVIII. 12.) qui eſt Grammaticus isque eximius, quo traduntur rationes loquendi Scripturæ & Linguæ S. receptæ, modusque eas imitandi docetur, ut non ſatis æſtimari elegantia ejus poſſit. Hic mole exiguus excuſus eſt typis elegantibus CPoli, ubi tum temporis Sapiens hic commoratus fuit. Et vidi ego juvenis in noſtra regione *commentarium* in librum *Pſalmorum* ejusdem Scriptoris MS. quem habebat unus ex Sapientibus illius ætatis: hic vero combuſtus eſt, nec ullum ejus exemplum apud nos reliqvum. Sic & in libro *Mubchar* Doctor ille ipſe refert, ſe explicaſſe librum *Iobi*, qui tamen commentarius apud nos non invenitur. Exſtat

אבל חבורו זה אינו מובן לבינוניים בלמוד אלא למי שבקיא בתורה במקרא בגמרא ובתלמוד בדקדוק ובהגיון" זהוא כתב יד לא נדפס: ואח"ך חבר ספר כליל יופי על הדקדוק בקצור מופלג וכולל מדורת מליצות המקרא ולשון הקדש ואופני השתמשותיה אין ערך ליופיו· והוא קטן הכמות נדפס בדפוס יפה בקוסטנדינה רבתי וגם מושבו של החכם הזה שם היה· וראיתי בבחרותי בגלילנו זה פירוש על ס' תהלים לזה החכם כתב יד· והיה ביד אחד מחכמי הדור ונשרף ולא נשאר אצלנו העתקו· וכמוכן בספר המבחר זוכר הרב עצמו שפירש את ספר איוב ואין זה הפירוש נמצא בגלילנו· ונמצא אצלנו פירוש לזה החכם על נביאים ראשונים· ואני עבדך הצעיר עמדתי על חבוריו אלו והגהתים משגיאות המעתיקים מהשהיה עלה כלו קמשונים מזמן

b). Alii titulum libri efferunt כלילת יופי eodem ſenſu & exemplo *Φερίσεως* Biblicæ, quam in librorum titulis ſectari ſolent Judæi; vide *Thren.* II. 15. & Ezech. XXVII. 3. Propterea forte ſic expreſſit titulum R. Schabtai in Labiis Dormientium p. 32. Bartoloccius vero minus recte poſt Hottingerum in B Orientali כלילי יופי appellat, qui rectiſſime cum noſtro a Rich. Simone & aliis כליל יופי formatur, quem ipſe liber CPoli an. 5341. qui eſt 1581. Æræ Chriſtianæ, in 8. editus præ ſe fert. Recenſet illum fuſius Rich. Simon in Bibliotheca Critica Tom. II. p. 201. ſq. & p. 203. monet, breviſſimam eſſe Grammaticam & foliis 28. literis quadratis & majoribus abſolvi, in qua varii idiotismi explicentur, facta ſimul mentione omnium illorum, quæ Maſorethis Judæis tribuuntur. In limine ipſius libri dicitur eſſe liber Aaronis הראשון ſive Primi, qui ſcripſerit מובחר. Meminit ejusdem Simonius in Catalogo Iudæorum Scriptorum Hiſtoriæ Crit. V. T. ſubjecto tit. *Aaron Hariſchon*. Duplex ejus MS. in Catal. Bibl. Leidenſis p. 287. n. 45. & 54. recenſetur; Triglandium quoqe manu deſcriptum habuiſſe ex Catalogo Biblioth. ejus apparet p. 24.

מזמן שחיברו ועד עתה והסכימו חכמי הדור על ידי ויתנו עידיהם באשוריהם בחתימת ידיהם· ומצד רוב השתדלותי בהגהת ספר המבחר לדקדק אחר כל נוסח ואחר כל עזר שבעולם להעזר בתקוניו· מצאתי לחכם אחד מחכמי ק״ק טר״אקא בדוכסיה גדולה של ליטו״א פירושים על הספר מבראשית עד סדר פינחס אבל בקצור מופלג ובהרבה מקומות אינם מספיקים· ואני הצעיר הייתי שמתי מגמתי ולקחתי הפירושים לידי כדי שלא יפסדו מאור העולם והתחלתי להעתיקם ולחבר אצלם פירושים וחדושים גם מאצלי כדי להעמיד פירוש נכון על הספר הנחמד הזה· ועשיתי כבר קרוב לספר אחד מחמשה חומשי תורה· ומתוך כובד הזמן החדלתי אתרשני כבר זה שלוש שנים ואינני עוסק בעסקי זה· והשי״ת יודע אם אזכה להשלים אם לאו· והחכם הזה שאנו בספורו הוא תקן לנו את סדרי תפלותינו בתיקון יותר ישר ונכון מאשר היו לפניו וייפה אותם בסדר נכון ונאה והזהירם בפיוטים

ſtat vero apud nos illius e) *commentar. in Prophetas priores*. Ego vero ſervus tuus minimus evolvi ſcripta ejus, & ſuſtuli menda librariorum, quæ inſtar urticarum totum opus infecerant, inde a tempore, quo elaborata fuerant, in hanc usque ætatem. Sapientes enim communi ſuffragio hoc negotium mihi commiſerunt, datis per literas, quas manu ſua ſignaverant, teſtimoniis. Dum vero ego in emendando ad fidem omnium exemplarium & adhibitis, quæ dari poterant, præſidiis, libro *bammubchar* omni cura verſor, inveni apud Sapientem quendam ex eruditis Synagogæ Trocenſis in Ducatu magno Lithuaniæ expoſitiones in librum iſtum inde a Geneſi usque ad Sectionem *Pinchas* (Num. cap. XXVII.) ſed tantæ brevitatis, ut paſſim non ſufficiant. Ego itaque minimus hominum animum meum huc converti, ut expoſitiones illas, ne de mundo perirent, mihi vindicarem, additisque meis explicationibus ita diſponerem, ut abſolutus in eximium illum librum commentarius exſtaret. Et parum abeſt, quin unum Pentateuchi librum perfecerim: deinde vero difficultate temporum *pinguedinem meam deſerere coactus ſum* (*Jud.* IX. 9.) neque amplius in hoc opere verſor. Et Deus benedictus novit, num dignus ſim, qui illud perficiam aliquando, an minus. Idem Sapiens, de quo loquimur, diſpoſuit etiam libros & rationes precum noſtrarum multo rectius, quam antea comparatæ fuerunt. Exornavit enim eos meliori & rectiori ordine, verſibus etiam & metris convenientibus diſtinxit, ut ele-

e) Comm. ille partim in membrana, partim in charta MS. eſt inter Codd. Warnerianos in Biblioth Lugdun. v. Catalogum ejus p. 289. n. 64. 285. n. 26. & p. 284. n. 12. ubi præter comm. in Prophet. priores ejusdem comm. in Jeſaiam & Pſalmos memoratur.

elegantiæ illorum dignum pretium vix ſtatui poſſit. Hi precum libri, per integrum annum deducti Venetiis jam ante ducentos fere annos excuſi ſunt. Poſtea ſeqvuntur ſcripta Sapientis magni, Philoſophi ac Theologi, R. *Aaronis* poſterioris fil. *Eliæ*, de quo excellentia tua, Domine, interrogavit. Locus ejus natalis fuit Synagoga Sancta d) Ægypti novæ. Tempus, quo unus ex libris ejus exaratus fuit, incidit in annum 106. Millenarii VI. (i. e. A. C. 1346.) Tria vero omnino ſcripta ejus in regionibus noſtris inveniuntur, omnia ſelecta & illuſtrantia intellectum inſtar Solis & ſtellarum ſplendentium. Primum vocatur e) *liber coronæ Legis*, qui eſt commentarius in Legem, plenus ſubtilibus diſquiſitionibus & conjecturis, ſcientia Legis & Philoſophiæ eximia, arcaniſque & myſteriis naturalibus ac Theologicis refertus. Liber ſupra modum & pretium elegans. In compluribus locis ille refutat Sapientem R. *Aaronem* priorem, auctorem *Hammubchar*.

בפיוטים נאותים וחבורים
שקולים מעולים אין ערך
ליפיים· ונדפסו המחזורים
לשנה תמימה בעיר ויני"ציאה
כבר זה קרוב למאתים שנים"
ואחרי בזמן חבורי החכם
הגדול הפילוסוף האלהי רבינו
אהרן האחרון בן כה"רר אליהו
זצ"ל אשר מעלתך ארוני שאלת
בעדו· מקום מולדתו היה בק"ק
מצרים החדשה· זמן ספר אחד
מחבוריו הנמצאים בגלילנו היה
שנת ק"ו לאלף הששי· ושלשה
ספרים נמצאו בגלילנו זרח
מחבוריו· כלם ברורים ומזהירים
כשמש וככוכבים מאירים·
הראשון הוא ספר כתר תורה
הוא פירוש על התורה מלא
פלפול וסברא חכמת התורה
וחכמת הפילוסופים היקרה·
סודות וחבונות החכמה
הטבעית והאלהית· אין ערך
ליפיו· ובהרבה מקומות משיג על
החכם רבינו אהרן דראשון בעל
המבחר

d) Vocari hic alias ſolet Nicomedienſis h. e. ניקומד"יאו ut in Catalago Bibl. Leidenſis p. 285. n. 39. quod corrupit R. Schabtai in Labiis Dormientium tit. כתר תורה ה
ניקומירא'ן

e) Exſtat hic liber MS. in B. Lugdun. l. c. Locos duos ex præf. ad hunc librum affert V. C. *Jo.* Meyerus in prolegom. ad Seder Olam p. 189. 190. plures vero videbis in eruditis Exercitatt. V. C. Jo. Gothofr. Schuparti de Karæis, ubi ſpeciatim p. 70. ſq. ex MS., quod olim in Bibliotheca Vener. Chriſtiani Andreæ Siberi, Inſpectoris quondam Tenſtatenſis fuit, nunc vero a Celeb. Io. Andr. Danzio, Jenenſium Profeſſore, aſſervatur, recenſio ejus plenior legitur, ſpeciatimq; p. 71. hæc leguntur verba, quæ annum elaborationis commemorant: ואהרן בן אליהו ילדו שנת הקכב למניין הבריאה h. e. *fœtus hic eſt Aaronis fil. Elijahu quem produxit A. M. 5122.* C. 1360. quæ temporis ratio ab ea, quam noſter commemorat, parum abeſt. Non ita pridem Amici æſtumatiſſimi literis edoctus ſum, laudatum Danzium hunc librum cum alio ejuſdem *de præceptis* commentario latine converſum editurum eſſe, ad quem laborem perficiendum otium & vires idoneas eruditiſſimo Viro apprecamur.

המבחר נ"ע" והשני הוא ספר הנקרא גן עדן והוא ספר מצות בו פסק אודות דיני קדושי השבת וימים טובים ודיני הרבה מצות שבתורה דיני ממונורת ודיני אונאות· והם מקובלים ומרוצים בכל תפוצות גלותנו בתוך עדותינו· וגם כל הפוסקים האחרונים ממנו אל היותר סומכים על דעתו· ומה שאדוני הזכיר שנמצאו בידך עניינים הם ודאי מזה הספר" והשלישי הוא ראש השלישי הוא נקרא ספר

char. Alterum ejus scriptum vocatur f) *hortus Eden*, estque liber præceptorum, ubi definiuntur instituta varia de celebrandis Sabbatis & diebus festis, itemque ad alia præcepta pertinentia, pecuniaria etiam, & quæ circa defraudationem observanda sunt. Atque illa recipiuntur & approbantur a cœtu nostro, ubicunque demum locorum ille in hac captivitate dispersus invenitur. Omnes etiam JCti eo recentiores plerumque illius sententiam amplectuntur. Et g) quæ in manibus tuis, Domine, esse significasti, illa omnino ex hoc libro sunt petita. h) Tertius

T

f) Hoc fusius descripsit idem Schupartus l. c. p. 63. sqq. quod in XXV. tractatus distinctum Karæorum consuetudines ita pertractare affirmat, ut quavis oblata occasione placita Rabbanistarum, speciatim R. *Salomonis Galli* (i. e. Isaacidæ) & Aben Esræ salse perstringat. Titulos illorum tractatuum ibidem legis p. 68. sqq. & quamvis ibi nunquam subtit. גן עדן sive ס' מצות quo hoc loco, & a R. Schabbatai, vocatur, occurrat, ipsi tamen argumentorum tituli non patiuntur me dubitare, hunc esse illum *præceptorum* librum, quem a Cl. Danzio exspectare nos posse modo monui.

g) Scripserat Triglandius ad Karæos, se habere librum quendam R. Aaronis ben Eliæ ritualem, quæsiveratque porro, utrum is sit ille, quem alias vocare soleant מורה אהרן: vide supra p. 9. Cumque hic noster non diversum esse respondeat, apparet, R. Schabtai in Labiis Dormientium p. 40. falli, quando hunc librum, quem Rabbanitarum instituta & Cabbalam oppugnare ait, tribuit R. *Aaroni ben Joseph*. Ceterum Triglandius librum hunc Aaronis ritualem ex Goliana Bibliotheca accepisse se ipse testatur p. 186 diss. de Karæis.

h) Hunc librum R. Schabtai suo loco post Bartoloccium Tomo I. Biblioth. Rabbin. per errorem ex homonymia ortum tribuit R. Aaroni ben Joseph, recte ideo notatus a Cl. Schuparto p. 74. Exercit. de Karæis, dubio quidem adhuc, sed hoc nostri loco in sententia confirmando: sicut etiam Seldenus de Uxore Hebraica lib. I. c. 5. p. 25. recte monuit, præeunte ipsi R. Jehuda ben Eliezer in שער יהודה, Aaronem, Scriptorem libri *Mubchar*, qui est filius *Josèphi*, ab altero illo, auctore *Etzchajim*, distinguendum esse. Ceterum alius hujus inscriptionis liber manu exaratus sæpe a Wagenseilio τῷ μακαρίτῃ citatur in notis ad Sota & ad Tela ignea Satanæ, qui nunc in Bibliotheca Senatoria Lipsiensi asservatur. Inter scripta Aaronis hujus ben Eliæ, qui האחרון sive posterior ad discrimen a Priore inculcandum appellatur, non video hic recenseri librum, quem dixit נוצר אמונים h. e. *observans fidem*, qui in Catal. Bibl. Lugd. B. p. 287. n. 49. R. Aaroni filio Eliæ inter Codd. Warnerianos tribuitur, ac de fundamentis legis præcipere dicitur.

tius liber qui eſt trium illorũ præcipuus, (1. *Sam*. 23. 8.) vocatur *arbor vitæ*, & lectu jucundiſſimus eſt. Hujus fundamentũ in acutis commentationibus ad exemplum *More Nevochim* Maimonidis p. m. verſatur, quia uterque liber Philoſophicæ ſcientiæ capita infra legem divinam collocat, & hoc ipſo hanc ſtabilire conatur. Hic tamen Sapiens meditatione ſua in omnis Legis receſſus altius penetravit, & paſſim Maimonidem refutat. Tria hæc ſcripta ſunt manu tantum exarata. Hæc ſequitur liber i) *Pallium Eliæ*, qui explicat

ספר עץ חיים הוא ספר נחמד להשכיל׃ יסודו הוא על העיוניות על דרך ספר מורה נבוכים של הרמ״במ ז״ל שהכניעו יסודי החכמה הפילוסופית לקיום יסודות התורה האלהית׃ רק שזה החכם יותר העמיק בעיונו בכל פנות התורה׃ ובהרבה מקומות משיג על החכם המימוני׃ ושלשת הספרים האלו כלם כתיבת ידי ואחריו בזמן הוא ספר אדרת אליהו הוא ספר מצות להחכם רבינו

Compara R. Schabtai p. 53. n. 11. qui idem teſtatus, addit, ſcriptum CXI. capitibus abſolvi. Sic nec librum de ritu mactationis, qui in Catal. Leidenſi p. 285. n. 29. *Aaroni* fil. *Eliæ* tribuitur, alium a noſtro ſtatuendum puto: ubi, qui in Jeſaiam commentarius eidem vindicatur, is rectius ad Aaronem fil. Joſeph referetur, cui jam antea in eodem Catalogo, ut ſupra oſtendimus, erat bis vindicatus. Atque hæc quidem fuſius de utroque Aarone Priore & Poſteriore dicenda putavi, ut a confuſione illorum inpoſterum caveri rectius poſſit, quam adeo non evitavit Chriſtoph. Hendreichius, ut alios taceam, in Pandectis Brandenburgicis voce *Aharon*, ut ex duobus illis Aaronis nomine dictis ſeptem diverſos effinxerit. Ego vero cur plures hoc nomine quam duos inter Karæos fuiſſe non putem, cum aliis cauſis, tum eo inprimis adducor, quod Karæi alterum eorum Priorem, alterum Poſterionem vocarint.

i) De hoc libro ſupra noſter expoſuit c. VIII. p. 63. & cap. IX. p. 93. ubi vide quæ ipſe notavi lit. y. & lit. t. ubi promiſi, me alibi oſtenſurum, quod hic *Eliæ ben Moſis* liber is ſit, quem Cudvvorthus *de vera notione Sacræ Cœnæ* allegaverit. Scilicet is p. 15. diſſertationis illius vetus Karæi MStum laudans teſtatur, illud ab initio & fine mutilum eſſe, adeoque auctorem ſibi ignotum, commentari autem fuſe de ritibus Karæorum. Deinde locum ex eo affert, quod etiam facit p. 23. & 20. ubi (p. 20.) ſimul monet ab eo citari quendam *Aaronem*, quem interpretor de Aarone poſteriore, qui in ritibus Karæorum exponendis diligentius quam prior fuit verſatus. Hoc MS. ipſum pro non edito habuiſſe, nec ullum Karæorum librum editum vidiſſe, patet ex p. 14. ubi ait, Karæorum monumenta nondum edita eſſe, & raro in Europa conſpici. Poſt Cudvvorthum Seldenus inprimis variis in libris, ut ſupra monuimus, eo uſus eſt, ac ſpeciatim in lib. de Anno Civili veterum Hebr. ubi p. 11. affirmat, ſe Codicem illum mutilum a Cudvvortho, qui eo in diſſertatione ſua de S. Cœna uſus ſit, mutuum accepiſſe; ſicut etiam p. 8. ita eum fuſius delineat: *Neque alius*, inquit, *omnino Judæi alicujus Scripturarii Codex MS. ad manus meas pervenit, præter jam memoratum Eliam ben Moſe, qui & ſubinde ſe vocat Filium honorati Rabbi Moſe Candienſis forte pro Cretenſi. Scripſit ille tract. ex receptiſſimis ſectæ ſuæ ſententiis deſumtum, ac in* סדרים *ſive Ordines diſtributum, quorum I. eſt* מזמנים *de Temporibus, adeoque de die, nocte, ſeptimana, menſe, anno. Ordo ejus II. eſt de*

רבינו אליהו בשי״צי בכה״ר
פשה סטמבולי נ״צל· ולא
השלימו עצמו· והתחיל תלמידו
החכם רבינו כלב א״בא
להשלימו· וגם הוא לא
הספיק לו הזמן להשלימו כי
נפטר והוא חסר מהרבה מצות
שבתורה כי לא נתבארו בו מצד
שלא הושלם כפי מה שהיה
במחשבת המיסד״ והוא נרפס
בקוסטנרינה רבתי· והדורות
האלו על היותר סמוכים על
חריצתו בענייני השבת וימים
טובים וענין העריות וקדוש
החודש·

cat præcepta, ſcriptus a Sapiente Magiſtro noſtro *Elia Beſchitzi*, fil. Moſis CPolitani. Non autem ille abſolvit librum, ſed diſcipulus ejus Sapiens R. *Caleb Aba* illius perficiendi initium fecit, ſed ſufficienti tempore deſtitutus, antequam ad finem perduceret, obiit, adeoque multa Legis præcepta non explicata reliquit, quoniam non conſummatus liber eſt, prout deſtinaverat primus auctor. Prodiit ille CPoli. Et homines hic locorum viventes plerumq; ejus deciſionē ſequuntur in argumentis, quæ ad Sabbatum, dies feſtos, rationem inceſtuum & Novilunia cele-

Sabbato, III. de paſchate, IV. de feſtivitate paſchali, V. de ea, quæ eſt ſeptimanarum, VI. de inceſtu ſive concubitu illicito, ſed mutilus. Nec plura habentur in exemplari, quo utor. Floruit ſub an. 5240. i. e. A. C. 1480. Moſen Maimonidem, Aben Eſra, Levi ben Gerſon, Traditionalium alios ſubinde citat. Byzantii aut loco aliquo non ita inde diſſito ſcripſiſſe eum vix dubito. Nam Tabulas Aſtronomicas in calculum motuum Solis & Lunæ conſtructurum ait, ſe operaturum ad latitudinem ſive horizontem CPolis juxta doctrinam Albatenii Arabis. Auctoribus utitur ille, Scriptor quidem diligentiſſimus & eruditus, ſubinde Scripturariis, veluti R. Levi ben R. Japheth, R. Jehoſua, R. Aharon. Ad hæc notari primo velim, quod V. C. *Jo. Meyerus* in prolegom. ad Seder Olam p. 186. monuerit, exſtare librum hunc CPoli editum in Biblioth. Lugdun. Bat. in quo multo plures Sedarim ſive Ordines & capita inveniantur. Deindè recte conjectura aſſecutus eſt Seldenus, Eliam hunc Byzantii commoratum eſſe; propterea enim & hic a noſtro, & communiter alias Byzantinus, ac pleniſſime omnium a R. Schabbatai p. 4. n. 71. R. *Elias Beſchitzi ben Moſche ben Menachem* vocatur. Ex his præterea intelligitur, Jo. Buxtorfium in notis ad lib. *Haccoſari* p. 204. præter rationem librum *Addereth Elijahu* ab illo diſtinxiſſe, quē ſub *Elia ben Moſe* nomine MS. citarit Seldenus. Recte vero eodem loco tradit, prodiiſſe iſtum librum CPoli apud Gerſon ben Moſe, anno undecimo Solymani Imperat. in fol. ſub tit. ס׳ המצות הנקרא אדרת אליהו Neque vitio verti poteſt Buxtorfio, quod hic erravit, cum ipſe quoque Seldenus titulum, quem in ſcripto mutilo non inveniebat, conjectura minus felici ſupplere aggreſſus ſit, dictum putans librum זקני h. e. *Presbyteri*, eo quod Presbyterorum h. e. qui ordinatione ſolenni ſive manuum impoſitione in presbyteratum evecti ſunt, ſcientiam & diſciplinam contineat. Vide librum de Uxore Hebr. c. V. p. 21. Eum ſecutus Jo. Henr. Hottingerus, idem tradit in Primit. Heidelbergenſ. diſſ. I. p. 25. Librum hunc *Eliæ* ritualem manu exaratum habuit Triglandius, ut apparet ex ejus Catalogo MSS. Oriental. in fol. lit. C. Deſcriptus ille fuit A. M. 5340. C. 1570. in domo Principis in Iſraële magni, ut habet ſubſcriptio in calce, Ducis Dominique Don Joſeph Hannaſi.

celebranda spectant. Quoniam vero licitum pronunciavit, k) accendere candelas in Sabbato etiam ante ejus receptionem, ut, dum celebratur, jam ardeant, propterea Synagogæ Ægypti, Damasci, Cairi, ac Terræ Sanctæ non recipiunt benignis oculis librum istum, & adhuc hodie dissensio est inter Synagogas habitantes in locis illis remotioribus, & inter Synagogas harum regionum, Poloniæ & Lithuaniæ, quia nos accendimus, illi vero minus. Post illum exaratus est liber *Hortus Regis* & liber l) *decem tractatuum*, MSS. R. *Calebi* discipuli Doctoris laudati. Liber *Addereth* sive *Pallium* finitus est anno 257. Millenarii VI. (A. C. 1497.) In quod fere tempus elaboratio librorum modo dictorum itidem incidit, quia ab eodem auctore proficiscuntur. Liber dictus m) *Thesaurus desiderabilis*

החידושי׳ רק מפני שהתיר להדליק נר בשבת קודם קבלת השבת כדי שימצא דולק בשבת׳ מצד זה קהלות מצרים ודמשק ואלקהרא וארץ הקדושה לא קבלו את הספר הזה בסבר פנים׳ ועד היום חלוקה בין הקהלות השוכנות בארצות ההן הרחוקות ובין הקהלות הללו שבגלילות פולו״נייה וליט״א שאנו מדליקים והם לא׳ ואחריו בזמן ספר גן המלך וספר עשרה מאמרות כתב יד לרבי כלב תלמידו של הנ״ל׳ זמן תשלום ספר האדרת היה בשנת רנ״ז לאלף הששי׳ וגם זמן אלו הספרים הוא קרוב לזה הזמן׳ כי ממחבר אחד יצאו׳ ספר אוצר נחמד לחכם אחד שלנו מחכמי ארץ ישמעאל הוא פירוש

k) Res ita habet: Rabbanitæ licitum pronunciant, ignem sexto die adeoq; ante Sabbatum accensum die Sabbati alere. Karæi vero idem illicitum censent, provocantes ad Exod. XXXV. 3. Lege locum huc pertinentem ex *Addereth Elijahu*, quem attulit eruditissimus Triglandius p. 131. differt. de Karæis, qvi etiam p. 132. ex hoc forte nostri loco hac in parte dissensionem Karæorum Polonorum a Karæis in Oriente observavit. Junge Virum ingenio & doctrina eximium, Cl. *Adrianum Relandum* in Parte II. differtt. Miscellan. p. 39. & p. 91. ubi hoc recte inter cetera capita recenset, in quibus Karæi cum Samaritanis conspirant. Lege qvoqve hanc in rem epistolas Samaritanorum a B. Christoph. Cellario editas p. 3. & p. 27. nec omitte, qui hanc convenientiam institutorum itidem urget, Iobi Ludolphi notas eruditas p. 13.

l) Ex hoc libro locus bene longus allatus a nostro supra est p. 18. sq. sicut & cap. IX. plura de nomine & gente hujus Scriptoris ab eodem dicta leges. Hujus Calebi est epistola, quæ in Catalogo Bibl. Lugdun. Bat. p. 287. n. 54. inter MSS. Warneriana ita recensetur: *Epistola Aphandopholo filii Eliæ fil. Juda*. Nostrum, enim *Aphandopholo* vocari ex superioribus patuit.

m) confer quæ notavimus supra p. 140. Forte mireris Karæum in Aben Esram Rabbanitam commentatum esse, qvod ego qvidem duplici consilio factum putem, vel ut confutarentur, contra Karæorum instituta perperam dicta, vel ut hostis testimonio ista confirmarentur, præcipue cum Aben Esra præceptorem, quod supra diximus, habuerit Karæum, qui & propterea eorum commentarios subinde allegat.

פירוש נחמד על פירוש אבן עזרא לתורה׃ ואינו שלם מסופו ולא נודע זמנו׃ כתב יד״ ספר ימין משה להחכם משה מצורדי סטמבולי פירוש על התורה יפה ומעולה למאד בארצנו נמצא לבד על ספר בראשית כתב יד ולא יותר״ ספר שער יהודה להחכם רבי יהודה פוקי על ענין העריות נדפס בקוסטנדינה׃ זמן חבורו לא ידעתי כי אין הספר נמצא אצלי׃ אבל הוא זמן רב אחר אדרת אליהו חובר כי הוא משיג על האדרת בענין העריות׃ ספר חזון אמונה למורנו החכם רבי יצחק הטרוקי בגליל דוכסיה של ליט״א והוא ספר פלפולים עם חכמי הנוצרים אודות האמונה וטען כנגדם׃ והחכם הזה היה אחיו האמתי

derabilis cujusdam nostri Sapientis ex Sapientibus regni Turcici, est commentarius eximius in commentarium R. Aben Esræ. Ille a calce mutilus est, nec tempus, quo scriptus est, constat, ceteroquin vero MS. Liber dictus *dextra Mosis* Sapientis n) *Mosche Mizzordi* CPolitani est comment. in Legem pulcherrimus & egregius, in nostris regionibus tantum in Genesin, neque ulterius, MS. invenitur. Liber dictus o) *Porta Juda* Sapientis R. *Jehuda Poki*, de ratione incestuum excusus est CPoli. Tempus, qvo scriptus is liber est, ignoro, qvoniam apud me non exstat. Longo tamen post librum *Addereth* tempore exaratus est, quippe quem in argumento de incestu confutat. Liber *Visio fidei* Doctoris nostri Sapientis R. p) *Isaaci Hattroki* (*Trocensis*) in finibus Ducatus Lithuaniæ disputationes cum eruditis Christianis

n) In Catalog. Bibl. Lugdun. B. p. 288. n. 54. laudatur MS. liber: *præcepta Mosis auctore Mose Matsoroudi fil. Juda Maroli*. Auctorem eundem esse cum nostro, dubitari non debet, quod idem forte de libro dicendum est.

o) hic a R. Schabtai p. 79. n. 167. Labiis Dormientium vocatur R. *Jehuda ben Eliefer* צרלבי cognomine פוקי Karæus: a Bartoloeccio vero R. *Jehuda ben Eliefer* ציהרלבי, Seldeno vero & aliis simpliciter vocatur R. *Jehuda ben Eliefer Poki*. Recensetur liber CPoli imperante Morad editus in Catal. Bibl. Lugd. Bat. p. 266. n. 13. omisso editionis anno, quem an. 1582. fuisse præter Schabbatæum testatur Jo. Seldenus, qui eo in libro de Anno Civili & de Uxore Hebræa passim usus est. Vide in priore p. 8. in posteriore cap. III. p. 7. ubi observat, ab eo citari R. Jepheth, Levi ejusdem filium, Josephum Karkesanium, Sahel Sacerdotem, David Principem, Salomonem ben Jerucham, Benjamin ben Mose &c. editum vero librum esse filii ejus Isaaci cura. Ex quo manifestum fit, hunc R. Jehudam paulo post R. Eliam ben Mose vixisse; cum enim hic inclinante Sæculo XV. vixerit, illius vero (*Jehuda*) librum, in quo *Addereth Elijahu* confutatur, ejus filius in extremo Sæculo XVI. ediderit, inter utrumque horum vix quadraginta anni intercedere potuerunt Ceterum ex locis a Seldeno passim ex hoc libro allatis apparet, eum in argumento de conjugii gradibus licitis & illicitis secutum esse R. *Josephi Videntis* sententiam. Schabtai præter hunc librum ei, nescio qua auctoritate, preces quasdam tribuit.

p) Hunc interfuisse puto disputationi cum Christianis habitæ, quam Trocæ susceptam esse noster monuit supra p. 58.

nis de fide habitas, & argumenta contra eos continet. Hic Sapiens fuit frater germanus avi Patris mei, & pater *Aba Mori.* Mors Scriptoris hujus, super quem pax, incidit in annum 354. Millenarii VI. (A. C. 1594.) Non autem absolvit eum auctor, sed auctoris discipulus. Atque hic est Sapiens & Theologus, R. *Joseph Malinvoski* fil. Mardochæi Sancti. Hic finitur recensio librorum Sapientum nostrorum, qui in regno Poloniæ & Lithuaniæ inveniuntur. Quod si illi, Domine, tibi in promtu non sint, copiamque illorum desid[illegible]s, fieri hoc facillime potest: quam in rem in literis meis sumtus negotio impendendos commemorabo. Hujus vero capitis hic esto finis.

האמתי של זקני אבי· אביו של אבא מרי ע״ה· זמן פטירת המחבר ע״ה שנת שנ״ד לאלף הששי· ולא השלימו מחברו והשלימו תלמידו של המחבר· והוא החכם האלהי כמהור״ר יוסף מליטווסקי בכמ׳הר מרדכי הקדוש זצ״ל· עד היכן הגיע זכר ספרי חכמינו הנמצאים בגליל מלכות פולונייה ודוכסית של ליט״ואי· ואם אין נמצא מאלו הספרים אצל אדוני וירצה להעתיקם· זה דבר אפשרי· רק בתוך כתבי אגיד קצת ההוצאה הצריכה אליהם· ובכן נשלם הפרק·

CAP. XII.

TRIBUS ASCHER

פרק י״ב מטה אשר

Cujus *calceamenta ænea sunt & ferrea* (Deut. XXXIII. 25.) veniet & claudet omnes responsiones sera ferrea & ænea, responsurus scilicet de vocalibus & accentibus legis, sicut claudit benedictiones tribuum his verbis: *ferrum & æs sunt calceamenta tua.* Surgit itaque & sic ait: Accedemus nunc ad responsionem quæstioni quartæ dandam & dicimus: omnes Sapientes nostri ore uno affirmant, & profitentur, totam legem vocalibus & accentibus instructam a Mose, Viro Dei, prodiisse. Et Sapi-

אשר ברזל ונחשת מנעליו יבוא וינעול כל התשובות ממנעול ברזל ונחשת בהשיבו בעד נקודי וטעמי התורה המנעלת ברכות שבטי נחליה בברזל ונחשת מנעליך· יעמוד ויאמר כך· ועתה כבוא להשיב תשובה לשאלה רביעית· ונאמר· כל חכמינו פה אחד סוברים ומודים שכל התורה כלה מנוקדת ומוטעמת יצאה מיד משה איש האלהים· והחכם רבינו יהודה

יהודה האבל הדסי בספר
הפלס הנקרא אשכול הכופר
הביא ראיות כאריות על אמות
זה הענין· אבל הספר אינו
נמצאת בתוך קהלי ע״כ על
המהירות העכשיות אי אפשר
להעתיק ממנו המקום שדבר בו
בענין הזה· אבל מה שמיחסים
זה הענין לעזרא הסופר
ולאנשי כנסת הגדולה· הוא
מפני שהיו בגלות והיו העם
שכחו רתם ודיוק מצות התורה·
והוא עזרא ע״ה היה המעתיק
התורה ומטעימה מכח הטעמים
והפסוקים ומרמזיהם מורה דיוק
המצות ללוים והלוים מבינים
לעם· . מצד זה נתיחס זה הענין
לדור עזרא· שבשב מלכות
יהודה לסקומה והבירה
הקדוש לאיתנו הוא הדור היה
ראשון

Sapiens Doctor noster *Jehuda Haabel Haddasi* in libro metrico, qui dicitur q) *Eschcol Hacoepher*, rationes attulit ad hujus rei probationem pertinentes. Cum vero liber ille in cœtu, qui apud nos est, non inveniatur, neque res ipsa moram nunc patiatur, non licet locum ad hoc argumentum pertinentem huc transferre. Quod vero nonnulli inventum hoc r) Esræ Scribæ tribuunt, & Viris Synagogæ magnæ, id ideo factum est, qvod, cum populus in captivitate, s) & legem & accuratam præceptorum legis considerationem oblitus esset, Esra, super quem sit pax, legem iterum constituit, & certo sensui beneficio accentuum & versuum vindicavit, ostendens rationem præceptorum interiorem Levitis, qui eandem populum edocebant. Hæc causa est, cur totum hoc negotium generationi Esræ

q) Hunc librum noster fuse descripsit supra cap. XI. Memoratur ille MS. inter Codd. Warnerianos in Catalogo Biblioth. Leidens. p. 286. n. 40. ex quo recensuisse eundem videtur R. Schabtai p. 9. n. 203. ubi auctorem vocat *R. Jehuda Haabel ben Elijahu Haddassi* Karæi, librum vero ipsum ait esse commentationem magnam in præcepta secundum ordinem decem præceptorum dispositam, & rhythmis egregie conscriptam. Ex eodem libro Collectanea quædam ab ipso Levino Warnero inde desumta inter MSS. Warneriana p. 421. n. 9. recensentur, sicut & p. 284. n. 21. Iudæ Lugentis, qui est noster *Jebuda Haabel*, ritus mactationis & ruspationis memoratur.

r) Esræ & Viris Synagogæ Magnæ vocales tribuunt Ephodæus, Hebræorum Grammaticus, Abarbaniel & alii, quorum loca attulit Io. Buxtorfius de punctorum antiquitate & origine Part. II. p. 313. sq ubi etiam plerorumque Hebræorum hanc esse sententiam affirmat. Ex Pontificiis, ut ceteros taceam, in eandem sententiam concessit Iulius Bartoloccius Tomo I. Biblioth. Rabbin. p. 141. sq. quam ex iisdem Natalis Alexander in Histor. Ecclesiast. V. T. ætate VI. p. 340. sq. ex nostratibus autem B. Augustus Pfeiferus in Critica sacra p. 88. sqq. confutavit.

s) Proinde non tam legem ipsam deperditam eo tempore, quam lectionem ejus & sedulam meditationem neglectam statuit noster, rectius omnino sentiens illis, qui amissam tunc fuisse contendunt, contradicentes disertis Nehemiæ verbis VIII. 2. Vide, quos in hanc sententiam allegat præstantissimus Fabricius, Collega meus honoratissimus, in Codice Pseudepigrapho V. T. p. 1157. sq. unde etiam cognosces, quantum veteris Ecclesiæ doctores Esræ tribuant in negotio instaurati Codicis Sacri.

Esræ tribuatur. Cum enim regnum Judæ loco pristino & templum sanctum dignitati suæ vindicatum esset, hæc generatio prima erat, quæ curam præceptorum restitueret in populo Judaico, postquam oblivioni tradita erant. Absit autem, ut inventio punctorum & accentuum facta sit post obsignatum Talmud. Hoc enim invicte confutari potest, ut statim audies. Ecce enim, schisma Karæorum & Rabbanitarum obsignationem Talmudis longo tempore antecessit, quod antea probavimus. t) Quod si itaque vocales & accentus tempore schismatis illius non fuerunt, sed inventi demum sunt Talmude jam obsignato, sequitur in nostris manibus diversa fuisse Legis & Prophetarum exemplaria, h. e. exemplaria, quæ apud Karæos sunt, punctata esse sine adhibita punctatione exemplarium, quæ sunt apud Rabbanitas. Sic autem in locis illis, in quibus Rabbanitæ u) mutarunt vocales & accentus, ac dixerunt: *ne legas hoc modo, sed alio*, non dixissent illi *ne legas* sed

ראשון אל המצא דיוק חמצרת
בעכם יהודה אחר השכחו׳
וחלילה שיהיה המצאת הנקודות
והטעמים אחר חתימת תלמודי
כי יש לזה בטול גדול כמו
שישמע אדוני. שהנה החלוקה
של קראים ורבנים היתה קודם
חתימת התלמוד זמן רב כמו
שהוכחנו כבר. ואם לא היו
הנקודות והטעמים בזמן החלוקה
רק היו נמצאו אחר חתימת
תלמודים. אז היו נוסחאות
התורה והנביאים חלוקים
בידינו. ר״ל שהיו נוסחאות
בידי הקראים מנוקדים זולת
נקוד הנוסחאות שבידי הרבנים.
כי במקומות שהפכו הרבנים את
הנקודים והטעמים ואמרו אל
תקרי כך אלא כך. לא היו
אומרים אל תקרי. אלא סתם
היו

t) Noster itaque ex punctato Codice, quem cum Rabbanitis Karæi communem habent, argumentatur ad vocalium antiquitatem, posita sectæ antiquitate, quam vicissim Jo. Morinus in Exercitatt. Biblicis & Rich Simon, posita & precario assumta vocalium novitate, destruere aggressi sunt non sine paralogismo, quem ostendit Triglandius p. 37. dissert. de Karæis. Nostri autem argumentum pro antiquitate vocalium non contemnendum erit, si ipsius sectæ Karaiticæ antiquitas admittatur, cum veri non fiat simile, Karæos a Rabbanitis, quos sibi adversari semper credebant, Codicem punctatum recipere unquam voluisse.

u) Corruptorum itaque fontium Rabbanitas arguunt Karæi ex eadem quidem formula, ad quam in eadem causa tuenda provocarunt Cappellus & alii, quibus tamen aliter eam accipiendam fuisse supra monuimus p 137. sicut & noster paulo post observat, eos genuina puncta pro lubitu tollere non potuisse, cum tam late dispersa essent Sacri Codicis exemplaria. Quod sane argumentum valide & efficaciter opponi potest illis, qui vel olim cum Justino Martyre in dialogo cum Tryphone Judæo p. 297. & aliis primæ Ecclesiæ Patribus, de quibus vide post Eusebium Hist. Eccles. IV. 18 Hackspan. de Usu libb. Rabbinic. c. I. p. 252 post librum Nizzachon, Rich. Simonem Hist. Crit. V. T. lib. II. c. 9. p. 47. & Hottingerum in Thesauro Philolog. p. 29. vel cum recentioribus quibusdam partim ex nostratibus, nominatim Hunnio II. 2. Anti Bellarmini, partim ex aliorum

היו מנקדים כפי רצונם ודעתם׃
כמו שאומרים בפסוק - אלה
מועדי ה״ אשר תקראו אותם
במועדם אשר כתב משה איש
האלהים את מלת אותם בלי
וי״ו ואלו עדיין לא היה
מנוקד הא״לף בחולם והת״יו
בקמץ אז לא היה קושיה
להרבנים לומר כי קבלה בידם
כי המלה היא צריכה להנקד
בפת״ח הא״לף ובס״גול הת״יו׃
וכן במלת במועדם כשאמרו אל
תקרי במועדם אלא במועדים׃
שאלו לא היה משה רבינו
מנקד בק״מץ הד״לת אזי היה
נקל לרבנים לומר שקבלו
מסיני שהדלת בחירק אבל זה
אות גדול שקודם חתימת התלמוד
מימי קדם היתה התורה מנוקדת
ומוטעמת׃ רק אחרי החלוקה
ועצם הפלגתה הרבו שגעונות
והמציאו אסמכתות לדיעותיהם
ובזדון עמדו לשנות הכתוב׃
ולא יכלו לבטלו מכל וכל
ולנקדו כרעתם לגודל פרסום
הכתוב׃ רק כך אמרו שכאלו על
פי מסרם הרועה הנאמן אלו
האל תקריות״ והנה גם חכמי
הרבנים הרבה מהם מורים
שהטעמים והנקודות הם
קדמוניות מזמן המצא האותיות׃
כמו שכתב החכם ר׳ עזריה
הארומי

sed simpliciter pro lubitu & sententia sua puncta addidissent. Sic e. g. de commate 37. cap. XXIII. Levit. *ista sunt festa Domini, quibus convocabitis eos in conventibus suis*, dicunt, Mosen, Virum Dei, vocem אותם scripsisse sine litera *Vav*. Quod si tum temporis *Aleph* nondum punctatum fuit per cholem, vel *Tav* per *Kametz*, non fuit difficile Rabbanitis, dicere, habere se traditionem, vocem illam debere ita punctari, ut *Aleph* accipiat *patach*, *Tav* vero *Segol*. Sic & in voce במועדם quando dicunt, ne legas במועדם sed במועדים, nisi Moses Magister τῷ ד instruxisset vocali *Kametz*, Rabbanitæ dicere facile poterant, se ex Sinai accepisse, *daleth* punctandum esse per *chireck*. Hoc vero omnino argumento est, jam ante Talmud obsignatum in ultima antiquitate legem & vocalibus & accentibus instructam fuisse. Sed post schisma & divisionem invalescentem amplificarunt illi furores, & invenerunt levia quædam fulcra sententiarum suarum, & ad ipsam Scripturam mutandam impudenter processerunt. Non autem potuerunt illi eam penitus abolere, aut pro lubitu punctis instruere, eo quod nimis late dispersa esset. Sed dixerunt tantum, ore ea tradidisse Pastorem fidelem, quæ ipsi exprimunt solenni formula: *ne legas sic*. Sunt etiam multi ex Rabbanitarum Sapientibus qui asse-

sacrorum asseclis idem scelus Judæis exprobrarunt, aliis rectius hoc ab iis amolientibus, qua de re plura propediem dicemus. Hoc loco id tantum monebimus, non insuetam esse hujus criminis exprobrationem, quod Judæi veteres Samaritanis, (vide Hottingeri Exercitt. Anti-Morinianas S. 32. 34. & 35.) recentiores vero præter fas Christianis, ut fit in חזוק אמונה p. 299. in Wagenseilii Telis Igneis Satanæ, optimo denique jure Doctores nascentis Ecclesiæ hæreticis objecerunt.

asserunt, accentus & puncta æque antiqua esse ac ipsarum literarum inventionem. Sic enim Sapiens R. *Asarias de Rubeis* in libro suo *Meor Enajim* parte III. quæ vocatur *Imre bina* cap. LIX. p. 179. in hunc sensum scribit: *Sententia eorum, qui dicunt, vocales literarum linguæ nostræ Sanctæ, quæ est Ebræa, inventas demum esse in Sinai, aut temporibus Esræ, adeoque antea non fuisse, nec conditas esse; meo judicio vanæ videntur. Quæ res confirmabitur, si eam accuratius investigemus. Quod si enim reliquas linguas omnes, quæ notæ sunt, scrutemur, deprehendemus, literas earum instructas esse signis vocalium & sonorum, qui sunt vel literæ ipsæ, sicut constat de lingua Italica, Romana, & Græca in regionibus nostris, quas imitantur linguæ Armenica & Persica, sicut perspexi in libro* x) *Fratris Thesei laudati qui dicitur* introductio in linguas; *vel puncta, lineolæ & notæ, aut superius, aut inferius, aut in medio collocatæ. Ita comparatum est primum Hebrææ, hinc Arabica & Chaldaica linguis, quæ ab illa deducta sunt. Iam, ubi posterius illud vocalium genus obtinuit, fieri facile potuit, ut, qui in istius modi linguis eruditi essent, sæpe puncta illa & laudatas notas omitterent, ex quo tamen non sequitur, illas natura sua adesse non debuisse. Vidi enim ipse & videre, qui voluerit, potest in libro Introductionis laudato, quod Lingua Chaldaica & Arabica puncta habeat, pro more illorum, qui has literas tractant. Cum vero illæ similes sint Hebraicæ, imo ex ea desumtæ, argumentum omnino inde capimus, quod illa*

האדומי בספרו מאור עינים
בחלק שלישי מספרו הנקרא
אמרי בינה בפרק נ״ט ע״ב מדף
קע״ט חזה לשונו׳ גם דיעות
האומרים כי הנקודות אל אותיות
לשוננו הקדוש שהוא העברי
נתחדשו בסיני או בימי עזרא
ושקודם לכן לא היו ולא נבראו׳
נראה לקוצר דעתי כי הכל המה׳
וזה יתאמת כהקש החפוש׳ כי
הנה כאשר נחקור על כל יתר
הלשונות הנודעות ונמצא שיש
לאותיותיהן סימני הקולות
וההברות אם אותיות ממש כפי
הנודע בלשון האיט״ליקי והרומי
והיוני בארצותינו׳ וכן הארמניקו
והפרסיאנו כפי מה שראיתי
בספר מבוא הלשונות לארת
טיסיאו הנזכר׳ או נקודות
וקוים או ציונים למעלה ולמטה
ובאמצע׳ כלשון העברי תחלת
והערבי והארמי אחריו אשר
נשתבשו הימנו׳ ובמין השני
הזה היה נקל אל העם
המלומדים בו להשמיט פעמים
רבות את הנקודות והציונים
הנזכרים לא שהם בטבעם נהיו
בלתם׳ הלא ראיתי ויראה כל
הרצה בספר המבוא הנזכר
שיש לארמי ולערבי נקודות
וציונים כפי מה שנהגו בעלי
הלשונות ההמה׳ ומן הדין
בהיותן מתדמות בעברי ולקוחות
ממנו׳ נמצאנו למדין מהן עליו׳
שגם

x) *Thefeus Ambrosius* ex Comitibus Albonesii scripsit Introductionem in Chaldaicam Syriac. atque Armenicam & decem alias linguas, quæ prodiit Papiæ an. 1539. 4. Vide de eo Hottingerum in Hist. Eccles. Sec. XVI. p. 107. & Christoph. Hendreichii Pandectas Brandenburg. p. 147.

שגם הוא היו לו הנקודות מני קדם׃ ואולם אין לנו לגזור אומר על המסודר ממה שנראהו יוצא מן הסדר ועל העצמי ממה שהוא בקרי׃ כי איך יתישב בשכל שאדם הראשון אשר המציא את האותיות לחבור המלות הנאותות בלשון החדש׃ לא המציא אופנים וסימנים אל הקורא להבדיל ולהכיר בין שלמה לשלמה ושלמה לשלמה וכדומה׃ הנה כי מן אותיות כל לשון סודרו להן מראשיתן סימני הברותיהן אם באותיות קוליות או בנקודות וקוים וציונים כאמור׃ אמרת כי אחר כן הלשונות אשר סימניהן נקודות וקוים ונקל להם מצד ההרגל והכרת הענין לקרא בלי הסימנים ההם׃ ישמיטו אותם לפעמים׃ זולתי במקום הצורך כמו שאנו עושים בקצת דברינו אלה אשר במלות המסופקות נטיל הנקודות לאותיות למען תקראוה ביושר׃ (עד כאן דברי האדומי) וכמו כן החכם ר׳ שמואל ארקולטי בספר ערוגת הבשם הרבה לסתור דיעות מי שאמר שהנקודות והטעמים אנשי כנסת הגדולה תקנום׃ תעיין

illa jam ab ultimis sæculis puncta propria habuerit. Neque sane argumentari nobis licet ab extraordinario ad ordinarium, neque ab eo quod ex accidenti fit, ad essentiale. Quomodo enim credi potest, Adamum primum, qui literas invenit ad componendas ex iis voces Linguæ S. convenientes, non simul invenisse rationes & notas, quibus usus Lector distinguere possit & separare שְׁלֹמֹה a שְׁלֵמָה & שְׁלָמָה a שַׁל מָה, ac similia. Ea itaque est literarum in omnibus linguis ratio, ut illis ab initio addita sint signa pronunciationis vel per literas sonantes (vocalium instar) vel per puncta, ductus & notas, ut monitum est. Interim verissimum est, linguas, quæ pro vocalibus puncta ejusmodi & notas habuerunt, facile ob usum perpetuum, &, quod res ipsa intelligeretur, sine additis notis legere potuisse homines, adeoque interdum eas omisisse, nisi necessitas ipsa addi eas postularet, sicut facere solemus in Scriptis nostris, ut vocibus æquivocis puncta adscribamus, quo eo rectius legantur. Hucusque R. *Asarias de Rubeis*. Sic etiam Sapiens R. *Samuel Arkevolti* in libro *Arugat habboschem* copiose confutat eorum sententiam, qui statuunt, vocales & accentus inventos esse a Viris Synagogæ magnæ. Perspici hæc in illis libris possunt, quibus te, Domine, non carere, sed potius his & similibus abundare puto. y) Quandovero,

U 2 Domi-

y) Ex hoc loco Triglandius differit de conditione exemplarium Codicis Sacri Karaiticorum. Et sane ex eo manifestum est, cum alios Rabbanitas tum speciatim Scriptorem libri *Cosri* Parte III. Sect. 35. minus vel candide vel perite de *Karæis* exposuisse, quando negant, *Karæos* punctationem receptam admisisse, quos securius, testimoniis eorum productis, secutus est Buxtorfius p. 300. sq. de Punctorum Antiquitate, & in Vindiciis Veritatis Hebr. p. 341. Sic & Professor quidam Regius linguæ Hebrææ scripserat, *Karæos* non admittere vocales Sacri Codicis, sed pro invento humano habere, quam sententiam confutat Rich. Simon in Supplemento ad Leonem Mutinensem de *Karæis* p. 138. sq. adde eundem in

Domine, interrogasti, num Codex Scripturæ, qui apud nos est, idem sit cum eo, quem habent Rabbanitæ, scias, velim, in hac parte, nullam esse inter nos dissensionem, discrimen nullum. Dispositio enim Scripturæ debetur Viris Synagogæ magnæ, sicubus (Viris) optimis, super quibus sit pax, quo tempore inter eos nulla fuit controversia. Propterea apud nos (in Codd. nostris) nihil est vel z) superflui vel deficientis: nullum ὕϛερον πρότερον, nullum Keri aut Kethib, extra eam Scripturæ dispositionem, quæ a) adhuc apud Rabbanitas exstat. Et correcti quidem illi Codd. apud nos sunt præstantissimi; lectionemque ben b) Naphthali sequimur,

יעוין משכם כי ידעתי שאין אדוני חסר לכל אלו הספרים וכהנה רבות אתך׃ ומה ששאל אדוני האם נוסח המקרא שלנו הוא שוה עם מה שהוא אצל הרבנים׳ ידיע להוא לאדוני שבזה הדבר אין בינינו שום מחלוקת ושום הפרש׳ כי סדור המקרא הוא יצא מאת אנשי כנסת הגדולה התאנים הטובות עליהם השלום ועדיין לא היה ביניהם שום מחלוקת׃ ועל כן אין אצלנו שום יתרון וחסרון ולא הקדמה ואיחור ולא קרי ולא כתיב זולתי סדר המקרא שהוא עכשיו ביד הרבנים׳ והמדוייקים

Hist. Crit. V. T. lib. I. c. 29. In eundem errorem prolapsus est perspicacissimus Seldenus, lib. I. c. 5. p. 22. de Uxore Hebr. &, qui hunc secutus est, Hottingerus in Biblioth. Orient. c. II. p. 97. existimantes, locum Levit. XVIII. 11. aliter in Karæorum codicibus lectum fuisse, quam quidem a Rabbanitis exhibetur. At enimvero utrumque Codicem hic consensisse ex Eliæ Byzantini Addereth Elijahu ad oculum demonstrat V. C. Io. Meyerus, tum in prolegomenis ad Seder Olam p. 185. sqq. tum in Uxore Christiana diss. II. c. 5. Adde Cl. Schupartum de Karæis c. IV. §. 3. p. 107. sq. Hinc manifestum fit, Leonem Mutinensem in libro de ritibus Judæorum errasse, quando p. 133. ed. Lat. Pentateuchum solum ab iis recipi ait, qua in re procul dubio Karæos cum Samaritanis confudit.

z) Quid per has voces sibi velint Hebræi, exponere hujus loci non est: legatur Buxtorfius in Tiberiade.

a) Hinc manifestum est, Masoreticarum quoque observationum non fuisse negligentes Karæos, quod paulo ante illustri exemplo edocti sumus, & olim monuit Jo. Morinus in ep. ad Io. Buxtorfium & Lud. Cappellum p. 520. & 574. Antiquitatum Ecclesiæ Orientalis, ad Aaronis ben Joseph librum *Mubschar* provocans. Idem evicit Rich. Simon in Bibl. Crit. Tomo II. c. 10. p. 204. sq. ex ejusdem Grammatica Hebr. in qua Masoræ & plerarumque ejus minutiarum ut & τῶν תיקונים Scribarum, literarum in nonnullis vocibus majuscularum, minorum vel suspensarum, itemque lectionum Ben Ascher & Ben Naphthali, nec minus Keri & Cethibh mentionem fieri.

b) Illas ben Ascher, quem Orientales Judæi, & ben Naphthali, quem Occidentales plerumq; sequuntur, lectionum varietates exhibet Jo. Buxtorfius in calce Bibliorum Rabbinic. De earundem conditione & ætate, quæ in Sec. XI. referri a Judæis solet, pluribus exposuerunt Io. Buxtorfius in Tract. de origine punctorum. Part. I. c. 15. & in Vindiciis Verit. Hebr. Part. II. c. V. p. 512. sq. Ludov. Cappellus in Critica Sec. lib. III. capp. XVI-XVIII. ubi c. 18. §. 4.

והמרוויקים הם המה המובחרים אצלנו· וקריאת בן נפתלי אנחנו תומכים בקריאתנו· כך קבלנו במדרשי מלמדינו דור מדור· ובכן נשלמו תשובות כל השאלות כפי מה שהיתה השגת יד והיכולת עליו· והתהלה לבעל היכולת הגמורה והרצון המשולת. יהי שמו מבורך מעתה ועד עולם:

נשלמה מלאכת התשובה בעזרתו י״ת ביום א״ לשבוע שהוא כ״ לתמוז ז״ח ליוליא״וס בשנת תנ״ט לאלף הששי משנות הבריאה ואלף ת״רצ״ט לחשבון הנוצרים פה בעיר קראסניי אוסטרוו שהמובן ממנו עברי יפ״ה יע״ר· שהיא עיר אחוזת אבותיו של אדוננו בן המלך קונסטנטין ירום הודו ותנשא מערכתו ותגדל ממשלתו בן אדוננו המלך האדיר החסיד המנוח יואן שלישי הזה השם בין מלכי פולונ׳ייה ודוכסית הגדולה של ליטו״א ישמרן צור עולמים· תחת ממשלת אדוננו המלך האדיר הגבור גדול היחס ורב השם והמעלה מאשר לפניו אוגוסטוס שלישי מזה השם יה״ה ותנשא מלכותו ויגבה כוכב מערכתו· בשנת שנית למלכותו״ והוא היה מתחלה דוכוס של דוכסית סא״ס הנקרא בלשון אשכנז זאק״ס·

quimur, quemadmodum ex disciplina Doctorum nostrorum per singulas generationes accepimus. Hoc modo absolvuntur responsiones ad omnes quæstiones, quas quidem afferre nobis licuit. Sit itaque laus illi qui est virtutis perfectissimæ. Nomen ejus & nunc & in æternum sit benedictum.

Perductum ad finem est hoc respondendi negotium, Divini Numinis auxilio, die primo hebdomadis, qui est vigesimus *Tammuz* & decimus octavus *Julii* anno 5459. ab O. C. & an. 1699. secundum Æram Christianorum, in urbe *Crosni Ostro* quod hebraice dixeris *sylvam elegantem*, quam hereditatis jure possidet Dominus noster, filius Regis *Constantini*; cujus gloria & potentia augeatur, regnumque amplificetur, filius Domini nostri Regis Serenissimi & clementissimi, JOHANNIS III. hujus nominis, inter Reges Poloniæ & magni Ducatus Lithuaniæ, quos rupes æterna custodiat. Facta est scriptio, imperante Rege Serenissimo, Potentissimo, Maximo natalibus, & fama gloriaque præ decessoribus omnibus celebratissimo, AUGUSTO III. hujus nominis, cujus regnum extollatur, & fortuna amplificetur, anno II. imperii ejus. Erat is primo *Dux Saxoniæ*, quam Germani *Sachsen* appellant, rogabaturque ab omnibus Poloniæ & Ducatus Lithuaniæ

U 3

has varias Lectiones, jam tum in Bibliis Buxtorfianis Rabbin. exstantes, collectas esse dubitat, Jul. Bartolocc. in Bibl. Rabb. Tom. I. Jo. Morinus in Exercitt. Biblicis p. 409. & in Opusculis Hebræo-Samariticis p. 248. itemque diligentissimus Jac. Le Long. in Biblioth. Sacra P. I. p. 61. & Parte II. p. 417. sqq.

niæ Principibus, ut, throno Regni occupato, Regiam dignitatem susciperet. Deus Benedictus ita subjiciat hostes ipsius pedibus ejus, ut surgere non possint. Amen in sæcula sæculorum sempiterna.

זאק״ס· ונתבקש מכל שרי
פולוני״א ודוכסייה של ליט״וא
שיבוא לשבת על כסא המלוכה
למלוך עליהם· השי״ת יכריע
קמיו תחתיו מן יקומון· אמן
נצח סלה ועדי עד״

INDEX ET SUMMA CAPITUM

Tractatus præcedentis.

Post præfationem, qua occasionem & institutum scripti, ejusque elaborationem a pluribus, operas conferentibus, perfectam exponit,

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.

Cap. IV.

Cap. V.

Producit R. Asariæ de Rubeis locum, eo consilio, ut ostendat, Karæos sub Templo II. jam exstitisse, & comprehendi nomine Sadducæorum, quippe quorum duo fuerint genera, alterum eorum, qui Sadocum & Baithosum sectarentur, & articulos quosdam fundamentales negarent; alterum vero istorum, qui se ipsos a studio justitiæ ita appellarent, qui ipsi sint Karæi. Rabbanitas vero promiscue hoc nomen utrisque imponere, eo quod in rejiciendis traditionibus conspirarent. In calce quædam contra Josephi fidem afferuntur. p. 30-41.

Cap. VI.

Affert seriem & Genealogiam Principum, quos in Ægypto se habuisse profitentur Karæi, productam usque ad A. C. 1640. quo anno eam Karæus quidam Cairi invenisse dicitur. Ex hac deinde id deducit auctor, quod, cum Rabbanitæ tradunt, Ananem ob contentionem de principatu sectæ novæ auctorem exstitisse, illa contentio non de Anane, qui quatuor & amplius sæculis obsignata Mischna inferior sit, accipi debeat, sed ad alium *Ananem ben Schepheth*, cujus ætas in tempus Mischnæ obsignatæ incidit, quo tempore lites de principatu fuisse ipsi Rabbanitæ testentur, referenda sit, sicut & utriusque hujus Ananis in Serie illa mentio injiciatur. Quod si itaq; dissensio illa civilis in tempora prioris Anan referatur, non posse tamen ad eadem initium dissensionis ratione doctrinæ collocari, cum de hac eos tum temporis dissensisse veterum monimenta non testentur, quæ vicissim confirment, disputationem de doctrina diu antea, & quidem an. 3621. inter *Simeonem ben Schetach*, & *Jehudam ben Tabbai*, quem Karæi suum agnoscunt ducem, contigisse. Hanc denique in doctrina dissensionem unam referri, de contentionibus vero politicis frequentissime exponi. p. 41-55.

Cap. VII.

In universum de fatis & calamitatibus Karæorum, studiorumque & scriptorum, quæ confecerunt, ratione & paucitate monet usque ad p. 62.

Cap. VIII.

Præmittit quædam de Karæo R. Caleb Aba, & duplici ejus libro, nempe *Horto Eden* & libro *decem tractatuum*, deinde vero, ex præfatione ad poste-

posteriorem hunc librum locum bene longum affert, quo variæ dissensionis Rabbanitarum a Karæis causæ explicantur, origo ipsa ex historicis monimentis edisseritur, & contra nova quædam Rabbanitarum instituta & traditiones in universum disputatur usque ad p. 92.

Cap. IX.

Alium Karæum in scenam producit, nempe R. *Mosen Byzantinum*, de quo & scriptis ejus cum in universum monuit, longam dissertationem pro antiquitate & puritate doctrinæ Karaiticæ ex libro ejus *Matte Elohim* exhibet. In hac inprimis urgetur, quod Schammai Karæorum, Hillel vero Rabbanitarum causam olim egerit; quæ assertio illustratur recensione controversiæ, inter R. *Elieserem fil. Hyrcani* & Rabban *Gamaliel* Principem quondam agitatæ, prout in *Bava Metzia* legitur. Inprimis vero in hoc capite notatu digna est series Doctorum, per quos inde a Mose usque ad hanc ætatem doctrinam suam propagatam esse affirmant. Huic narrationi in extremo capite argumentis quibusdam fides conciliatur, usque ad p. 129.

Cap. X.

De Menachemo, Karæo quodam, de quo quæsiverat Triglandius, nonnulla afferuntur, eademque occasione de Aquila & Onkeloso disseritur, quos noster cum R. Asaria a se invicem distinguendos esse putat: usque ad p. 134.

Cap. XI.

Varios recenset Karæorum Scriptores, & primo quidem R. *Iebuda Haddasi Haabel*, de cujus libro, artis pleno, *Escol haccopher* curatius agitur, & ex eodem variorum ex Karæis scriptorum mentio injicitur. Hinc de R. *Jac. ben Ruben*, ac inprimis de *Aarone* utroque, Priore & Posteriore, altero *ben Iosepb*, altero *ben Elia*, porro de *Elia Byzantini* Addereth Elijahu, R. *Calebo*, *Mosche Mizzordi*, R. *Jehuda Poki* &c. enarratur: usq; ad p. 150.

Cap. XII.

Ostendit, eundem Karæos habere Codicem Hebr. qui sit in Rabbanitarum manibus, iisdem quoque vocalibus, quas pro divinis habent, instructum. 150-158.

[o]

JACOBI TRIGLANDII J. F. J. N.

IN

ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA

S. S. Theol. Doct. Theologiæ & Antiquitatum Hebraicarum Professoris

DIATRIBE DE SECTA KARÆORUM.

Quæ hic enarratur; & Illustris

JOS. SCALIGERI

De iis Opinio vindicatur.

LECTORI BENEVOLO

& φιλεβραίῳ *S.*

MOs & æquitas jubent, qui oculos mentemque ad istam appellis *Diatriben*, erudite Lector, ut exponam Tibi, sed paucis, quid sit hujus opellæ, quid instituti? Quum nova & accuratior editio eorum, quæ summi viri Josephus Scaliger, & Johannes Drusius, de tribus Judæorum Sectis in Nicolaum Serarium scripserunt; atque hic, sive prior de hoc argumento, sive contra eosdem fuit commentatus, prælum jam diu exercuerat; convenit me Typographus vir honestus & frugi, admonitus, ut videtur, à Clarissimis eruditissimisque Viris, qui meas esse aliquid nugas nimis amanter putabant, obnixeque rogavit, ut, quæ de Secta quadam Judæorum, qui קראים *Karaim* vocantur, comperta haberem, quamque hi Magni Viri digito solum attigerant (quod illorum ætate parum adhuc innotuissent) cum ipso communicare non gravarer, & per ipsum cum Orbe Literato; antiqui operis futurum recens corollarium, & nobilis materiæ qualecunque supplementum. Ego quamquam meo me sciam pede metiri, & iste neutiquam forem, qui Scaligerianæ vel Drusianæ purpuræ vilem sustineam attexere laciniam, sed tarde potius, publici judicii reverentia, prosiliam ad scribendum: re tamen aliquamdiu perpensa, religio mihi fuit, spem ejus frustrari, aut justæ petitioni deesse. Cum quia occasio blandè invitaret, locusque esset admodum conveniens, ubi de Sectis Iudæorum doctissimi homines accuraté disputabant, istius quoque αἱρέσεως historiam simul inveniri, quæ pars magna inter eos quondam fuit, & nunc multis de causis haud indigna, ut melius pernoscatur. Tum maximè id

mihi persvasit, quod Illustri & meritissimo Scaligero debitæ dudum vindiciæ eadem opera possent præstari, super hac ipsa re vix dignè satis à quibusdam excepto. Fecerat Scaliger aliquoties, in Elencho, *Karæorum* mentionem, proque admirabilis ingenii εὐστοχίᾳ antiquitatem ipsis asseruerat excidio Reipublicæ, & ipso Christi adventu priorem. Optimè, etiam quam prius foverat opinione generoso veri amore revocata, professus eos diversum esse genus (contrà quam vulgo credebatur) ab impiis Zadducæis; motus inter alia testimonio *Philippi Frederici ex Judæo Christiani, qui Constantinopoli magnum usum Karæorum habuerat* Elenchi, Cap. 2. Utramque hanc assertionem, cum maximè priorem oppugnandam sumsit sibi Vir scriptis & doctrina celeberrimus Johannes Morinus, in Exercitationibus Sacris; cui, præter decorum non minus quam rationem, miserè Scaliger vapulavit. Quamobrem cum ex lectione Librorum Karaïticorum, habito examine, veritas Scaligeriani judicii quod ad utramque thesin luculenter mihi videretur constare; infirma verò & malè consuta esse, quæ Morinus, & post eum Vir multæ lectionis Richardus Simonius in Historia Critica V. T. in contrarium objecerant; piaculo proximum poterat haberi deserere hoc vadimonium, atque Illustris Viri famam, cum ipsius veritatis periculo, iniquiore censura relinquere diutius gravatam: non causæ vitio, sed inopia Defensoris, propter magnam eorum, quibus hæc Sacra sunt cordi, paucitatem. Morem itaque gessi Typographo; adornavi hanc Sectæ Karaïticæ ex ipsis illorum libris, omnibus (si unum excipias) Manuscriptis, brevem Historiam & ὑποτύπωσιν, futuras Magno Scaligero, dignas utinam! vindicias. Asseritur quippe variis hîc argumentis ipsi credita *Karæorum* antiquitas; & ab Zadducæis propriè dictis, qui providentiam & resurrectionem negarunt, immane discrimen. Ideoque, quod Scaligero datus hic labor, Typographus ejus *Elencho*, tanquam hujus appendicem, loco & ordine in hoc Syntagmate voluit subjungi. Disquiritur hîc præterea de prima Sectarum inter Ju-

Ju-

Judæos origine & incunabulis; de mutuis *Karæorum* cum Pharizæis certaminibus, quæque memorabilia tunc contigerunt; de succeſſivo Pharizaiſmi progreſſu, de cauſa, quæ R. Schammai animum à collega ſuo Hillele ſejunxit, &c. Narratur hic varia eorum, adverſa tamen ut plurimum, fortuna; ac Famoſi iſtius R. Anan geſta, quodque ille non primus ſit ſchiſmatis auctor, ut vulgo credunt, aſt inſtaurator. Memoro dehinc palmaria, in quibus disſident, capita; tum & reliquos fidei Karaiticæ articulos; quibus fiet palam, tantum abeſſe, ut mereantur ingentem, qua per tot ſecula flagrarunt, invidiam; ut plura longe apud eos, quam ullam Judæorum Hæreſin, rationi & veritati conſona potius reperiantur. Tandem aſſignata ſunt loca & regiones, ubi habitarunt *Karæi*, quasque in hunc diem incolunt maximè. Doctorum, quibus gaviſi Magiſtris, ex M. S. S. jam inde ab antiquo catalogus & ſucceſſio recenſetur; qui inſigni inter hos fama viguere, & libri quidam doctrina, celebritate, uſu commendabiles perſtringuntur; aliaque paſſim, quæ ad interiorem hujus ignotæ per tot ſecula Chriſtianis Sectæ cognitionem pertinent.

Quod ſi jam aliquis incurioſus harum rerum cogitet, atque ſic animum inducat ſuum, quid noſtrâ id admodum refert? Quos inde fructus percipiam, ſi jam aliquanto propius noverim *Karæos*? multa, quæ reſpondere poſſim, in promptu ſunt. Etenim, ſi Chaldæorum, Perſarum, Græcorum Philoſophiam, Religionem, opiniones pernoſſe non exigua pars eruditionis habetur; ſi volupe eſt Romanorum inſtituta, pace belloque, usque ad minutias excusſiſſe; ſi nulli parcitur labori, ut omnes omnium Antiquitates & ritus habeas in numerato; neutiquam inficetum eſſe poteſt, quum in apertiori luce collocatur, quid creditum, actum, moribus uſurpatum fuerit in populo, ubi Regnum ipſius obtinuit Dei; cujusque fata, linguam, Libros Sacros intelligere atque ſcrutari, Chriſtiani Doctoris & officium eſt, & deliciæ. Si eruditorum Coryphæi optime meriti de orbe literato cenſentur, dum tres Sectas Judæo-

 rum

rum doctissimis commentationibus tam accurate explicuerunt, oleum penitus & operam perdere non potest, quisquis tantorum Heroum vestigiis insistens, ad quarti cujusdam τάγματος notitiam, quod olim pars magna nunc adhuc sanior in ea gente est, viam pandit & eruderat, nescio quibus spinis sentibusve horridam, aut obicibus interclusam. Verum enim vero, si quis ita sit animatus, ut talia contemtui habeat, si istis non capiatur, quia nec ista forsitan capit, suo hunc patimur abundare sensu; huic sanè per me integrum esto libellum de manibus statim deponere. Hæc publici non adeo saporis futura, cum manum tabulæ admoverem, jam satis præcepi. Fastidienti stomacho hæ dapes non parantur; sed iis qui Philologiæ gustum habent, & literaturæ Hebraicæ nobili studio & amore ducuntur. Quos ut adjutem, nihilque sit legentibus moræ, Hebraïca, quæ bene multa hic laudantur, testimonia in Latinum mox sermonem converti: cum omittere non liceret nisi unà causæ deesse, aut doctum & non obviæ eruditionis curiosum subinde lectorem placuisset frustrari. Hujusmodi saltem cum tempore & rerum documentis intelligent, spero, haud nullam, haud exiguam, sed multigenam per omnia sacræ Philologiæ latifundia se Karaïtici studii extendere utilitatem. Primo namque hinc incorruptius poterit fieri judicium, quæ Hebræorum instituta, qui ritus genuinam redoleant vetustatem. Nempe, qui Talmudis farraginem compilarunt, Rabbanitæ & Pharizæorum sectatores, multa commemorant, multa ponunt jam olim decreta, multa arrogant sibi suisque, non tam ex vero semper quam causæ compendio, & præjudiciis sequentium Magistrorum; nemo negaverit prudens. Conferenti jam cum istorum traditionibus, *Karæorum*, qui in eadem republica temploque cum iis degerunt, dictata & mores, quantum, quæso, lucis in isthac caligine emicabit; quam magnum ferendi judicii adjumentum! dum nullo negotio sic dabitur colligere: in quibus juratissimi hostes consentiunt, priorem scisмate, aut veterrimam saltem agnoscere institutionem; de quibus

bus disputant, docere quid moris, aut animi utrique partium fuerit; unde possis non paucas Talmudis salebras, in quo tot contrariæ disputationes exstant ac Chrysippei acervi, promtius expedire. Tandem cum in Republica Judaica modo hæc pars, modo alia, neutra aliquando penitus prævaluit, variam quandoque rationem & consuetudinem in isto populo obtinuisse. Jam vero Codicis Sacri integritas, & an Textus Hebræus à Rabbinis vel Masorethis mutatus fuerit, vel de industria, ad pervertendam Chronologiam aut fidem, corruptus, quod plurimi Romanenses, Isacus Vossius, & alii Bibliomastiges crepant, quanti momenti, & difficultatis in nostra Theologia disquisitio est? Quam perplexè & acriter de origine atque ἀξιοπιστία punctorum in hunc diem contenditur? Si sua ope, & testimonio, litem hanc planè non decident *Karæi*, inflicta vel petita per hoc latus Religioni vulnera malagmate saltem lenient, & abundanter Fidei securitatem præstabunt. Animus mihi fuit jam in hoc scripto aliquid de punctis, quidque mihi non dissimile vero videretur, commentari, sicut pag. 39. videre est; sed properantes operæ, & ubertas materiæ coëgerunt differre. Plurima in Scripturis sunt dubia, cruces interpretum; multa in Veterum Judæorum & Christianorum libris non probe perspecta, quæ horum auxilio melius explicari, aut distinctius percipi queant. Parvis aliquod speciminibus, prout se res dabat & occasio, ostendere id fuimus conati, majoribus in posterum demonstraturi. E. c. Judæorum Tephillin divino niti mandato, ipsumque adeo Christum Dominum eos sibi aptasse, Rabbanitis fidem habens cum multis, noster ὁ πάνυ Scaliger credidit; non crediturus si *Karaïtarum*, qui hisce vanis sese commentis opposuerunt, meliorem istorum locorum expositionem, diversamque praxin inspexisset. Christusne hanc Traditionariorum superstitionem ut fuerit imitatus, quam sanior pars populi cum *Karæis* ut stultam παράδοσιν pipulo palam differebat? non putem. Vexatissimus ille nodus de tempore quo Jesus Pascha celebraverit θανάσιμον, num eodem die

Elench. cap. VIII.

cum

cum Pharizæis, an alio? Et ſi alio, quî id fieri potuit, ſanguisque in templo adſpergi, bona cum Sacerdotum venia? de quo multi tam multa in utramque partem ſcripſerunt, vel commodiſſimè expedietur opem ferentibus *Karæis*; vel omnes difficultates, vereor, nunquam benè ſolventur. Quæque de hoc genere ſunt infinita. Si quis autem diſputando Judæos amet convincere, & veritatem Evangelicæ doctrinæ probare, & hîc uſui erunt *Karæi*: dum magis ingenui hinc inde quædam largiuntur, quæ Rabbanitæ falſo, ſed mordicus, tenent; & longe minus inepti divinorum ſunt oraculorum expoſitores. De qvo certius docti judicarent, ſi Lex Moſis, aliique Veteris Inſtrumenti libri cum exquiſitis quibusdam illorum commentariis lucem poſſint adſpicere. De quo cogitavi ſubinde quidem, at! *opus eſt majoris abollæ*; ita tamen, ut ſi docta curioſitas ſtudium excitet, & opem, qui poſſunt, contulerint; haud videatur aliquando deſperandum. Ceterum hîc glaciem modo fregimus, & promulſidem in tranſitu damus obſervatiuncularum, quas hæc officina ſuppeditavit; immo tentamina tantum, *κυρίας δόξας* nequaquam: ubi nihil Eruditis, quid ſentire conveniat, præſcribimus, minus aliorum doctrinam limis adſpicimus oculis, etiam cum ab iis modeſtè diſſidemus. Verum ad indagandum & amplexandum genuinum S. S. Literarum ſenſum, undecunque ſuperveniat, animus eſt, me ipſum, & cordatos Lectores accendere. Qui ſi hoſce conatus boni conſulere dignabuntur, gaudebo; ſi meliora docere, quando fieri vix poteſt, quin hic inde ceſpitemus, dum perquirimus abdita, &

------ *Veſtigia nullius ante*

Trita ſolo... odoramur, alacriter & gratus amplectar. Si quis vero (quod abſit expectem) cupiat tricari, aut *φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ.* Vale.

JACOBI

JACOBI TRIGLANDII
DIATRIBE
DE SECTA
KARÆORUM.

CAPUT I.

Karai needum ſatis noti. Libri rariſſimi. Buxtorfius nullos vidit. Joh. Morinus unum. Joh. Seldenus duos. Carpzovii Judicium. Omnis de iis notitia huc usque fere ex Rabbinis. Qui faciunt novos homines. Scaligeri melior ſententia immerito a Morino notati. Inſtitutum noſtrum.

FRequens, & obvia in Scriptis Eruditorum mentio eſt *Sectæ* cujus-
dam vetuſtioris inter *Judæos*, quæ aliena prorſus ab humanis in
Religione divinâ inſtitutis, inimica Talmudi, atque traditioni-
bus Magiſtrorum, ſolius Scripturæ opibus ac revelatione con-
tenta, appellationem hinc meruit KARÆORUM. At vero
qui rem hanc ab ovo explicuerit, qui hujus diſſenſionis veram
occaſionem, tempus, capita, primamque Originem penitus inveſtiga-
tam pertractaverit, huc usque inter Philologos, qvod ſciam, repertus eſt
nemo. Non ſanè ingenii vitio, vel induſtriæ, quæ in aliquibus ſumma
fuerunt, ſed ſola, ut opinor, Librorum, quibus ipſi KARÆI de ſua nos
fide atque fortuna inſtruerent, incredibili raritate. Quos cum paucos
admodum, pro temporis ſpatio, ſcripſerint, longe pauciores, quin im-
mo pauciſſimi, ad noſtras manus & regiones pervenerunt; ſive jam in
cauſa ſit locorum ubi degunt intercapedo, aut qvod plerique non exſtent
niſi manu exarati, ac latitent etiam inter ſuos; ſive potius id aſtui atque
potentiæ adverſantium *Rabbanitarum* debeat imputari, qui in tantam eos
partim invidiam, partim contemtum adduxere, ut propterea forte ne- 2
gligentius in eorum ſententiam, & monumenta, fuerit inquiſitum.
Quum tamen, ſi recte illos noviſſent, inquiſitione ſua, curis, & ſtudio
longe digniores quam Rabbinorum commentarios, aut ineptam *Talmudis*
farraginem Docti cenſuiſſent. Nam cum doctrina eos facile exæquent,
judicii ſimul acrimonia, rationum pondere & perſpicuitate, explicandi

R. Jehuda Levita in Cozri. S. S. Literas ἀγχινοίᾳ multum excellunt. Morum vero integritate & disputandi peritia, vel inimicis testibus, longo post se relinquunt intervallo. Hoc nullus, scio, qui utrosqve contulerit, poterit inficiari. Verum, quo minus id facerent, summa, quam dixi, hujusmodi librorum penuria intercessit. Adeo ut viri in Hebraïca literatura principes multi ne qvidem oculis unquam usurpaverint, & eorum, qui videre potuerunt, velut *Persii* Satyras, *legerint vel duo, vel nemo.* Ne quid audacius affirmasse videar, ipsos audiamus: Celeberrimus *Buxtorfius* ita scribit: *Libros aliquos Karraeorum hactenus nullos mihi videre licuit. Seldenus duorum meminit quorum copia ipsi sit facta; eorum unus est* שער יהודה *Porta Iebudæ, agens præcipue de incestibus seu conjugiis probibitis, impressus Constantinopoli anno juxta calculum Iudaicum* 5322. *Christianorum* 1582. *Alter manuscriptus, cujus auctor Rabbi Elias ben Mose, Candiensis vel Cretensis*, &c. Novissimè *Joh. Bened. Carpzovius*, vir Clarissimus, hunc in modum disseruit: *Fere omnes de defectu* (librorum) *queruntur, ac retulisse sibi Golium scribit Hottingerus Thes. Philol. Cap. I. Sect. V. n.* 9. p. 41. *Karraitas Constantinopoli in cryptis suos abdidisse libros; ne* (hoc de suo addit Carpzovius) *ab aliis legerentur. Unicum in Bibliotheca Rabbinica commemorat Buxtorfius p.*309. *quem ipse tamen non vidit .... Tres præterea libros à Karrais scriptos Buxtorfio significaverat Antonius Legerus, quos in appendice Bibliothecæ inter cæteros simul recenset ..... sed quorsum designatio ista librorum? quorum tamen vix speranda copia est.* Tum §. 3. de *Iohanne Morino* memorat, cum *parti priori Exercitationum Biblicarum indicem capitum, quæ posteriore parte contineantur, adjecisset, inque eo exercitationem IV. de Karraitis, Judæorum Hæreticis, inscriptam tam Iudæorum quam ipsorum Karraitarum scriptis illustratam gloriaretur, rogatus per literas à Buxtorfio quos Karraitarum libros haberet? respondit in Epistola, quæ inter Antiquitates Ecclesiæ Orientalis habetur* pag. 364. *se unicum habere, qui in Legem Commentarius sit M. S.* &c. Factum est hac librorum inopia igitur quod præcipua, si non omnis, quam de Karæorum institutis atque doctrina doctissimi pridem viri habuerunt, notitia; cuncta quæ de illorum ætate & gestis commentabantur, ex Rabbinorum relatione, hoc est juratissimorum hostium testimoniis fuerint repetita. Quam tuto autem de adversario fides habeatur adversanti omnibus notum est; præsertim ubi amor Religionis accendit iracundiam, & zelum Domus Domini splendida bilis mentitur. Quæ enormia planè & stultissima iidem de Christo & doctrina Evangelica confinxerint, ut de aliis taceam, neminem fugit: Et vel hoc debuerat Christianos reddere circumspectos, ne statim, quicquid Rabbanitæ de his scriberent, temere crederetur. Hoc non satis memori animo semper reposuisse utrisque fraudi fuit, & Karæis, & optimis sanè viris. Ita enim

Not. ad Cozri. part. III.

Introd. ad Raim. Pug. Fidei, cap. IV.

acci-

accidit, ut illi longe, quam in se sunt, habiti sint nequiores, infelix scilicet teterrimorum Sadducæorum propago; & isti, dum bona fide sequuntur, qui non bonam præstiterant, ductorum culpa subinde vel invitissimi hallucinarentur. Quandoquidem vero in ea me rei humanæ parte Providentia locavit, ut, non unum, sed plures dictorum *Karæorum* libros habere, & evolvere, mihi contigerit; judicavi me rem in Philologia sacra forte non inutilem, reconditæ eruditionis amatoribus haud ingratam, tandem munere locoque meo non indignam facturum, si hujus Sectæ parum exploratæ, paulo pleniorem dare intelligentiam conarer, & tenuem observatiuncularum nostrarum gustum, cum orbe literato paucis pagellis communicarem. Id vero imprimis mihi negotium dedi, ut Karæorum natales, & vetustatem aliquanto accuratius investigarem; unde reliquarum Quæstionum pendet magnopere & intellectus, & decisio. *Rabbini* passim iis objiciunt novitatem. Istorum secuti sententiam multi Christiani Doctores, & ante omnes *Iohannes Morinus* in *Exercitationibus Sacris*, non modo excidio Reipublicæ Judaicæ faciunt recentiores; sed & *post publicam Talmudis editionem illud schisma* demum *ortum esse*, *ex Judæorum monumentis* iste voluit *colligere*. Lib. 2. Exercit. VII. Cap. I.

—— Examen improbum in illa
Castigans trutina 4

quæ dolosa, & penitus hostilis. Majorem longe eorum antiquitatem in tam densa caligine verius viderat subtilissima Illustris *Iosephi Scaligeri* perspicacitas, hac de causa immeritam & acriorem Joh. Morini censuram incurrentis, qui *caput secundum VII. Exercitationis* l. 2. tali exornat Rubrica: *Scaliger omnium pessime de iis differens, confutatur.* Constitui itaque ξὺν Θεῷ dum Elenchus Trihæresii recens editur, hanc inclementem Morini sententiam aliquantum reddere incudi, & quoad majoris antiquitatis, quam censor tribuit, opinionem, Magno viro qualescunque, judicio Lectoris, decernere vindicias. *Triumvirorum* de *Tribus Iudæorum Hæresibus* celeberrimæ disputationi, qui nuncunà prodeunt, hocce adornare non spernendum, spero, Supplementum. Denique Antiquitatibus Hebræorum hac parte minus excultis, Sacrisque Literis cum maximè, quibus omnis noster labor sacratur, aliquam adferre pro modulo illustrationem; &, si benè uti sciamus suo tempore, ad tuendam auctoritatem adjumentum.

Caput II.

Nomina varia quibus ab antiquis maxime Rabbanitis insigniuntur. Chillouk liber M. S. Dicti Hierosolymitani, Excommunicati, Zadducæi, Baithozæi, Heretici, Epicuræi, Samaritani. Ratio appellationis. Karæi quare dicti? an ab ipsis hoc nomen ortum? Matth. 5:20. illustratur. Usus hujus notitiæ nominum. Lapsus celeb. Bartoloccii, &c.

Ante omnia de *Nominibus* & כנויים *Epithetis* hujus Sectæ initiò dispiciendum est, quibus in Antiquorum Scriptis, præcipue Rabbanitarum, veniunt aut indigetantur; horum etenim in iis atro carbone notandis mire luxuriavit obtrectatio, quæ nisi quis probe teneat prius explicata, varia Veterum loca vel non intelligentur, vel alio trahentur, quam quidem pertinent; ac sæpe tanquam in tenebris erit micandum. Præcipua ergo in unum colecta primo recensebimus, deinde, si
5 opus est, declaratione brevi adjuvanda. Ipsi hanc sortem suam non ignorant *Karæi*, & jure de ea conqueruntur. Liber quem habeo, quique inscribitur חלוק הקראים עם הרבנים *Dissensio Karæorum cum Rabbanitis* pag. mihi ב. ממנו היו נרמזין ירושלמין ושמותין וצדוקין וביתוסין: *Occulte significantur ab iis* (Rabbanitis per cognomina) *Hierosolymitanorum, Excommunicatorum, Zadducæorum, & Baithosæorum &c.* Talmud, Maimonides, Abraham Ben Dior, aliique Traditionum Hyperaspistæ מינים *Hæreticos*, אפיקורוסים *Epicureos*, כותים *Samaritanos*, ceu ex sequentibus patebit, quandoque appellant. *Aben Ezra* modestius modo; חולקין על אבותינו *Diffidentes à Patribus nostris*, modò acerbius: המכחשים *Mendaces* indigetavit. [Aben Ezra in Exod. 13. 9. & Deut. 6. 8.] *Hierosolymitanos* dicunt, quia summo Templi, & Sanctæ Civitatis amore semper flagrabant; post desolationem quoque in ea, quoad licuit, commorantes מפני תאות המקדש גאון עזם מחמד לבם ומחמל נפשם *Ob Desiderium Sanctuarii, quod erat excellentia roboris ipsorum, voluptas Cordis, & indulgentia animæ ipsorum*, ut loquitur *Chillouk* M. S. [p. א versa.] Quamobrem suos majores יושבי חרבות *incolas desolationum* describunt. [ibid. p. ב vers.] & R. *Anan*, novus non Sectæ auctor; sed Veteris doctrinæ Karæis habitus instaurator, orta contentione apud Babylonem, illuc cum suis concessit habitatum. *Epicuræi* vocantur secundum eam definitionem quam tradunt Talmudici, atque ex iis Maimonides: [Massech. Sanhedr. Porta Mosis. p. 163.] וזה המבזה תלמיד חכם. *Epicuræus est qui contemtui habet discipulum Sapientis.* Ita se nempe Traditionum Patroni appellitant, אמרו חכמינו *statuerunt Sapientes nostri*, idem Pauli σοφοί. [1. Cor. 1. 20.] Quasi qui inania febricitantis cerebri figmenta

menta non admitteret, ideo ſanctam, avitam, quin omnem ſperneret religionem. *Samaritani*, *Sadducæi*, *Baithoſæi* vocantur ad conflandam ipſis æternam, præjudicio nominis, invidiam. Rejiciebant iſti legem oralem, recens & anile inventum. Rejiciebant & Karæi, hoc uno ſimiles; quod ad reliqua, in omnia alia abeuntes. Exigua hæc ſimilitudo non diſſimilis, in uno capite, judicii vaferrimè ab Rabbanitis arrepta eſt, ut eodem nomine iis indito, parum cauti animum inducerent ſuum, acſi ejusdem eſſent ubique ſententiæ, atque unà Rei execrabilis impietatis, quæ animarum immortalitatem, vitamque futuram ut Sadducæi abnegat; quò ita quisque pius ab iis extempló abhorreret. Qui dolus & illiberalis agendi ratio 6
nimis quam ſæpe ſuos poſtea imitatores inter Chriſtianos, ubi minimè decuit, invenit. Puduiſſe ejus videtur æquiores quosdam inter Judæos, ut Rabbi Azariam, aliosque, qui, ne eadem culpa utrosque gravaret, admonuit: ידענו מכמה מקומות כי שתי הכתות זו לעמת זו כופרים בתורה שעל פה אשר על כן אלו ואלו נזכרין יחד לנשרפין בבית הדשן. *Novimus ex variorum Locorum collatione quod duæ ſint* (diverſæ) *ſectæ, quæ, hæc juxta illam, Legem abnegant oralem, ideoque una memorantur inter uſtulandos in domo cinerum.* Omitto alia, quæ hinc queant lucem mutuari, id unum prudens lector imis ſenſibus reponat, ſæpius uſui futurum: ubi in nomen *Baithoſæorum* aut *Sadducæorum* incidet, non ſtatim propriè dictos intelligi, ſed duplici hominum, diſtinctoque Ordini eandem nomenclaturam quandoque aptari. Conſiderabit ergo potius argumentum, Orationis *συνάφειαν*, quidve dicatur? & ita facile quis loquitur, cui hoc conveniat, judicioſe diſcernet. Iſtud indicium ipſi ſuggerunt Karaïtæ. Author *Chillouk* M.S. ubi ſupra monuerat ſe *Hieroſolymitanos*, *Excommunicatos*, *Sadducæos* &c. appellari, dubitaturo forte unde id ſciret? reſpondit: קושיותיהן מדברינו נרמזין: Quia *objectiones* (quas horum nomine proferunt) *ex noſtris verbis ſubleguntur.* Cæteræ denominationes difficultatem non habent. Omnium vero vulgatiſſima eſt hodie קראים Karaïm, quia τῷ קרא *Textui* qui *legitur*, ſolique adeo *Legi ſcriptæ*, rejectis traditionibus *πατροπαραδότοις*, tenaciter adhæreſcunt. Doctiſſimus *Ioh. Morinus* ponit in *Exercitationibus*, *Karæos* ipſos *ſeſe hoc nomine ab aliis diſtinxiſſe ..... veluti ſcripturariorum nomine ſuperbirent.* Contrarium tamen referunt ipſi, communi quodammodo conſenſu. אמרו בני מקרא כי כנוי שם קראים אחרים קראום מפני כי לא יאמינו בתורה החדשה הקראוה תורה בעל פה ולא כתובה מפי נביא וחוזה כי אם בזמן מכשילי תורה ונשאי פנים בתורה קבצוה יחידים וכתבוהו להם והם הנקראים רבנים דור אחר דור. *Admonent filii Scripturæ quod alii* (non ipſi) *nomen, & Epitheton Karaim, iis impoſuerint; eapropter quod fidem non habeant Legi novæ, quæ Lex oralis vocatur.*

in Meor Enaim Imre Bina cap. 3.

lib. 2. Exer. VII. cap. 1.

Chillouk M. S. p. א verſa.

 Etiamſi

Etiamsi non excepta sit, & scripto consignata ex ore Prophetæ cujusdam aut Videntis, sed potius tempore eorum, qui offendiculum præbuerunt Mal. 2. 8. & προσωποληπται *fuerunt in lege; illam privati ac singulares* (viri) *collegerunt & sibi conscripsere. Hique sunt qui unaquaque ætate Rabbini appellantur.* Videtur itaque hinc, Epitheton קראים impositum initio fuisse ad contemtum; quomodo sub repurgatæ Religionis tempus Nostros *Biblistas, Evangelicos*, aut simili titulo salutabant, γραφικῶς. Probrosum videlicet & puerile maximis & profundis illis Doctoribus habebatur Scripturam unicè sequi ducem. Aquilæ in nubibus altius volant. Deus tulerat *legem*; *at ultra* divinam *legem* debebant *facere*. עוסקים ברבית התורה *Occupati in fænore* (id est, accessionibus) *legis*. Non eam ex Dei præscripto solum observantes, ἀλλὰ καὶ περισσότερον, ut gloriantes induxit Epiphanius. Quorum inanem jactantiam, salse, & eleganter, perstringit Sospitator Matth. 5. 20. in imaginaria isthac *abundantia* multiplicem adhuc *defectum* arguens, & in affectata περισσότητι requiri aliud meliusque περισσεύειν, & πλεονάζειν 2. Pet. 1. 8. etiam in plurimis, quæ ea adhuc lege continebantur, quam Suffeni dudum sibi, sed falso, videbantur supergressi. Dictaverat Spiritus S. *Scripturam*. Quæ *amplitudinis* immensæ licet *Davidi* Ps. 119. 96. angusta nihilominus erat capacissimis Magistrorum mentibus, consequens adeo ut *aliam* insuper *Legem*

1. Cor. 4. 6. cuderent, vellentque ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν.

Hi sapiunt soli, reliqui velut umbra vagantur.

Et ideo per convitium quasi קראים *Textuales, literæ affixi*, dicebantur, potissimum *in Ægypto*. יקראו באלה הארצות ר״ל מצרים קראים *Appellantur his in regionibus, hoc est in Ægypto, Karaim.* Maim. Comment. in Pirke Aboth Cap. 1. Ista paulo distinctius tenere, proderit ad multa Veterum loca melius intelligenda, ad vitandam, quæ hic mire regnat, maxime apud Judæos, sectarum dogmatumque confusionem; ad præcavendos, aut sanandos in quos hujus rei neglectu, summi etiam viri inciderunt, errores. Ut alios taceam, quam magnus & industrius vir in hoc Studiorum genere est *Iulius Bartoloccius*, Edita Romæ *Magna Bibliotheca Rabbinica*, æternum victurus. Hujus tamen calamo hæc exciderunt, *Karaitæ Iudæorum Hereticorum sectæ genus est .... rejiciunt omnes codices sacros præter Pentateuchum*; quam parum ab ea cogitatione etiam abfuit incomparabilis Scaliger, si inspicias Elenchi cap. 11.? Sed melior mens, atque fortuna, ab eo lapsu defendit cap. 22. Quam multi fuerunt celeberrimi Theologi qui idem de *Zadducæis* fuerunt opinati? Unica vero sic sentiendi occasio fuit Rabbanitarum malignitas, qui cum *Karæos*, *Sadducæos*; utrosque כותים *Samaritanos* persæpe nominarent, *Samaritani* vero nihil præter Pentateuchum ex Codicibus

[Margin: Bibl. Tom. 1. No. 57. marg. — p. 32. marg. — p. 169. marg.]

cibus Sacris reciperent, nihil tale suspicantibus hallucinandi causam præbuerunt.

CAPUT III.

De Karæorum Origine sententia Scaligeri. Contraria Ioh. Morini. Illius scopus. De eo jam ante contentio inter utriusque Sectæ Doctores. Distincte spectanda antiquitas Doctrinæ, Scismatis, & Appellationis Karaim. Sectæ illa probatur ex Testimoniis Karæorum M. S. S. Ex præcipuis Rabbinis. Morini effugia præclusa. Probatur ex Talmude. De nominis קראים *initio disquiritur.* קראי *quo sensu de R. Eliezer &c.*

HIs, quæ præmittere expediebat, explanatis, nunc arcem causæ, disquisitionem de Karæorum antiquitate primisque incunabulis absque ambage, protinus aggrediamur; *Iohannis Morini*, celeberrimi Viri, de iis opinionem in *Exercitationibus Sacris* ad modestum examen parumper vocantes. *Iosephus Scaliger* in *Elencho Trihæresii* Cap. 22. p. magnam illis antiquitatem tribuerat; sed certo, suoque sensu: Notans 169. marg. duplex fuisse inter Judæos, post Captivitatem Babylonicam, vitæ, & hominum genus; unum quod *Legem*, *Prophetas*, & *Hagiographa* simpliciter, *observabat*. Alterum τῶν ἐκουσιαζομένων, qui *præter præcepta legis, supererogationes & voluntarias functiones, nullo cogente, obibant*. Illos nuncupat Karaim; ea notione quæ superiore cap. 2. explicata est. Hos posteriores ait fuisse חסידים *Hasidæos*, de quibus 1. Maccab. 2: 42. & 7: 13. & 2. Maccab. 14: 6. Addit, quamdiu ille ἐκουσιασμὸς usu Privatorum, & libera praxi, tantum observaretur, nullam proprie sectam adhucdum in Populo Dei fuisse; sed postquam supererogationis præcepta in Canones redacta sunt, atque imposita observandi necessitas, tunc orta dubia, tunc disputationes altercationesque succrevisse: ex priori quidem genere, quod solâ nitebatur S. Scripturâ, optimæ hypotheseos abusu pessimo, *Sadducæorum* impietatem. Quæ neque immortalitatem animorum neque præmii pænæque æternitatem credit, eo obtentu quod nequaquam ῥητῶς in lege habeantur. Ex Hasidæis putat pullulasse Pharizæos. Inde jam infert: *Karaim igitur priores tempore sunt quam Sadducæi.* Videlicet quod ad istam de S. S. Literarum αὐταρκεία opinionem, quæ Sadducæorum dogma detestabile præcessit. p. 169. marg. Hæc summa Scaligerianæ sententiæ. Quam, etsi nihil, puto, in ea absurdi eruditus Lector inveniet; quamquam nihil scribit, pro summa sua ingenii felicitate, nisi quod ipsi præ se ferunt Karæi, quorum tamen libros videre non contigerat; non modo refutandam, quod licet, sed acerbius exagitandam sibi sumsit doctissimus *Morinus* in Exercitationibus; eo ipso

Morin l. 2. Exerc. VII. § 7. 8. ipso etiam loco, ubi haud probandum Magni viri τὸ ὀξύχολον castigaverat, nimis quam strenue imitatus: tribuendo illi *furores*, *non in ea* (Hebræa) *Lingua fuisse exercitatum. Titulum* (Libri Juchasin) *non intellexit Scaliger, multo minus quæ in ipso thesauro, &c.* Quin, Scaligerum dicentem facit non modo *Karaismum* præcessisse *Zadok* & *Baithos* quod dixit sanè, verum etiam Karæos, secundum ipsum, *esse antiquos Hasidæos de quibus in libris Maccabæorum*, quod ne somniando quidem *Scaliger* cogitavit. *Karæos* & *Hasidæos* sibi invicem opponens, ex חסידים *Chasidim* e contrario *Pharizæos*, ex *Karais* derivans *Zadducæos*, ut clarum est inspicienti. Eo usque in Doctissimis sæpe Viris,

Impedit ira animum, ne possit cernere Verum.

Morinus itaque ut suas rationes ab Scaligeri rationibus quam longissime disjungeret oppositam plane viam insistit. Volens *Karæos* facere quam potest recentissimos. Natos demum *Annis* 260. *post* integrum *Talmud*, *eorum sententia, completum.* Completum id vulgo statuunt, cum R. David Ganz in sua Chronologia *anno* 812. *Contractuum*, *seu Anno* 4260. *a Creatione* lib 1. Exerc. VI. cap. 3. *Mundi*, *diebus R. Iose.* Adeoque circa *Annum Christi* 500. At vero ex sententia Morini tribus prope seculis Talmudis compilati obsignatio est recentior. Ut sic ad VIII. fere seculi finem Karæorum Natales ab ipso deprimantur. Neque aliter debuit Vir catus, ac τῇ ὑποθέσει δυλεύων. Malis 10 avibus instituerat multimodam Textus sacri, Hebræi quoque, *corruptionem* probare; & facile perspiciens, non aliunde causæ, quam agebat, majus creari posse præjudicium, atque lethale vulnus infligi, quam si Karæi comperiantur admodum Antiqui (de quo alibi est agendi locus) consultum duxit ad infimam, quam potuit, vel minima similitudine veri, eos ætatem propellere. De *Misna* ærâ, vel obsignati *Talmudis*, animus jam non fert cum Eo contendere, ne nimium extra oleas vager. Levitas rationum ipsius, si necesse sit, aliàs poterit ostendi. Hoc animum tantummodo induxi meum, quædam ex iis, quæ in Lectione *Karæorum* & *Rabbanitarum* observare datum est, in medium, erudito Lectori expendenda, proferre. Non enim est meum inter Doctos agere Palæmonem; sed consilium, modeste inquirere, in quocunque puteo lateat, Veritatem.

Agitata pridem jam fuit hæc de Vetustate Controversia inter *Karæos* ipsos & aliquos *Rabbanitas*: hi ordinario istos deprimunt; isti contrà quam altissime suam originem repetunt & decessores. Quò igitur de totâ re integrius judicium ferri possit, conducet *Karæorum Doctrinam*, *Schisma*, ac *Nomen* distinctè considerare, dum pauca excerpam, quæ ad singula spectare videbuntur. *Doctrinam* Karæorum de *Sufficientia Scripturarum* ad Salutem semoto

moto Traditionum choragio, (quæ dissensionis Principium est & fundamentum) quacunque *Secta* inter Judæos, adeoque & *Sadducæorum* illa, *tempore priorem* statuit Scaliger: idem de se ipsis statuunt *Karæi*. ראשונים אנחנו מהם" *Nos ipsis* (Pharizæis &c.) *sumus priores*. Rogati suæ fidei Auctores, Prophetas ostentant. *Chillouk* M.S. דניאל חנניה מישאל ועזריה ודומיהם יהושע בן יהוצדק וזרבבל בן שאלתיאל ועזרה הסופר ונחמיה בן חלכיה וג"ום הנבאים ושארית אחיהם דתם דתינו ושבילם שבילנו וכו"ל *Daniel, Chananiah, Misael, Azarjah & similes* (pii) *Jehosua filius Jehozadak, & Zerubbabel filius Sealthiel, Ezra scriba, Nehemiah filius Helciæ &c. Prophetæ & reliqui Fratres ipsorum, istorum institutum est nostrum institutum; istorum semita nostra semita.* Et rectè. Nam quis sustinebit negare in eadem hæresi, nihil perfectioni Scripturarum esse addendum, *Mosen, Davidem, Jesaiam* cæterosque Prophetas fuisse?

ubi supra. p. ב.

Deut. 4: 2. Pf. 19: 8. Jes. 8: 20. &c.

11 Sensim tamen, ut fieri amat, contra hanc doctrinam succrevere inventa hominum, & inanis superstitio; quam dum quisque usu non lege, pro suo arbitrio privatim observabat, hique observatores voluerunt haberi modò חסידים insigniter *pii*, nulla adhucdum (ut recte Scaliger) Distincta *Secta erat in Populo Dei*. Successu temporis vero, animis & opinionibus magis magisque diffidentibus, res erumpebat in nervum, *Schismaque ortum est* apertius, secundum ea, quæ tradunt *Karæi*, temporibus *Johannis Hyrcani*, Judæorum Pontificis atque Ethnarchæ, & filii ejus *Jannæi Alexandri*, annis 100. & quod excurrit, Christo antiquioris. Doctoribus hinc *Rabbi Jehuda Ben Tabbai*, inde R. *Simon Ben Setah* signum extollentibus: & recrudescente subinde pugnâ, de qvo videbitur inferius. De *Nomine* autem ipso *Karaim*, quando præcise natum sit, tam ambiguum est, atque in obscuro, ut forte prudentius pronuntiaverit, qvi dicet *non liquere*. Ista sic proposita, jam paulo pressius propiusque investigemus.

Primò, eam quam monui, Karæi sanè sibi vindicant & Doctrinæ suæ *antiquitatem*. Ab ætate nimirum Prophetarum. Auctor *Chillouk* M.S. כי דתנו קדמונית טרם ענן *nam nostra Fides* (aut Secta) *longe est Anane antiquior*. ונביאינו אשר בגלות בבל הם חכמינו ואלופינו אשר יחזיקו דתינו כמו חנניה ודניאל ורעיו יחזקאל הנביא וחגי זכריה ומלאכי ולולי אלו עדינו אזי חיים בלעינו *Prophetæ nostri qui erant in Captivitate Babylonica, nostri erant Sapientes, nostri Doctores, qui nostram tenuerunt fidem, quemadmodum Chananjah Daniel & Socii ejus, Ezechiel Propheta, Haggæus, Zacharias & Malachias, &c. nisi illi pro nobis perhiberent testimonium, jam tunc nos vivos devorassent.* Speciatim ajunt se esse de genere נאנחים ונאנקים על תועבות *Gementium & clamantium propter abominationes, quæ fierent in populo Israelis*, quos *Ezechiel* designavit: tamen

p. mihi ג. vers. & p. ד.

Ezech. 9: 4. Chillouk M.S. p. א. vers.

men *una* tandem *abductos in captivitatem fuisse*, ubi *Prophetis* operam porro dedere. Ne vero gratis hoc affirmasse videantur, rationes ineunt, probant per partes, quid à singulis hisce *Prophetis* acceperint, quænam capita,
idem p. הה *Rabbinorum* commentis adversa, ex horum libris comprobentur; Quæ hic omnia referre nimis foret operosum. Specimina dabuntur deinceps. Inde ad *Prophetarum instituta*, ad explorandum utri cum hisce conveniant?
12 animose *Rabbanitas* provocant; acutè non minus quam fortiter concludentes, quorum anterior doctrina est, eorum & cœtū & communitatem merito
p. כ. vers. haberi priorem. Eleganter auctor Chillouk: ועוד יוכיח (sic censeo legendum) העקתקה אשר בידינו כי אנו ראשונים ונלמוד מן המצוות מי הראשון ונאמר כל מי שמצוות חדשות בידו הוא החדש *Vetus forma, qua est in manibus nostris, arguet, quod nos sumus antiquiores; Discamus ex institutis, uter sit prior? Dicamusque in cujus manu inveniuntur nova præcepta, & hunc esse novum, &c.* Ac, quando suam antiquitatem adversariis propter animum obfirmatum persvadere satis non possunt, audent diem, atque judicium sui Liberatoris (quem male adhuc expectant) appellare. Tum visuros, qui jam *credere detrectant.* כי אשר יקומו באחרית גלותינו הם אשר יקריבו ישועתינו . . . . כי אנחנו בני הנאנחים והנאנקים וקדמונים אנחנו מאחיכם *Quando in fine exilii exsurgent, qui prope adducent salutem, quod nos simus filii gementium atque clamantium* (Ezech. 9: 4.) & *antiquiores fratribus vestris* (Rabbinis.) Ista confidentia animi satis testatur causæ suæ sinceritatisque fiduciam habere. Et certè an ulla est sequela justior, clariorve, quam quæ ex prisca Dogmatum fide, alicujus Religionis & Sectæ demonstrat Vetustatem? Neque regerat quispiam, hæc dicere *Karæos* de se ipsis, adeoque parum in eo fidei mereri; Nam ita multo minus credi debuisset *Rabbanitis*, qvorum tamen relatione nititur omnis sequior de *Karæis* opinio, quia accusatores cum sint, iidem pro se, in sua causa judices agunt testesque, adversariis licet suis dudum agniti longè fabulosiores. Tum etiam haud nude affirmant, sed firmant *Karæi*. Dumque novitatem ipsis exprobrantes aliqui *Rabbanitarum* simpliciter hoc tantum asserunt sine teste, aut valida ratione; isti, qvod ponunt, Antiquitatis quodam consensu, & Doctrinæ propheticæ experimento eunt comprobatum. Inter Scriptores *Karæorum* est M. S. מושה בשיצי *Moses Beschitzi*, Pronepos celeberrimi istius *Elia Beschitzi*, qui librum edidit celeberrimum אדרת אליהו *Addereth Eliahu.* Hic nulli operæ nulli molestiæ sumtibusque pepercit, per *Assyriam, Chaldæam, Judæam, Ægyptum; &c.* peregrinatus, eo fine למצוא סבת המחלוקת וזמן החלוקה שבין הקראים והרבנים ומה שמצא כתב והשאיר אחריו ברכה *ut inveniret causam dissidii, & tempus Schismatis, inter* Karæos *&* Rabbanitas*; eaque*
13

qua

quæ invenit perſcripſit, ac reliquit poſt ſe hanc benedictionem, uti ait *Præfator.* Iſte igitur in libro ſuo M. S. מטה אלהים, *Baculus Dei*, ad duplicem cauſam refert, qvod hæ invidiæ & diſſenſus favillæ, jam ante ſub cineribus latentes, apertum fecerint incendium. Una erat *Politica*: Odium *Johannis Hyrcani* in Pharizæos, Karæis in vitæ fine impenſe faventis; altera *Eccleſiaſtica:* והסבה השני הוא ששמעון בן שטח חדש אשר חדש דת אחרת כאשר מלאו לבו אז; *Secundo in cauſa fuit Simeon BenSetach, qui alteram legem noviter induxit, prout tunc erat plenitudo cordis ejus* (confer phraſin Matth. 12: 34.) cui legi cum ſe *R. Jehuda Ben Tabbai*, aliique, acriter opponerent, diſceſſio facta eſt. Quæ ille plura latius ibi perſequitur, texens catalogum quoque Doctorum ſuorum, commodiorem infra locum invenient, hîc ſolum agitur antiquitas; poſt multa pandit, unde hæc habuerit, his verbis: לזאת הוכרחתי לבאר האמת מתוך ספרי חכמים כתיבת ידם ונכתבו קרוב לשלש מאות שנים כאשר מצאתי במצרים ליד ראש הדור החכם השלם נשיא אלהים רבינו שמואל הנשיא י״צו: *Ideo neceſſe habui veritatem ex medio librorum ſapientum M. S. explicare, qui jam exarati erant ante Annos prope trecentos, cum eos inveni in Ægypto ope Capitis noſtræ gentis, ſapientis conſummati, Principis Dei, Magiſtri noſtri Samuelis Præfecti.* שננקר עיני האומרים שדת בני מקרא חדשה *ut effodiamus iis oculos qui dicunt quod fides filiorum ſcripturæ, ſit nova.* Memorat hic nominatim aliquos ſuorum auctorum & longe plures poſſent adduci, niſi, quum pauca tantum exſtarent exemplaria M. S. S. frequenti perſecutione, exiliis, & hoſtium inſultu, de qvo vehementer datis ad me Literis conqueruntur, interiiſſent.

Non itaque comminiſcuntur iſta in ſuum compendium *Karæi*, ſed bona fide narrant, prout traditione Majorum & ſcriptis acceperunt. Cur enim fingerent homines, qui ſimplicitatem amant, honeſtiſſimum ab hoſtibus tulere teſtimonium, & præcipue parum in eo honoris, aut præſidii collocant; qui Religionis veritatem non ex antiquitate & Doctorum ſorie æſtimant, quemadmodum Rabbini, ſed potius ex Veritate & Verbo Dei adſtruunt antiquitatem. Egregie auctor חלוק M.S. loquens de *Karæis*; ואפילו אם הם אחרונים מה יזיק להם כי הם אחרונים ומה יועיל לכם
אם אתם ראשונים ובלא ספק כלנו נדע כי מבראשונה אבותינו אל החטאים רדפו.... ודור האחרון אל הטוב ירדפו 14
Et quod ſi forent poſteriores, quid hoc noceret ipſis? Aut ſi vos eſtis priores quid proderit vobis? Nam proculdubio id novimus, jam ab initio Patres noſtros peccatores affectatos fuiſſe; (id ex Precum confeſſione & ſacris literis probat) *Et* aliquando *Generationem quæ poſterior ſit, bonam* (viam) *inſiſtere*; conſequenter non ex *tempore*, ſed *doctrina* & *moribus* de hac re eſſe judicandum. Ideoque fidenter ad hæc experimenta provocat:

cat: נלמוד מן המצות מי הראשון ונאמר כל מי שמצות חדשות בידו הוא החדש והנה בידכם מצות חדשות כמו תורת בעל פה וחשבון מעננים והדחיות ושני ימים ראש חודש ושני ימים מועד ומצות חנוכה וכו"ל *Concludamus igitur ex praeceptis* (quæ quisque obſervamus) *uter noſtrum ſit prior; fateamurque eum, in cujus manu ſunt praecepta nova, illum eſſe novum; & Ecce! numquid in manu veſtra nova ſunt inſtituta?* e.gr. *Lex Oralis*, *computus Aſtrologorum* (in feſtis deſignandis) *prorogationes* (eorundem,) *duo dies* (loco unius) *quo celebrantur Neomenia, & Feſta; item inſtitutio Encaniorum, &c.* Hæc nempe ſunt inter illas παραδόσεις quas Rabbini ſtatuerunt, nunquam juſſit Deus, nunquam ante vel poſt Captivitatem Babylonicam obſervarunt Prophetæ, neque in hunc diem *Karai.* Qui ajunt facile hinc intelligi poſſe, ab qua parte genuina ſtet antiquitas. Alia adhuc ejusmodi exempla progreſſus exhibebit. Quid qvod Judicium *Prophetarum* non modo appellant, ſed audent plurium *Rabbanitarum* ſuffragiis hocce negotium permittere, qui vi veritatis adacti antiquæ *Karaeorum* Origini album calculum adjecerunt. Nos, illorum quoque prementes veſtigia, quoſdam in medium producamus, non numero ſed delectu pugnantes. Sanè quo quis Rabbanitarum doctior eſt, atque hiſtoriæ peritior, tanto magis videtur huic ſententiæ favere. Fama atque auctoritate *R. Moſes Ægyptius filius Maimonis* longe excellit. Eruditione & vetuſtate liber *Cozri* eſt admodum commendabilis. Diligentia & acri Hiſtoriarum inquiſitione inter Judæos *R. Abraham Ben Dior*, *in Kabbala*, cum *R. Abraham Zacut* in *Juchaſin*, ſunt inter Judæos celeberrimi; Tandem reverentia omnibus eminet *Miſna*, prior & ſanior pars Talmudis. Ex his omnibus ergo aliquid in hanc cauſam delibemus. *Maimonides* itaque in Commentario ad Maſſechet אבות poſtquam, *Sadducaeorum* 15 Cap. I.
& *Baithoſaeorum* veſtigatis incunabulis, commonuiſſet, illas *ſeparatas utique ſectas* fuiſſe אחד כת אחת וחברו כת אחרת in eo tamen conſpirantes qvod dicerent מאמין בתורה וחולק על הקבלה שאינו אמיתית *Credo in Legem, & rejicio* Kabbalam *quoniam non eſt vera*; in quo & mutuum ſibi præſtabant *auxilium*, alios adhuc nominat ejusdem opinionis. ומאז יצאו אלו הכתות הארורות של מינים ויקראו באלו הארצות ר"ל במצרים קראים ושמותם אצל החכמים צדוקים וביתוסים והם אשר התחילו להשיב על הקבלה ולפרש על הפסוקים כפי מה שירצה להם *Ac* JAM A TUNC EGRESSÆ *ſunt Catervae illa maledicta HÆRETICORUM, quae in his Regionibus, videlicet Ægypto, KARÆI vocantur, quamquam nomen ipſorum apud Sapientes ſit Sadducai & Baithoſai. Atque illi fuerunt qui inceperunt dicere contra* Kabbalam, *& Scripturas ſecundum ſuum exponere beneplacitum.* Nulli equidem, reor, mens tam læva futura eſt, ut contendat *Maimonidem* per *Karaeos* hic *Sadducaeos* & *Baithoſaeos* veteres intelligere

telligere. Qui enim posset unos Karæos facere duas sectas, quas modo memoraverat fuisse separatas? Sadducæorum stricte vocatorum jam ante originem retulerat; quæ ista inanis foret itaque Tautologia? quam futilis & supervacanea admonitio, illos a sapientibus appellari *Zadducæos* qui revera tales fuerant? Sed id agit, ut commoda hac occasione Lectoribus simul exponat qui? & unde? sint illi מינים *Hæretici*, sive *Karæi* (nam hæc nomina in Editionibus quoque Talmudis permutantur, ut ubi una legit מינות aliæ habeant קראים) quibuscum Judæis erat in *Ægypto* confligendum, ubi degunt frequentes: declaratque illos מאז jam AB EO TEMPORE extitisse, quo nata est Hæresis *Sadducæorum*. Imo ab ipsis COEPISSE *Disputationem* contra *Kabbalam*, adeoque hac sua hypothesi Hæreseos quasi signum sustulisse. Qui advertit quod hic *Maimonides* tradit, *Karæos* apud sapientes Rabbanitas venire nomine *Sadducæorum* & *Baithosæorum*, quod Cap. 2. etiam præmonuimus, una facile intelliget ad eos pertinere, quæ in libro celeberrimo מגלת תענית *Megillat Taanit*, cum per se satis antiqvo, tum etiam longe antiquioribus quos laudat subnixo, habentur: *XIV. Die Mensis Thammuz* omni *luctu planctuque*, ex Majorum jussu, *abstinendum*; qvod stante adhuc templo, vigente Synedrio, egregiam scilicet laudem & spolia ampla disputando contra *Baithozæos*, tulissent. Quæstio erat de Necessitate *Legis Oralis*; Achilles *Rabbanitarum* erat hoc argumentum: Exod 21:24. 25. Latam legem עין תחת עין שן תחת שן וג׳ si quis alium percusserit, talione mulctabitur: *Oculus pro oculo, dens pro dente, manus pro manu, vulnus pro vulnere, &c.* Petebant Traditionum Patroni, cum multi darentur Casus, quibus Talio locum habere non poterat, quos multis deducunt Rabbini in suis Commentariis v. gr. si edentulus dentem eliserit dentato, Cæcus, Cocles, Mancus alium truncaverit membro qvo ipse caret, &c. ut ostenderent ex Scripturæ literâ, quid tunc foret Judicii agendum? Si id neqvirent, agnoscerent ergo necessitatem *Legis Oralis*, הלא כתוב התורה והמצוה אשר כתבתי להורותם התורה אשר כתבתי והמצוה להורות.... ואותו היום שבטלוהו עשוהו יום טוב de qua nempe *scriptum sit* (Exod. 24:12.) *Dabo tibi ... & Legem, & Mandata quæ scripsi ad docendum eos.* Hæc ita explicabant: *Legem quam scripsi* (est lex Scripta.) *Mandata ad Docendum eos* (scil. *oraliter.*) *Et cum eos ita debellassent* (hoc admirabili acumine!) *sanxerunt* in tantæ victoriæ recordationem, *diem istum fore festum in perpetuum.* Res ipsa loquitur hic consueto *Baithosæorum* nomine traduci Scriptuarios; quo magis Sadducæi κυρίως dicti, cum essent secundum *Flavium Josephum* ὠμοὶ περὶ τὰς κρίσεις, non videntur adeo scrupulosi in his ad libellam exigendis fuisse; & hæc ipsa illa objectio est, quam, successus pristini

Cap. IV. 16

Antiq. lib. 20.

Lib. Cozri part. III. memores, Rabbi *Jehuda Levi* in *Cozri*, & alii Rabbini contra *Karæos* identidem repetivere. Quare Cap. 2. hujus libri Taanit habes etiam *αὐτολεξεί*: הקראים היו מצרים לבני ירושלם Tempore regni Hasmonæorum, *Karæi erant angustia prementes Hierosolymitanos, &c.* Inde est qvoqve, qvod probe hujus rei gnarus R. *Jehuda*, modo laudatus, licet acriter in suo libro disputet contra *Karæos*, nusquam iis *novitatem* exprobret; Sed è contrario
Cozri part. III. asserat vetustatem. Ubi mentio facta fuerat *Alexandri Jannæi* Regis, Rabbinorum *Jehudæ Ben Tabbai*, & *Simeonis Ben Setach* claris verbis hæc addit:
p. ט"ו fin. ובימיהם התחלה רעת הקראות *Horum diebus Dogma* Karaismi *incepit.* Eadem repetuntur in Libro Juchasin: ובזמן אלו המלכים התחילה גם כן כת
17 הקראים ונקראו גם כן צדוקים וביתוסים *Horum Regum* (*Johannis Hyrcani*, & *Alexandri Iamnæi*, filii) *temporibus initium cepit Secta* Karæorum, *qui etiam Zadducæi & Baithosæi solent cognominari.* Quin etiam in hoc libro *Iehudæ Ben Levi*, Rex *Cozar* disputans objicit Sectam *Karæorum* Doctori *Iudæo* ut jam diu notam, & pridem formatam; quæ nihilo minus, si sequamur opinionem Clarissimi *Ioh. Morini*, tempore hujus Disputationis ne quidem nata fuisset. Sedeamus parumper ad calculos: *Talmud*, ex recepta sententia, absolu-
Lib. 2. Exerc. VI. Cap. 3. tum A. C. 500. Verum *Morinus* multis contendit, *Talmud tribus prope seculis recentius esse, quam existiment Iudæi*; hoc modo rejicietur ad A. C. *prope* 800. Jam ab altera parte *Auctor Libri Cozri* vixit, uti tradit R. *Abraham Zacuth* in *Juchasin* Anno 849. Millenarii quinti, hoc est A. C. 1089. Istius scriptoris testimonio, quam tantopere extollit, non ægre acquiescet Doctissimus *Morinus*; verum ut liberales simus, cum auctore *Schalschelet hakkabbala* ponamus A. C. 1140. teneamusque unà qvod Rabbi *Iehuda* sive narret, sive fingat (id enim ad causam perinde est, noluit enim fingere impossibilia)
Lib. Cozri ab initio hanc disputationem cum Rege *Cozar* contigisse 400. *Annis* ante suam ætatem. Subductis hisce ab A. 1140. restat annus 740. quo habita fuerit disceptatio, in qua de *Karæis* agitur tanquam hæresi, inter Judæos notissima, qui Morino tamen Judice post absolutum Talmud prope A. C. 800. adeoque post hanc disceptationem demum erant creandi. Præterquam qvod aliquo tractu temporis adhuc fuerit opus, si occasione publicati Talmudis primum fuerint exorti, antequam illud legerent, examini subjicerent, oppugnarent, atqve in Sectam peculiarem secederent. Nollem Erudito
Dibre Malce Israel F. D. Edit. Ven. Viro talia excidisse. At nos pergamus. *Abraham ben Dior*, in *Kabbala* Historica, in rebus *Alexandri Iamnæi*, ejusque familiæ, ter meminit *Karæorum* nominatim. Primo, Regem *octingentis primariis viris Pharizæorum in vincula conjectis convivium suis Ministris instruxisse* על גג היכלו במקום גבוה ויאכלו וישתו וישכרו עמו גדולי הקראים *super tecto Palatii sui, in loco excelso, ubi dum ede-*

ederent, *biberent*, *largiuque se invitarent cum ipso Primores KARÆORUM*, *jussu regio hos* 800. *Pharizæos productos* ex carcere *suspensos fuisse ex arboribus* (aut lignis) *coram ipsis*, ad majus *ludibrium*. Deinde scribit Natum hujus *Aristobulum dilexisse admodum*, Patris exemplo, *Karæos*. אוהב את הקראים. Tandem, 18
Matrem *Alexandram* Reginam, mutatâ velificatione, sive ratio Status fecerit, sive sexus fragilitas superstitioni magis exposita, *Pharizæos* in tantum extulisse supra *Karæos*, ut etiam omnem licentiam concederet crudeliter in eos grassandi. הנה בידכם כטוב בעיניכם עשו להם *Ecce*, dicens, *in manu vestra sunt*, *facite iis quemadmodum bonum est in oculis vestris*; *quumque ab ea discederent*, *inciderunt in* דוכרוס והוא גדול שבקראים והכוהו לפי חרב וגם עם רב וכל" *Docrum qui Princeps erat* KARÆORUM *atque percusserunt eum gladio*, *cumque eo ingentem multitudinem*, *&c.* Nec plures libet, ne tædium obrepat legenti, proferre. Quibus hi testes non sufficiunt, vel mille alii non persuadebunt; quoniam hi auctores sunt omni exceptione majores. *Moses Ægyptius* insigni hoc, & nimis superbo, ipsis elogio nobilitatus: *à Mose*, (Propheta) *ad Mosen* (Maimonis filium) *non surrexit quispiam sicut hic Moses*. R. *Iehuda Levi*, qui *Cozri* composuit, tantæ est existimationis ut *Divinum* appellent; idque ex consilio *Rabbi Azariæ*, scriptoris *Meor Enaim*, suis inculcent discipuli, *Cave tibi ne deseras Levi* &c. *Abraham Ben Dior* ut Doctissimus, ita *Sanctus* & *Martyr* habetur. Librum *Iuchasin* ipse Clar: *Morinus Thesaurum* indigitat *Historiæ Iudaicæ*. Tum, qvod caput est, illi *Historiæ* & *Temporum*, quod rarissimum inter Judæos, bene gnari fuerunt, quorum adeo unius testimonium præstat centum triobolariis scriptoribus Hebræorum, qui talium rudes ὐ νοῶσι μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. Neque hujus teli ictum satis eludet Clar. *Morinus* monendo quod hic ספר תענית *Liber Taanit Talmude sit longè posterior*; *nec confundendus cum tractatu Talmudico ejusdem nominis & materiæ*. Quasi tyro hoc postremũ ignoraret; & quoad prius non esset omnibus perspectum, hoc in negotio non esse attendendam ætatem *Scriptoris*, sed tempus quo narrat *rem gestam* accidisse; quod tempus non tantum *Talmude*, sed ipso Christo est prius. Potest junior Historicus etiam de rebus dudum gestis fidem mereri. sin, quid fiet de primis quos habemus? Nec solum fides ex libro *Taanit* pendet, verum antiqvissimo *libello Statutorum*, ספר גזירות quem citat; atque adeo ex ipsis *interdictis* de *non jejunando &c.* quæ non nisi sedente Synedrio, & stantibus Hierosolymis 19
decerni potuerunt. Videtur iste Liber Taanit esse quoddam Compendium, aut Syllabus decretorum de *Planctu* & *Iejuniis*; & tam vetustus saltem ut Auctoris nomen, & Libri ætas diuturnitate sint obliterata. Haud multo melius effugium est respectu reliquorum testium reponentis: *Plerique Sad-*

Lib. 2. Exercit. VII. Cap. 2.

1. Tim. 1:7.

Libr. 2. Exerc. VII. Cap. 3. §. 9.

Cap. IV.

Sadducæos antiquos cum Karaitis confundunt. Subinnuendo quasi ex isthoc errore tantam iis adscriberent Vetustatem. Verum benè est observandum, qui *nomen* aliquod facit commune, non statim ideo *Sectas*, earumque *ætatem* confundit. Qui *Socini* e. gr. opinionem de Christo amplectebantur olim, à Nostris Theologis *Ebionitæ*, *Samosateniani*, *Photiniani*, *&c.* sæpe vocabantur; neque tamen licite inferam ergo *Ebionitas*, *Samosatenianos* &c. eosdem per omnia cum *Socinianis* credebant; & (quod ridiculum foret) non ante *Socinum* natum extitisse. Hujus permutationis nominum alia, & nisi fallor, melior causa est data Cap. 2. Immo tantum abest, ut hosce, sicut *Morinus* causatur, *confundant*; ut è contrario potius laudati à me Auctores, ne ab aliis forte confunderentur, accurate distinguant. De Part. III. *Maimonide* jam supra probatum. R. *Iehuda in Cozri* aperte loquitur tanquam de diversis, qvi *se invicem corroborarunt*, dum *Karæi* sua *conjungebant* studia *cum* Pag. 15. *aliis* (Sectis) *legem oralem rejicientibus*, plane ut audivimus supra Maimonidem hoc ipsum affirmantem. Sed de eo latius, cum Capite singulari inquisitionem instituemus, *an Karæi unquam fuerint Sadducæi proprie dicti?* Jam opus non est hanc exceptionem multis refellere, dum Clariss. *Morinus* tandem agnoscit: *Alios* (addam ego doctiores) *Iudæos, ingens discrimen Doctrinæ Karraitarum & Sadducæorum perspectum habentes, Sadducæos à Karaitis distinguere.* His assentitur ipse Vir Doctissimus. Adeoque necesse habet fateri, illam *confusionem* non esse in causa, cur *Karaitæ* censerentur antiqui; cum Antiquitatem iis servent, illi etiam peritissimi Judæorum Scriptores, qui discrimen inter utrosque perviderunt, notarunt. Excussus hoc præsidio, qua rima tandem elabetur? latissimâ; modo se Lector præbeat τ'αχυπειθῆ. Qui benè scilicet distinguunt, male computant. Hi *in assignatione temporis achronismum* (inquit) *præcedente vix minorem committunt.* Non credis? Affirmat simpliciter *Morinus* etsi contra Hebræorum Chronologorum stent doctissimi. Sumit ille, qvod in quæstione est, atqve ante
20 omnia probandum; Hi probant: Rabbanitæ ex Historiis, Karæi מפרשים ex *objectionum* veterum indicio, qvæ sunt totæ *Karaiticæ*, Ambo ex gestis quæ evenerunt. Denique asserit iste, copiis in arctum conclusis, qvod erat in rem suam; ut qvomodocunqve arreptam hypothesin queat tueri. At vero eruditissimi Rabbini, qvos adduxi, non levi suæ causæ præjudicio Karæorum Antiquitatem ultro fatentur; Et qvod magnopere notandum est, illi fatentur *Rabbini*, iisque in Libris, quos eum in finem ut *Karæis* opponerentur, maxime composuerant. Quemadmodum apparet ex *Cozri*. *Abraham Ben Dior* de sese, principio Libri ac fine, id profitetur, & ita de aliis. Jam quæso, qvis cordatus sibi facile persvadebit acerrimos hostes,

eadem

eadem manu & ſcriptione, qua decus & dogmata *Karæorum* pro virili convellunt, tantum ipſis Antiquitatis honorem conceſſuros, niſi rigido examine comperiſſent, hoc iis ex vero deberi?

Sed tantas tandem aliquando lites ipſa *Miſna* componat; in qua cum diſerta fiat mentio *Karæorum*, extra controverſiam eſſe debet, iſtos jam ante *R. Judam Haccadoſch*, *Miſnæ* Architectum ſub *Antonino Pio*, A. C. circiter 150, ut vulgò putant, & non demum ut Vir Cl. pertendit, ſub finem VIII. ſeculi, innotuiſſe. Reperitur ille locus in Cod. *Megilla*, ubi diſquiritur de figura Cap. III. *Tephillin*; ac de loco capitis, & manus, cui convenit aptari. Patroni Legis p. כד verſ. oralis *Pittaciolum capitis* imponunt, ſecundum *Rambam*, *à principio radicum* Hilcot Te- *capillitii in fronte*, *usque ad extremitatem loci, quo cerebrum* (cranium) *infantis ad-* phill. *huc molle eſt*. Manus autem, in *ſuperiore parte brachii, quà maxime carnoſa eſt*. At ſi cogitet aliquis, iis locis, quibus mandati finguntur *Tephillin*, legimus Exod. 23:9. אות על ידך ולזכרון בין עינך *ſignum in manu tua*; *& memoriale inter oculos*; id Deut. 6. nihil morantur Talmudici Doctores, dum aliter acceperunt per *Kabbalam*; A. Ezra in quæ *per ſe valida*, *non eget probatione* דברי הקבלה חזקים ואין צריכין חזוק, Loc. adeoque, ſi quis in *manu* indueret, aut *intra oculos*, audacter id Traditionarii damnant hac *Miſna*, his verbis: נתנה על מצחו או על פס ידו הרי זה דרך הקראים *Quod ſi aptaret fronti*, *aut palmæ manus*, *ecce hic modus agendi foret* KARÆORUM. Nihil eſt evidentius. Quo igitur vertet ſeſe Cl. Morinus? Cum aliud non ſuppetit, ſollicitat Lectionem, aitque de *Viro egregie docto*, 23 *qui hunc locum* qvoqve *attulerat*, *dum alterius citationi fidit*, *deceptus eſt*; *fert enim textus* הרי זה דרך המינות *talis eſt ritus Hæreſis* .... & *nusquam* nec in *gloſſa*, nec in Talmude τῶν *Karaim mentio*. Sanè qvisqvis ille fuerit Vir egregius, non eſt commeritus hanc notam: non modo *deceptum eſſe*, ſed poſuiſſe, qvod *iterum falſum eſt*. Si dicere fas eſt, dupliciter hîc magis ratio fugit doctiſſimum *Morinum*. Verum eqvidem eſt in *Talmudis editione Veneta* omnium primâ, hic loci מינות excuſum; at non minus verum in duabus aliis editionibus, *Baſileenſi* & *Amſtelodamenſi*, quas conſului, clare legi קראים. An iſtas Pariſiis, ubi locupletiſſimæ patent Bibliothecæ, non vidit? an ergo *nusquam* mentio habetur קראים? Potuit editio Veneta, primo partu, licet elegantiſſimis characteribus deſcripta, ſeqvi exemplar M. S. hîc non ſatis exactum; potuit Editor habere ſuas cauſas, dum pauci erant inter Chriſtianos hujus Literaturæ cultores, ut *Karais* etiam redderet vendibiliorem; potuit aliud ſubeſſe, de quo conjecturam permittimus Lectori. Hoc certum eſt *Baſileenſes* & *Amſtelodamenſes* non caruiſſe ſuis rationibus, cur קראים & non מינות, à Veneta diſcedentes, excuderent. Et quænam potior, quam quod conſultis pluribus M. S. S. in iis vocabulum קראים inve-

vene-

venerint? prout secundæ curæ, & editiones, plerumque solent esse me-
liores. Amstelodami eqvidem doctissimi sunt Iudæi: Plena iis libertas,
& nulla, quæ alibi sæpe, vel celandi vel interpolandi necessitas. Quic-
qvid sit, etiamsi jam legeretur מינות, nihil admodum profecerit Cl. *Mori-
nus*; qvia vel sic esse accipiendum *de Karæis*, qvorum מינים est familiare
cognomentum, summi docent Explanatores, *Maimonides*, *Jarchi*, *Barte-
norah*, *&c.* *Maimonides* זה דרך מינות לפי שהוא הולך אחר לשון התורה
ממש לפי דעתו *hæc via est Hæreseos, quæ observat Legis dictiones proprie, ex sensu
suo, acceptas.* *Bartenorah*, הרי זה דרך מינות שבוזים דברי חכמים והולכים
אחר משמעות המקרא *Ecce hæc via est Hæreseos, quæ contemnit verba Sapientum,
& sequitur Literam scripturæ.* R. *Schelomo Jarchi*, celeberrimus Talmudis
Commentator, ante 600. Annos fere, jam sic legit, aut ad minimum
fuit interpretatus, הרי זו דרך הקראים שמבוזין מדרש חכמים והולכין אחר
22 המשמע וגו' *hæc ratio agendi Karæorum, qui spernunt expositiones Sapientum, litera-
lem sensum secuti.* Si his non auscultet, si aliam *Sectam* intelligi velit *Morinus*,
nominare debuisset. Non poterat. *Sadducæi* enim, vel teste Hierony-
mo, diu ante desierant. Relinquitur ergo, in *Misna* sive ῥητῶς nominari,
sive certò designari *Hæresin Karæorum*; qvorum in *Cozri* & passim definitio
est, quam hîc dant interpretes, qvod *propriam sapientiam & sensum literæ in* ex-
ponenda *Lege* sequantur. Hæc de Textu; cujus dum lectionem carpit V.
D. genuinum qvoque sensum non satis videtur assecutus. Vertit enim:
talis est ritus hæresis; quod eum, nisi fallor, sensum fundit, ac si illa collocatio
תפלין de qua *Misna*, esset *ritus* & ceremonia illorum *Hæreticorum*. At hæc
mens non fuit Auctoris. Ubi namqve Morinus *Hæresin*, à Rabbanitis sic
vocandam, in Historia Judæorum inveniet, quæ hunc *ritum* usurpaverit?
Karæi nusquam adhibent. Ita nec Sadducæi; præterquam quod illi non
amplius supererant. Sed hoc voluit Misnæ promus, si quis *Thephillin* ad-
mittens, existimaret alligari debere in *fronte* & *manu* vi verborum Exod.
13:9. illum insistere *viam Karæorum, aut Hæreticorum* in eo, qvod secundum
literam & opinionem suam S. Scripturas acciperent; cum tamen רבותינו דרשו
בגזירה שוה בין עיניך זה קרקוד וגו' *Rabbini exposuerint, argumento à pari, in-
ter oculos tuos, id est in vertice*, &c. ut *Raschi*, ex Mass. מנחות hîc anno-
tavit.

Superest, ut breviter de primo usu *nominis* קראים aliquid addamus.
Ait Clar. Morinus, *non nisi post publicatum Talmud .... reperietur nomen Kar-
raitarum.* Id sequitur ex priori, nam si ne quidem ante *orti* sint, speciali
hoc nomine, ante non inclaruerunt. Quando quidem jam altior Sectæ
constat origo, de nominis illa minus videtur laborandum; quia nomina
cum

cum tempore variant, & subinde mutantur. Levioris itaque momenti hæc est velitatio. Quamobrem verbo tantum notamus, contrarium tamen hujus assertionis, quam tam securè ponit Doctissimus Morinus, similius vero videri, ex iis quæ attulimus. Memoria etenim קראים in Disputatione Regis *Cozar* cum Judæo doctore æram *Talmudis* absoluti *Morinianam* antevertit. Si *Misna* hoc vocabulum repræsentet, ut plane est probabile; nullum dubium restat. Liber *Taanit* & *Abraham Ben Dior* jam tempore *Al. Iamnæi Karæos* hoc nomine inducunt. Id si quis dicat per Anticipationem factum, non dicendum sed probandum est. Sectarum appellationes, quæ à Dogmate desumuntur, solent fere esse priores, & æquævæ dogmati suppullulanti; dum enim auctor initio latet sæpe, vel certus est; & tamen enata Hæresi opus est nomine distinctivo, ut de ea loqui possimus, nihil promtius meliusque ad manum est quam nomenclaturam statim indere à primario capite doctrinæ, quam profitentur. Id omnibus seculis fuit usitatum. Tale vero est nomen קראים. Neque de nihilo forte est, qvod *Maimonides* animadvertit hoc nomen cœpisse in *Ægypto*; nam ab *Alexandria Ægypti* redux *R. Schimeon Ben Setach*, ut narrant *Karæi*, incepit hæc legis oralis mysteria venditare atque urgere. Tum קראים *Karaim* vocabantur, ceu observavimus, in malam partem & dicterio; ad dicteria erant *Ægyptii* & præcipue *Alexandrini* propensissimi, exemplis sine numero obviis in historia; etiam optimi Principis *Vespasiani*, quem *κυβιοσάκτην vocare perseverarunt*. Non video, quid vetet suspicari, Disputationis acrimoniam mature satis, Alexandrina scurrilitate, hoc cognomentum peperisse, ad contumeliam quasi, (ut Nostri Reformatores audiebant *Evangelici*, &c.) a se tamen, qvod Legem scriptam propugnarent, in materiam laudis postea convertendam. Sed hæc conjectura magis esto, erudito Lectori arbitranda, quam definita sententia. Sicut & hoc qvod seqvetur.

23

Sveton. Vesp. Cap. XIX.

R. *Elias Levita Germanus* meminit cujusdam *R. Eliezeris*, quem *mortuum suæ ætatis homines plangebant elogio* קראי (ejusdem formæ cum בנאי) qvod significet *exercitatum in Bibliis*. Etsi non nimium refragari velim, meretur tamen disquiri, an hoc non etiam ad superiora queat pertinere. Nisi ita sit, dicant mihi Viri Docti, si קראי sit nomen appellativum, ut בנאי, cur igitur nec *Kimchi* in *Michlol*, nec *Aruch*, aut *Mousaph Aruch*, nec *David de Pomis*, neque ex iis Celeberrimus *Buxtorfius*, qui sunt Doctissimi Lexicographorum, illud hoc sensu exhibuerunt? si non subodorati sint Hebræi, eo spectare, quod silentio potius obruendum sibi statuerent, secundum illud vulgatum de *Karæis* "שרי *nomen impiorum putrescat*. Benè multi fuerunt *exercitati* in S. Literis; deberet itaque, si hic sensus subesset, hoc elogium esse frequen-

In Tisbi.

24 quentissime datum, & plurimis; ut גדול, חכם, חסיד &c. at nunc admodum paucis, & obscurioribus, id invenitur tributum. Deniqve ii, qui inter *Rabbinos* jam peritiam Scripturæ habebant, non tam ea laude, quam quidem *Kabbala* notitia censeri voluerunt: Quibus hæc familiaris admonitio: *Mi fili attende magis ad verba Scribarum, quam ad verba Legis.* Illud qvodammodo colligi posset ex historia R: *Jochanan* & R. *Eliezeris.* Si idem sit cum illo *Elia* (nam plures sunt ὁμώνυμοι) personam; sin alius, rem tamen declarabit. Ad verba Exod. 34:27. כתוב לך את כל הדברים *Scribe tibi omnia hac verba*, observabat R. *Eliezer* תורה רוב בכתב ומעות על פה *Lex plurima in Scripto, pauxillum in Ore*; hæc sapiunt *Karaismum.* Contra R. *Jochanan* dictitabat: רוב על פה *plurima oralis.* Quia dictum est עַל פִּי *Secundum OS horum verborum percutiam fœdus*; &c. Hæc sententia, hoc argumentum palmarium est *Rabbanitarum.* Et quando Elias Levita קראי ibi explicat per בעל פסוק *Dominus Scripturæ*, hæc explicatio etiam mirifice congruit suspicioni, quandoquidem בני מקרא *filios Scripturæ*, בעלי מקרא *Dominos Scripturæ*, notissimo ἑβραϊσμῷ, sese *Karæi* ordinario appellant. Multa qvoqve à *Karæis* profecta inveniri in Rhapsodia *Talmudis*, ipsi quidem affirmant. R. *Aaron Karæus* in libro suo המבחר *Hammubhchar* loqvens de *Talmude*, & *Rabbot*, &c. רוב אמריהם דברי אבותינו הם *Multa dicta*, quæ ibi habentur, *sunt verba majorum Nostrorum*, quæ illi sublegerunt; quemadmodum etiam Evangelii quasdam Parabolas. Et hæc non minima ratio videtur, huc usque non animadversa, tot contradictionum, quæ illic occurrunt, & sententiarum, quæ ipsi Talmudicæ Doctrinæ sunt injuriæ. Verum id ἐν παρέδῳ. Adjungamus, qvod de R. *Jochanan*, & eodem R. *Eleazare* ejus *Discipulo socioque* legitur in *Juchasin*; quomodo, quia tutum non erat aperte, modestiæ prætextu declinaverit *Kabbalam* discere: *dixit R. Iochanan* ad hunc *R. Eleazar, Veni & docebo te* (hebr. אגמרך unde *Gemara*) *opus Quadrigæ.* Cui ille respondit: לא קשאי *nondum senex sum.* Cum jam *R. Iochanan* fatis concessisset, R. *Ase* illum adortus est, *veni* &c. iisdem verbis, regerentem: *quod si dignus fuissem, jam didicissem a R. Iochanan magistro tuo.* Unde tale Judicium incurrit אם יכפור ר״ יוחנן ברבי אלעזר תלמידו לא יכפור ברבי ינאי רבו

25 *si R. Iochanan abnegabit R. Eleazar Discipulum suum* (eadem loqvendi modo qui est Matth. 10:33.) *non abnegaturus est R. Iannai suum præceptorem.* Ausus fuit idem *in partes ire* (חלק) *de ratione sanctificandi Neomenias*; quæ princeps Quæstio est, qua *Karæi* à *Rabbanitis* distrahuntur. Si ista non conficiunt R. Eliezerum הקראי fuisse *Karaitam*, & *nomen* istud jam olim iis inditum, de qvo judicent Docti; hoc saltem novo documento evincunt, *Karæorum* dogma antiquius esse, quam credi voluit *Scaligeri* Antagonista.

[Margin notes: Jalkout in Exod. — Juchasin ex Mass. Baba Bathr. &c.]

CAPUT

CAPUT IV.

Antiquitas dissensionis probatur rerum documentis, in omnibus Festis, ex variis auctoribus M.S.S. *Diversitas in tempore* Neomeniæ. Mactandi agni Paschalis, & comburendarum reliquiarum. *In* Festo Pentecostes; *quid* Crastina Sabbathi? *Pentecoste Karæis semper incidit in diem Solis. Disputabant* Karæi *contra Beth Hillel. Iam tunc ista Partes duæ inter Doctores Hebræos. In* Festo Expiationis; *ubi controvertitur* tempus, *&* locus *ubi S. Sacerdos incendet Suffitum. Origo* Juris Jurandi *ab eo dati. In* Festo Tabernaculorum *dissensus de* genere Arborum, *de* Mensura *Tabernaculorum*, *de* ניסוך המים Aquæ effusione. Joh. 7:37. *Sacerdos quidam effudit aquam ad pedes*, &c. *Hi non proprie* Sadducæi *sed* Karæi. *Objectiones contra Antiquitatem Karæorum* J. Morini, & R. Simonii *confutantur. Hebræis olim* literæ *quædam* Vocales.

POterant hæc satis ad institutum, & probandam Karæorum antiquam
Originem videri. Nam præter Doctrinæ σύγκρισιν, ad quam hi
provocarunt, non aliunde melius cujuscumque Societatis Vetustas,
quam ex narrationibus veterum Scriptorum intelligi potest. Quibus si accedat ipsorum qvoque hostium testificatio, omnis ansa præcluditur ambigendi. Verum quia rerum qvoqve documenta nobis ad manum sunt, quæ verbis præponderant, & eadem opera aliqua forte minus intellecta possint illustrari, age, ejusmodi quædam pro Coronide addamus; objectionibus Clar. Morini simul hoc capite responsuri. Procedat itaqve in numerum hæc observatio, non pauca Doctrinæ & Rituum capita, de quibus *Karæi* cum *Rabbanitis* contendunt, jam olim longe ante obsignatum
Talmud, imo ante excidium Reipublicæ utrimque agitata fuisse; adeoque. 26
eorum dogma, & ob dogma dissensum jam tunc viguisse; etiam in ejusmodi ritibus, quibus destructo templo non adeò vel locus erat, vel occasio. Utque id pateat evidentius, quia nihil æque publicum atque illustre est in Judæorum gente, quam *Festorum* solennitas, ostendemus breviter in uniuscujusque Festi observantia fuisse aliquid in qvo pertinaciter usque ad hunc diem discreparent. V. G. in figendo die *festi Neomeniæ* disputant an fieri debeat בראייה ex *apparitione nova* Lunæ, an בחשבון ex *Calculo Astronomi-*
co? qvod censent Rabbanitæ; de eo jam olim dissensêre. תיקון הקראים p. כא
Tikkoun Hakkaraim M.S. iis exprobrat quod *Sacrificium Novilunii* aliquando offerant adhuc *Luna vetere* haud planè præterita, adeoque contra Legem, & rationem. Verum inquit אנחנו הקראים אין עושין זה הדבר כמו הרבנים
אבל

אבל ראשי חדשים כל אחד ואחד בעיתו ובמקומו *Nos Karæi non ita hanc rem facimus ut Rabbini, sed Capita Mensium singula suo constituta tempore & loco.* Id pervulgatum est; non item quod hæc altercatio sit adeo antiqua, ut jam *R. Eliezer* חולק עם רג״ בקידוש החודש אבל אחר שמת רבן גמליאל רצה רבי יהושע לבטל דבריו *disputaverit contra R. Gamaliel*, (qui erat Astronomiæ peritissimus, ut Talmudici narrant) *de ratione Sanctificandi Neomeniam*; ea vi & applausu, ut *mortuo Rabban Gamaliele R. Iosua voluerit omnia ejus verba* (statuta) *antiquare*; & absque intercessione R. *Iochanan* factum fuisset. Tum gloriantur *Karæi*, qvod non per Calculum Astronomicum, sed methodum suam recte disposita fuerint *Sacrificia.* "זה טוב ואמת ועשו הקרבן בחדשו ככ בתורה עולת חודש בחדשו ואם יעשו ראש חודש בלא ראייה לא יתכן כי הם יעשו ראש חודש בלא ראייה חסר ואולי אותו החודש היה מלא ועשו בזו החודש שעבר שני קרבנות בראשיתו ובאחריתו והחודש הבא יצא בלא קרבן וזה חטא ועון *Hoc* (Karæorum institutum) *verum probumque est. Namque illi faciunt Sacrificium in mense suo, secundum id quod scriptum extat in Lege, Holocaustum novi mensis in mense suo; at vero si faciunt Novilunium citra apparitionem* (Lunæ) *hoc sibi non recte constabit. Neglecta enim apparitione facient* V. Gr. *Mensem cavum qui sit plenus, atque ita in isthoc mense, qui præteriit, facient duo sacrificia, unum initio, alterum in fine; & sequens Mensis sine sacrificio abibit, quod magnum est peccatum & iniquitas.* Unde, fatentibus qvoqve *Rabbanitarum* Primoribus, illa *Karæorum* methodus בראייה *per apparitionem* (Lunæ) quicquid reclamet R. *Saadiah*, cum maxime sub Templo secundo obtinuit. Primum Anni *Festum*, ex Majoribus, est *Pascha.* Super hoc de variis digladiantur, docente R. Eliahu Karæo in Libro אדרת *Addereth*: בזמן שחיטת הפסח primò *de tempore mactandi Agni Paschalis*, ubi hæc notabilia leguntur: ולכן נחלקו חכמי ישראל לשתי גדולות תורות (an תירות sit legendum vix liquet) התורה האחת הם חכמי הקראים שאומרים שהפסח היה נשחט אחר שקיעת השמש שיקרא הזמן ההוא בין הערבים והתורה השנית הם בה׳ שאמרו שבין ערבים הוא משעת נטות השמש לפאת מערב משש שעות ומחצה מהבוקר וכל׳ *Et propterea scissi sunt Sapientes Israelis in duas Confessiones*, (an Leges?) *Magnas*: *UNA CONFESSIO erant Sapientes* Karæorum, *dicentes, quod Pascha mactandum sit post occasum Solis; quoniam hoc tempus est, quod proprie vocatur inter Duas Vesperas. CONFESSIO SECUNDA erat Beth Hillel, statuens quod inter duas Vesperas sit à tempore, quo Sol inclinat ad latus Occidentis, id est à Sexta hora & dimidia, si diem numeres ab ortu.* Deinde lis erat de *Die qvo cremandæ reliquiæ* cœnæ Paschalis. Idem *R. Eliahu*: אמנם בשריפת הנותר אמר בה׳ שהיה נשרף ביום ו׳ כי כן פרשו ומאמתי אתה שורף מועד צאתך מארץ מצרים רל׳ שינתן לבית השריפה וישרף בו׳ ופירשו במאמר ולא תותירו ממנו עד בוקר והנותר ממנו עד

R. Abrah. Zacuth in Juchasin.

Tikkoun Cit.

27 in Adderet Eliahu קדוש חדש Cap. IX.

עד בוקר באש תשרופו נתן בוקר על בוקר ללמדך שהנותר ישרף עד בקרו של שני . . . ואמנם חכמינו עה׳ אמרו שהיותר נשרף ביום טו׳ לפי הפשט הנכון . . . והבוקר הוא אחד באמת שהוא בוקר טו׳ וכו׳ *Equidem de comburendis Reliquiis statuit Beth Hillel quod sint cremandæ die XVI. Sic enim sciscunt, à quo tempore tu comburis? tempore exitus tui ex terra Ægypti* (Deut. 16:6.) *ac si hoc vellet dicere quod ferendæ essent in domum Combustionis die XVI.* (eo nempe supponunt Israelitas egressos) ideoque sic exponunt illud dictum Exod. 12:10. *Et non relinquetis aliquid ex eo usque ad* Mane, *& quicquid ex eo supererit usque ad* Mane *igne abolebitis; ponitur* Mane *juxta* (alterum) Mane, *ut inde discas, quod residuum comburetur* Mane *diei secundi. At certe Sapientes nostri, super quibus pax, censuerunt, quod esset comburendum die XV. secundum simplicem & aptissimum sensum; nam illud* Mane (quod ajunt bis repeti) est *unum idemque mane diei XV. &c.* Denique controvertebatur de multis aliis: de Die qvo liceret *redire* p. 28 כט,כז,& domum *ad tentoria*, de qvo multis agit R. *Aharon Eliæ filius* M. S. & pro altera parte *Aben Ezra* ad Deut. 16:7. Etiam de *Personis*, ad quas *oblatio Paschatis* p. לט verf. הקרבת הפסח spectabat. Iterum *R. Eliahu*, scriptor *Addereth*: אמנם בה׳ חיבו הנשים כהקרבתו אבל אם נדחו בפסח שני הם ברשות רל׳ הדבר תלוי ברצונן להקריב או שלא להקריב וראוי לתמוה בזה כי למה נתחיבו בראשון ולא בשני והנה בחיוב הפסח אין הפרש בין פסח ראשון לפסח שני סוף דבר חכמינו עה׳ פסקו ואמרו שזה אינו חיוב אלא לזכרים הבוגרים *Domus Hillel utique obligant mulieres ad ejus* (Paschatis) *oblationem*, sic ajunt, *sed si à Paschate primo impediantur, Secundum iis esse liberum; hoc est rem pendere ex illarum arbitrio sive velint, sive nolint, facere oblationem. Quod sanè merito subit mirari. Cur enim obligantur ad Pascha primum, & non ad secundum? cum, ecce, inter Pascha primum & secundum nullum discrimen sit, quod quidem attinet obligationem. Summa est, Sapientes nostros, supra quos pax,* (aliter) *decidisse, dicendo nullos ad hoc teneri nisi mares, jam pubertatem adeptos,* Hinc fieri potest quodammodo judicium de itinere *Mariæ*, & D. *Iesu* duodecennis, ad Festum *Luc. Cap. secundo.*

In Festo *Pentecostis* magno sententiarum divortio quærebatur, unde *septem Hebdomadæ* numerandæ caperent *initium*, & in *quem* septimanæ *diem Pentecoste* incideret? Numeratio dierum quinquaginta, quod inter *Pascha* & *Pentecosten* erant interjecti, ex præscripto Legis inchoanda erat ab *Manipuli*, sive עומר, oblatione, Lev. 23:15. Manipulus vero offerendus ממחרת השבת ibid. *Crastina Sabbathi.* Cujus phraseos ambiguitas ingens rursus peperit discidium. *Karæi* definiebant hoc Sabbathum intelligendum de *Sabbatho* κυρίως & *Septimo die*, quem שבת בראשית *Sabbathum Creationis* ordinario vocant. Traditionum Defensores, de *Die Festo*, & *primo azymo-*

Lib. [illegible] *Azymorum*, quem *Sabbathum* analogicè censebant appellari. R. *Eliahu* Ka-
חג *raeus* hoc argumentum fecit Capiti 1. בראיות שהביאו בה' לאמת שמחרת
השבעות שבת היא מחרת יט' הראשון משבעת ימי מצה והתשובות עליהן *De probatio-*
Cap. 1. *nibus quas adducit Domus Hillel ad confirmandum quod* מחרת השבת *Crastina Sab-*
29 *bathi* Lev. 23: 15. *sit Crastina diei Festi, sive primus VII. Dierum Azymorum; & re-*
sponsiones ad eas. Caput IX. ipsi est בספירה *de ratione numerandi*, ubi hæc le-
go: אמנם חכמי ישראל בזמן הספירה נחלקו לשני חלקים האחד דעת חכמי
הקבלה שאמרו ראוי להיות הספירה בערב כדרך ימי התורה שהם מערב עד
ערב והשני הם חכמי מקרא שאמרו שהספירה ראוי להיות בבוקר שתחלה
היא מיום הבאת העומר שהיו מקרבין אותו בבוקר כימי הקרבנות שהם מבוקר
עד בוקר .... אמנם חכמינו נתנהגו לספור בבוקר בזמן הקרבת העומר *Ce-*
terum Sapientes Israel N. B. eo tempore, qvo numerabant (dies Pentecostis) *scinde-*
bantur in duas partes. Una erat opinio Doctorum Kabbalæ, *qvi dicebant esse consen-*
taneum, ut numerandi initium fieret à Vespera; eodem modo qvo dies in Lege à Vespera
ad Vesperam computantur; Altera erat Sapientum Scripturæ, qui statuebant conve-
nire, ut numerarent à Mane; *qvoniam initium erat sumendum à die oblationis* Ma-
nipuli qvem offerebant Mane, *habita ratione Dierum Sacrificalium, qvi procedunt à*
Mane *usqve ad* Mane .... *Utique SAPIENTES NOSTRI CONSUEVERANT*
NUMERARE A MANE EO TEMPORE QUUM OFFEREBATUR MANIPU-
LUS. Porro hinc consequebatur quod ipse *Pentecostis* dies *Karæis* incidat in
diem primum Septimanæ, qui *Solis*. Variis rationibus hanc suam expositio-
nem subtiliter statuminant, etiam ex *Iosua*. Auctor חלוק M. S. יהושע
מעיד בכם כי חג השבועות לעולם אחרי שבת בראשית *Iosua etiam contra*
vos testatur qvod Festum Hebdomadum perpetuo agatur (die) *post Sabbathum Creatio-*
nis hoc est VII. luce. Verum illa fundamenta commodiore loco (si Deus
velit) proferentur. Illud hinc modo teneamus, jam חלקים duas PARTES
fuisse, Karæorum & Kabbalistarum *eo tempore, quo* adhucdum *offerebatur ma-*
nipulus, stante Templo secundo; *disputationes* crebras viguisse inter eos, &
Domum Hillel, quæ passim ad partes vocatur; eorum rationem figendi
Neomenias, quæ fuit eadem Antiqvorum Prophetarum, adhuc diu obti-
nuisse, & *Sacrificium Novilunii* justo tempore ideo peractum; quæ omnia
clarissimè his testimoniis continentur. Quamquam unà fatendum est,
inde post *Alexandram* Rabbanitarum sententiam, & partes fere potiores
fuisse, uti videbitur inferius. Persequamur reliqua. Sanctissima Diei
30 *Expiationum* solennitas, quæ pacem inter homines præviam exigens, cum
Deo faciebat τυπικῶς, dissidentes tamen de hac ipsa ceremonia opiniones
in gratiam reducere haud potuit. Constitutus erat huic operi *Dies* X.
Mensis septimi anni Sacri, qui est *Tisri* Lev. 16:29. & Cap. 23:27. Occasione
calculi

calculi Astronomici, in sacra tempora ab Rabbinis introducti, recurrit hic iterum Quæstio de *tempore*. Exprobrantibus *Karæis*, quod *Rabbini* diem, qui revera *nonus* Mensis, aliquando pro *decimo* celebrent. In Libro *Cozri*: Parte III.
והכם׳ מקשים להם בראיית ירח תשרי אין צמתם צום כפור בתשעה בתשרי
ipsi (Karæi) *difficultatem Rabbanitis objiciunt ex* Φάσει sive *apparitione Lunæ in Tisri* (dicentes) *numquid jejunatis jejunium Cippour nono mensis Tisri?* (qui respondet nostro fere Septembri) cum Lex tamen præceperit *decimum* diem. Ad hæc ita commentatur R. *Muscatus*, ex Versione Clarissimi, & Meritissimi *Joh. Buxtorfii*: *Apparet illos contra nos argumentari à corruptela aliqua, quæ sequitur ex recepta nostra ratione intercalandi, juxta quam constituimus tempora stata & solemnia. Respiciunt enim ad id, quod ex nostra Intercalatione Augustus perpetuo sit Cavus* (*Parenthesi inclusit Celeb. Buxtorfius* imperfectus dies habens duntaxat 30. *errore, ut par est credere, typographico pro* 29.) *accidit autem sæpissime, ut Phasis Lunæ postmodum demum fiat .... ideo hic inveniunt occasionem nobis opponendi ....* quia celebrabitur *dies nonus, cum deberet esse decimus.* Cum maxime autem disceptabatur de officio *Summi Sacerdotis*, ingressuri eo die Sanctum Sanctorum. Massech. יומא Quando deberet *Thymiama* prunis imponere, adeoque fumi nubem excitare, num *ante velum*, priusquam pedem inferret? Cap. 1. an vero *post velum*, jam coram Arca constitutus? parasch. sub nomine *Sadducæorum* & *Baithosæorum* אחרי rem narrat *Talmud Hierosolymitanum*, atque ex eo Liber ספרא *Siphra* seu מות mihi תורת כוהנים & *Maimonides* in יד חזקה. Plenius habet *Siphra*, inde igitur petamus. קל. col. והביא מבית לפרוכת ונתן את הקטורת על האש לפני יי׳ שלא יתקן מבחוץ ויכניס מבפנים שהרי הצדוקים אומרים יתקן מבחוץ ויכניס מבפנים אם Tom. 3. Hilc. יום לפני בשר ודם עושין כן קל וחומר לפני המקום ואומר כי בענן אראה אל כפור הכפורת Lex habet Lev. 16: 12, 13. *Inferet intra velum, & ponet incensum super* Cap. 1. *ignem coram Domino.* Ad quæ notat *Siphra*; *inde habetur quod non parabitis extra velum, ut sic eat intro, quemadmodum Sadducæi dicunt, imponetur extra velum,* § 1. 31 *& ita se recipiet intro; etenim si ita agamus cum carne & sanguine* (credo velle dicere cum *Rege*, quem non licet irretorto oculo audacter contueri) *quanto magis cum Deo omnipræsente? Iterum, propterea quod dictum sit Lev.* 16: 2. *in Nube videbor super Propitiatorium.* Hæc erant argumenta *Karæorum.* Urgent è contrario Rabbanitæ *Ordinem*, quo Textus agenda enarrat: אמרו להכם׳ חכמים והלא כבר נאמר ונתן את הקטורת על האש לפני יי׳ אינו נותן אלא בפנים *Responderunt nostri Sapientes, nonne antea dictum est: ponet suffitum super ignem CORAM Domino? unde consequitur, quod non immittat nisi intro.* Quod de *conspectu Dei in nube* allatum retorquent, ex vers. 13. Levit. XVI. ex quo volunt inferre *Nubem* illam formandam ex מעלה עשן *Adscensu fumi* Suffitus; illam vero nubem non *adscensuram*, nisi intra velum adoleat. Plura non sunt

 hujus

hujus loci. Neque etiam definire utra ſit verior ſententia, Lector arbitretur. Addimus modo ex *Maimonide*, quod illa Hæreſis צץ בימי בית שני בישראל *Jam floruit in Iſraele, diebus Domus ſecundæ*; & originem dederit huic mori, quo Summum Pontificem, Veſpera Diem expiationis præcedente, hoc jure jurando adigebant משביעין אנו עליך במי ששוכן את שמו בבית הזה שלא תשנה דבר מכל דבר שאמרנו לך *Adjuramus te per Eum, cujus nomen habitat in hac Domo, quod nihil immutabis ex omni re, quam tibi ediximus*; cauſa erat, qvod nemo poſſet ſpeculari, qvomodo ageret, poſtquam ſolus ingreſſus eſſet Sanctuarium. לפי שהיו הושיין בבית שני שמא׳ כוהן גדול זה נוטה לצד אפיקורוי׳ *Et in Domo ſecunda ſuſpicandi eſſet ratio, ne forte ille ſummus Sacerdos inclinaret ad Epicureos.*

In Feſtorum Serie ultimum eſt *Tabernaculorum*; ſed primum fere, aut potiſſimum, ex qvo illa jam olim diſſenſio qveat agnoſci. Ex plurimis tria tantum adducam, quæ hic ſtatuerunt Traditores, repugnantibus licet vehementer Karæis. 1. Multis illi deſudant, quæ *Arborum genera* in conſtruendis iſtis Tabernaculis ſint eligenda? qvid ſibi velit Lev. 23: 40. פרי עץ הדר an *Malum citreum?* qvid ענף עץ עבות? qvod vertunt *ramum Arboris denſarum frondium, &c.* Ubi melius rem videntur percepiſſe *Scripturarii*; *R. Eliahu* in libro *Adderet* ita diſſerente: לא לפי מר״ה שאמרו בעלי
32 הקבלה שמאמר ולקחתם לכם ביום הראשון פרי עץ הדר הדר באילנו והוא
אתרוג וכפות תמרים הוא לולב ולפי דעת״ם חסר ויו אמנם מאמר וענף עץ
עבור״ת פרשוהו עץ שבו עלים על דרך שלוש מגזרת מעשה עבות שיורה על
השלוש וזה חוץ ממהות הלשון כי זה בקמץ העין והוא בשוא והחכמים פרשו
עבות ממרת בין עבותים היתה צמרתו והוא מין ארז ואחרי״ם פרשוהו אילן
הבטנים וכו׳ *Non ſecundum ea, quæ dixerunt Patroni Kabbalæ, quod dictum illud*, Capietis vobis die primo fructum arboris Hadar, *ſignificet, qui* manet *in ſua arbore*; *id eſt* malum citreum, *& ramos Palmarum, eſſe* Loulabh; *ubi ex ipſorum judicio deficit* ו. *Illam vero periodum* וענף עץ עבות *explicant de arbore, in qua folia ſunt quaſi triplicata ſecundum Analogiam* loci Exod. 28: 14. מַעֲשֵׂה עֲבֹת *quod triplicatum quid importat. Verum id eſt contra linguæ qualitatem; in iſto enim* ע *cum Kamets eſt, in hoc cum ſcheva. Sed Sapientes* (noſtri) *vocabulum* עבות *interpretati ſunt ſecundum rationem iſtius* Ezech. 31: 3. inter עבתים — *& hæc Cedri eſt ſpecies; licet alii accipiant de arbore piſtacea, &c.* quæ iis in oris lætiſſima provenit. 2. Scrupuloſè *Rabbanitæ* definiunt altitudinem, latitudinem, totamqve *menſuram* hujus Tugurii; absque qua ſit פסולה *Profana*; at reclamarunt Noſtri apud Celeberrimum doctrina, ſtylo, & antiqvitate ipſis Doctorem, R. *Schalmon Ben Jeroucham* qui R. *Saadiæ σύγχρονος* in eum ſcribens, ait in elegantiſſimo carmine אין מדת ציצית וסכה בתורה מדודה *Menſura*

ſura Zizit, *aut Tabernaculi nulla in Lege definita eſt.* 3. Tandem, extra Scripturam obtruſerunt *Rabbanitæ* ceremoniam, ultima Feſti luce cum maxime, ניסוך המים *Effuſionis Aquarum.* Boni ominis ergo, de largiſſima *pluvia* à Deo demittenda. Stulte enim ſibi imaginabantur, Deum eo tempore condere decretum de *pluvia* Anni ſequentis. Eoque obtorto collo rapiebant locum Jeſ. XII, 3. Diſplicuit mos iſte *Karaitis*; qvodqve gloriæ ipſis duci debet, haud magis Chriſto Domino probabatur Joh. 7: 37. Fatebantur quidem Rabbini apud *Maimonidem* שיש לו רמזים נסתרים בתורה qvod *ſint quidem illi* (ritui) *arcanæ ſignificationes in Lege*; ſed ideo *ſtans ultimo*, *magnoque*, *Feſti die* in Templo, & puerilem hunc morem conſpiciens Soſpitator, eos *ab Arcanis*, quæ fruſtra in humano commento quærebant, ab inani iſthoc ſenſu, & ludicra traditione ad verum *aquæ Moſaicæ* myſterium, ad promiſſi *S. Spiritus fluenta*, ad *rivorum* cœleſtium Gratiæ, Gaudiique *hauſtus* per 33
fidem, quo *Moſes* & *Prophetæ* reſpexerant, benignè ad *Seſe* invitans, revocabat. Et eo usque quidem hæc recens traditio Sanioribus diſplicebat, ut *Sacerdos quidam*, hoſtis ἐθελοθρησκείας, adſpectante populo, ringentibus Pharizæis, aliquando Simpulum aquæ ſibi datum huic uſui indignabundus, inter Sacra, *ad pedes ſuos effuderit*; Quod qvidem tam ægre ferebant, ut *malis citreis*, quæ manu geſtabant, illum è veſtigio *obruerent.* Quinam, & quare *libationi aquarum* fuerint adeo infeſti, declarat *Moſes Ægyptius* in Commentariis: אותן שאינן מאמינין בתורה שבעל פה אינן מאמינין בניסוך המים ולפיכך כשנסך זה המים על רגליהו רגמוהו כל הע' באתרוגיהם *Qui non credebant Legi Orali*, *non etiam recipiebant Libationem Aquarum.* *Proinde*, *cum ille effudit ante ſuos pedes*, *ipſum tota congregatio ſuis Citreis impetivit.* Ex hoc igitur genere erat iſte *Sacerdos*; adeoque jam tunc opinio viguit *Karæorum.* Non video qvid his aliqua ſpecie poſſit opponi; niſi aliquis cum Cl. *Morino* iterum velit excipere, quos memoravimus Sacerdotes in *Feſto Expiationis* & *Tabernaculorum* Pharizæis repugnantes, *Zadducæos* ſtrictè dictos, non vero *Karæos* noſtros fuiſſe, quia hic aut ille ita vocaverit. De qua Nominis confuſione ſic ſatis ante dictum eſt, & plura Cap. ſeq. dicentur. Sed ad abundantem cautelam hos non impios hujusmodi *Zadducæos* habendos, evidenter ſanè poteſt oſtendi. Nullo enim modo hoc innuit *Talmud* generaliter tantum vocans אחד *unus*, &c. Sic *Maimonides* in Commentariis dixit eum צדוקי, alibi vocavit מין, rurſus in *Hilcoth Tamid* אפיקורוס qvomodo monuerunt *Karai* jam dudum ſeſe ab inimicis appellari. *Definitio* quam dat Maimonides, Quod *non crediderit Legi Orali*, *Karæum* ſuadet. De *poſtridie Sabbathi*, unde dies *Pentecoſtis* numerandi, R. *Moſes Græcus* Rabbanita decertans, etſi eos nomine צדוקים traducit, facile intellexit R. *Aaron*

Maſſ. סכה fol. מח

Ad Maſſ. סכה Cap. 4.

Cap. 2.

Cap. 10.

De Pentecostis Festo Cap. 4. *Aaron* auctor Libri המבחר illud ad suos *Karæos* pertinere, ideoque refutat ejus objectionem in libro *Adderet Eliahu* his verbis conceptam, אמר הצדוקי כי בעבור שאמר הכתוב השבת בהא הידיעה מורה שהוא על שבת בראשית *Dicit Zadducæus, quoniam Scriptura dicit* השבת cum ה *demonstrativo, illud docere accipiendum esse de Sabbatho creationis*, &c. At tamen, ut paulo ante vidimus,
34 hæc dicebant *Karaitæ*. Et si vel illi tacerent, clamat res ipsa. Qua etenim de causa noluerunt qvidam Pontifices ingredi Sanctum Sanctorum, quam *nube* suffitus prius excitata, nisi ex reverentia? ne Divinæ Majestatis antiqvam sedem, & *horribile gentis Arcanum* audacius, & *γυμνῇ* quasi *κεφαλῇ* contemplarentur, qvod ne quidem *à rege mortali* toleratur? cur דקה דקה id est, *minutissima* tundebantur aromata illius incensi, nisi לכפר על־ In Levit. Par. אחרי מות הנשמות שהיה דקה *ad expiationem animarum, quæ sunt subtilissimæ*, sicut tradit R. *Abraham*: M. S. Quonam tandem modo hinc, illi Deum מקום supra salutarent, titulo *omnipræsentiam* inferente? Aut inde, interposita juris jurandi religione contra *mutationem* sui ritus se tutos æstimabant suspicaces *Pharizæi*, si revera hi fuissent *Zadducæi*, quibus *Dei* immensitas, Spirituum existentia, Divina Providentia & cura rerum humanarum sunt ludus? Hoc ergo tandem aliquando firmum maneat & constitutum pro illustri Scaligero, contra Doctissimum Joh. Morinum, Karæorum Dogma & Doctores jam ante excidium templi secundi in lucem prodiisse.

Nihil itaque jam restat, nisi ut quam nulla vis insit contrariis Viri Docti argumentis, quam illa sint foliis *leviora*

—— tunc cum sine pondere succi,
Mobilibus ventis arida facta fluunt,

Morin. Exerc. VII. lib. 2. cap. 3. p. 313. E. breviter palam faciamus. Ea quæ sparsim reperire potui, huc redeunt. 1. Prætendit *silentium* antiquorum: *Quod eorum mentio in Judæorum libris ante A. Christi 740. non fiat.* Sed illi objectioni credo abunde jam satisfactum, cum plurimos testes & locupletes tam alta voce hic audivimus clamantes, ut, nedum Viro ingenuo & prudenti, qualis est Clar. *Morinus*, vel pertinaci possint os suum obturare. 2. Novitatem adstruit exinde, quod non nisi p. 370. & 313. *completo Talmude & occasione illius auctoritatis* sese *Talmudicis opposuerunt.* Et sic miro argumentationis circulo celeberrimus Presbyter Oratorii conclu- Ibid. dit, nunc quia Talmud (ipsius opinione) est recentius, Karæos etiam non esse antiqvos, qvoniam illius *occasione sint exorti.* Modò iterum, quia Karæi se non prius *opposuerunt*, *argumentum admodum evidens desumi, Talmud post annum à Christo septingentesimum fuisse completum & obsignatum.* At utraque hy-
35 pothesis est admodum precaria & imbecillis. Nam & Karaitæ prius, ceu patuit, fictis Talmudis Traditionibus sese *opposuerunt*; & Talmud esse antiquius

tiqvius, quam ille vellet, jam alii comprobarunt. Non opus ut ego in re nota tela depromam. Audiat versatissimum in hisce eruditissimumque suæ communionis virum Julium Bartoloccium: *Quamvis autem Rav Asche pervenisset usque ad 74. Annum ætatis suæ* attamen hoc opus Talmudicum absolvere non potuit. Reliquit illud autem tam bene dispositum, ut admonentibus מרימר *Marimar* & מר בר רב אשי *Mar, Bar Rav Asche filio suo facile tandem hi, cum suis Assectis, colophonem potuerint imponere. Obsignatum autem non fuit, nisi Anno Mundi* 4265. *Christi* 505. *ut scribit* הרא"בד *Haravad in suo libro* Kabbalæ *p.* 62. *Anno* 78. *à morte Rav Asche, aut secundùm quod dicit R. David Ganz Anno Mundi* 4260. *Christi* 500. *& ab excessu Rav Asche laudati A.* 73. Verum inquit Cl. *Morinus: Anan & Saul A. C. circiter* 740. *aut* 750. *sese Talmudi & Talmudicis opposuerunt, & illo tempore orta est celebris* Karaitarum *Hæresis.* Quod dum *Richardum Simonium* repetentem, & confirmantem his verbis vidi, in *Historia Critica V. T. Rabbanitas, qui exactissime scripserunt, non* altius *retulisse Originem* Karaismi *quam ad VIII. seculum. Certum quendam Judæum nomine Anan ex familia Davidis*, tunc fuisse *NOVÆ SECTÆ auctorem.* Satis equidem non potui mirari, eum qui non modo *Rabbinos*, sed & *Karaitas* sibi lectos asserit, id tam nude & simpliciter ponere, ac si nulla uspiam esset ratio dubitandi. Cum tamen sit hoc ipsum τὸ κρινόμενον, ab Anan & filio ejus Saul demum *ortam* esse Hæresin Karæorum. Non id dixerint Karæi, qui tantum habent pro *Instauratore* & *Vindice* dogmatis antiqui. Scriptor *Chillouk* M. S. non modo ipse dicit, sed inducit qvoqve Rabbinos objicientes, hoc jacto velut communi *Karæorum* fundamento: כי דברי ענן מדברי נאנחים ונאנקים Quod *Doctrina Ananis sit ex Doctrina Gementium & Clamantium* Ezech. 9: 5. Ita R. *Japhet Ben Zahir* M. S. postquam texuisset Catalogum, & seriem succedentium sibi *Doctorum Karæorum* inde à Prophetis, ubi ad *Anan* ventum est, ait: והוא אשר בירר דת האמת אל העם שנית אחרי העלמו ובררו וגלהו בראיות ברורות וגו׳ *Ille est qvi Doctrinam Veritatis* ITERUM *declaravit, qvum esset occultata, eamqve expurgavit, & declaravit argumentis perspicuis &c.* Ac de *Anane* nos pluribus deinceps. Quin immo ipsi *Rabbanitæ* doctissimi non *inventorem* sed *Restitutorem* confitentur: inter eos R. *Abraham Hallevi Ben Dior*, ex qvo ceu fonte perenni hauriunt clarissimi Judæorum Chronographi; qvod sanè latere *Simonium* non debuit, postquam ille locus in ipsis *Morini* Exercitationibus legitur; etsi paulo aliter quam in *Veneta* extat *Editione* omnium optima, unde describam; In *tertia generatione Geonim* narrans, qvod *Pumbedithæ Præses fuerit* Rab *Mori Sacerdos, Mortuus* A. 4519. *post illum* Rab *Ada eodem anno exstinctus; exinde* R. *Jehudai defunctus* A. 4543. *subjungit* ובימיו היה ענן ושאול בנו שרי׳ . . . ועמד להסית את ישראל מעל

in Biblioth. magna Tom. 1. p. 488. b.

Lib. 2. Exerc 7. cap. 1. §. 6.

Cap. 29. p. 162.

36

קבלת

קבלת חכמים מפי הנביאים. . . . ונעשה זקן ממרא על פי בר' לבלתי שמוע אל השופטים וחבר ספרים והעמיד תלמידים וברא מלבו חקים לא טובים כי אחר החרבן נדלדלו המינים עד שעמד ענן וחזקם *Istorum temporibus fuit Anan & Saul filius ejus, N. I. P. surrexit ille & seduxit Israel à* Kabbala, *quam sapientes acceperant à Prophetis; factusque est Senex rebellis contra os Domus Judicii, dum non auscultaret judicibus; sed scriberet Libros, faceret Discipulos, & comminisceretur ex corde suo Statuta non bona; nam post Excidium attenuati admodum erant Haretici donec surrexit Anan qui eos corroboravit.* Quid dici potuit disertius? Erant ante *Excidium*, verum *postea attenuati*; non condidit Sectam *Anan*, sed languentem denuò *firmavit*. Neque dubitare vel leviter possu-
Vide supra p. 21. mus, quin illi מינים intelligantur *Karei*. Cum quia illorum Doctor ponitur *Anan*; tum qvia isthoc titulo R. *Abraham* in sua *Kabbala* eos passim insignivit, qvemadmodum etiam in fine עוד סימן שלישי יהיה בידך שהמינים לעולם לא עשו שום טובה לישראל וגו' *Tertium adhuc tibi signum est, quod Haretici nunquam aliquid boni fecerunt Israeli*; & mox memorat nomina quædam Doctorum Karæorum, eorum qvoqve in quos ipse scripserat. Denique
In Juchasin qvia nominatim illos hic legit, aut certe intellexit R. *Schemuel Schullam*
p. קיח' כתוב בספר קבלת החסיד רענן זה. ושאול בנו שרים היו מזרע בית דוד ולא
vers. סייעוהו מן השמים לסמיכה ונעשה זקן ממרא על פי בית דין וחזק אמונת
37 הקראים *Scriptum est in Libro* Kabbala *Sancti Viri, quod Anan & Saul filius ejus, principes fuerint ex semine Davidis, & non adjuvit Cælum ut fieret compos χειροθεσίας, atque inde factus est senex rebellis adversus Domum Judicii, & corroboravit fidem Karæorum.* Hi Libri, cæterique quos Cap. 3. advocavimus, primas nisi fallor tenent inter *Rabbanitarum* Chronologos; expectandum itaque nunc est quos alios, non vulgus Rabbinorum, sed *exactissimos* producet Simonius, *quippe non* altius *retulerunt Originem Karaismi quam ad VIII. seculum*, in
Reponce aux sentiments cap. 5. p. 47. *Editione Latina*, quam dudum promisit *sui operis*, cui *testimonia Patrum & Rabbinorum quibus nituntur Ἐπιχειρήματα* ejus ait *reservavisse*. Tunc Docti de argumentis cognoscent, ac de causa melius judicabunt; quibus ipsi contradicentibus modo sui sensus, modo linguæ gallicæ inscientiam nunc solet vafer objicere, illiteratos & fæminarum circulos, qui linguam norunt, rem plane ignorant, judices longe commodiores expertus. Nos interim solabimur nos consensu Viri ingenui ejusdem cum Simonio Religionis, & in
Tom. I. p. 382. hisce haud paulo magis periti *Julii Bartoloccii*, scribentis, *Anan & Saul Heresin renovavisse*; etsi illic, tralatitio Literatorum errore, Karæos cum Sadducæis Epicuri æmulis videatur confundere.

Hist. Crit. V. T. cap. 29. Neqve plus tribuendum censeo alteri doctissimi Simonii argumento

to post Joh. Morinum, quo novitatem Karæorum adstruit ex eo, *qvod recipiant puncta & accentus* qui *inventum* sint *Doctorum Tiberiadis;* unde infert, cum se Karæi *separarent à Rabbanitis jam tunc Masoram suam obtinuisse auctoritatem, quare non existimabant istam rejiciendam, quoniam non erat ex numero Traditionum quæ male fundatæ.* Ponit hic Vir doctus pro sententiæ suæ firmamento, partim qvod dubium est, partim quod falsum. Dubium est num Doctores Tiberienses sint primi punctorum inventores, de quo

Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est.

Quàm confidenter concludit Simonius, Karæi sunt recentes quia recipiunt puncta; tam facile alter arguet, meliori sequela, puncta non esse nova quòd admittant, Tiberiensibus Masorethis antiquiores, Karæi. Deinde falsum est, quod ubique punctationem Tiberiensium sequantur Karæi, id luculento specimine ex eorum scriptis, ubi de *Exemplari Scripturæ*, qvod penes eos est, agetur, dabimus postea comprobatum. Unde non unus retorsioni est locus: nam si non consentiant, ubi nugax & audacula Superstitio sibi quid in his & illis vocabulis punctandis nimis permisit, potius inferendum est, eos jam *ante separatos* fuisse quam hæc *Masora obtineret.* Si ipsum *Festum Enceniorum* non observent; verum, Maccabaicis licet temporibus institutum, constanter rejiciant, R. Aaron M.S. in סדר יום כפור dicente: אכן החנכה שאומרים הרבנים לא קבלנו עלינו אודות שלא היו באותו הזמן נביאים. *At Ἐγκαίνια, quæ statuunt Rabbini, non recepimus observanda, ea de causa, qvod eo tempore nulli erant Prophetæ.* Nonne invertendo Cl. Simonii conclusionem, justius colligas Maccabæis fuisse suppares, dum illorum constitutionem de Festo dedicationis Templi Hierosolymitani, qvod auctoritate destitueretur Prophetarum, admittere detrectaverint? Quod vero, si pauca exceperis, *Karæi* in punctatione cum *Rabbanitis* conveniant, exinde est, qvod quem *apices* isti *sonum* signant, linguæ Hebraicæ genio, atque loquendi perpetuo usui, quem penes in hisce est arbitrium, suisque adeo Codicibus conformem deprehenderint; & non ut *Simonius* habet, quia *puncta traditio essent non male fundata.* Nisi quis legendi peritiam in quocunque populo *traditionem* velit vocare oralem; & tunc de nomine non lubet altercari. Rabbini aliquot fateor, puncta הלכה & *traditionem* appellant; sed id faciunt more partim suo unamquamque rem, aut inventum, cui auctoritatem conciliare student, ad *Mosen*, aut *Prophetas* referentes; partim ut hinc cudant cum auctore *Cozri* pro Traditionum necessitate, *Karæis* non diffitendum videlicet, argumentum. At vero hæc gratis jactari ex eo est intelligere, quia si *Punctationis* arcanum *Legis Oralis* pars non minima fuisset, qui *Legem Oralem* scripto dedit undequaque

38

Cap. 5.

quaque conquiſitam, *R. Iudah Hakkadoſch* de eo altum ſilere haud ſanè potuiſſet, maxime cum tam plene omnia fuerit exſecutus ut *nihil addere* poſtea *licuerit* העיר יי׳ את רוח קדשיו ובראשם רבינו הקדוש לחבר רשום בכתב אמת במצות אלהינו והיא המשנה עליה אין להוסיף וממנה אין לגרוע *excitavit Dominus ſpiritum ſuorum Sanctorum, & Caput* omnium *Magiſtrum noſtrum ſanctum* (R. Judah) *ut componerent ſcriptum veritatis de Mandatis divinis, quod eſt Miſna, Cui non licet addere aut ex ea quicquam detrahere.* Deinde, idem

Aben Ezra מאזני לשון הקודש In Libro Zacuth.

39 Aben Ezra obſervat יש מפרשים רבים מטעים את המפסיק *ſunt quidam interpretes, qui erroris arguunt* alicubi *Pauſatorem.* Utiqve non facturi, ſi quid judico, ubi hoc totum traditionem crediſſent Moſis ex Sinai. Tum quando ait vir Doctus, *Kareos* admiſiſſe punctationem tanquam *traditionem non male fundatam*, velim doceri quodnam exiſtimet id *fundamentum* fuiſſe qvo nixi ſecurè *hanc traditionem* receperint *Karei*? quis lapis Lydius ad quem examinaverint? num nova rurſus traditio? ridiculum. Num hæc ipſa? ſed tradentium auctoritati, ut מכשילי רבים בתורה *qui multos facerent cadere in lege* nihil detulerint. Relinquitur, igitur ut in Punctationem conſenſerint, vel quia ſciebant jam uſitatam tempore Prophetarum ſaltem ultimorum; vel quia conſtantiſſimus legendi uſus, Textus *συνάφεια*, Linguæ proprietas, aliaque evidenter confirmabant, mentem Spiritus S. ac genuinam vocum pronuntiationem feliciter per iſtos apices, tantum non ubique, expreſſam eſſe & adumbratam. Neque verendum eſt, ante punctationis inventum, quandocunque fuerit, lectionem S. S. Literarum tanquam vocalibus carentem, vagam admodum & ancipitem fuiſſe. Nam præterquam quod usque in hunc diem lingua *Arabica, Samaritana*, &c. etiam ſine punctis vocalibus prompte & fideliter leguntur, Hebræa antiquitus vocalibus non caruit; ſed habuit in ſuo *Alphabeto* (contra quam vulgo docent Grammatici noſtri Hebræi) *literas* qvoqve *vocales*; fidam legentibus Pharon, & maximum ſubſidium. Quas ex *Joſepho, Philone, Hieronymo*, &c. infra ſuo loco adſtruemus. Nunc objectionibus Clariſſ. *Morini & Simonii* reſpondiſſe contenti.

CAPUT

CAPUT V. 40

Disquiritur, an Karæi sint, aut aliquando fuerint eadem Secta cum Zadducæis; qui pudore quodam postea admiserint resurrectionem? Affirmant quidam Judæi Rabbanitæ, inter Christianos plurimi, etiam nuper in historia Critica V. T. Simonius. Negat Scaliger, & merito. Rationes pro Sententia negante ex Scriptis Karæorum. Consensu doctiorum Rabbinorum. Dissimilitudine multorum dogmatum. Variis rationibus, & historia Johannis Hyrcani Ethnarchæ ac Pontificis. Ἀνασκευὴ *Exceptionum in contrarium. Istius opinionis Origo plenius explicata.*

UT *vara vibiam sequitur* sic unus hic error alium traxit longè graviorem. Audivimus Cap. 2. memorantes *Karæos*, quemadmodum Traditionum Architecti illos, qvi istiusmodi commentis & Superstitioni obstitêre, odioso Epitheto *Zadducæorum*, *Baithosæorum* &c.
mala mente traduxerint. Quam appellationem cum iis passim tributam p. 5.
postera ætas videret, & causam in animis hominum, & temporum caligine latentem, Christiani maxime ignorarent, factum est, ut *Judæorum* vulgus & *Christianorum* qvoqve doctissimi, incautius quidem, sed firmiter tamen, sibi persvaserint, *Karæos* utique veros *Sadducæos*, atque eandem Sectam olim fuisse, cujus adeò frequenter gererent nomen. Et quando jam, admota Historiæ luce, Scriptisque eorum consultis, pateret, *Karæos* immortalitatem Animarum, & mortuorum credere Resurrectionem, qvod vehementer ab *Zadducæorum* profana Hæresi abhorret, ut hoccum præconcepta temere opinione quomodocunque concilient, sibi sunt imaginati, recentiores *Karæos*, impiæ priorum Sententiæ repudium mittentes, tandem pudore quasi, vel necessitate adactos, in ea consensisse dogmata, quæ se negare amplius non posse absque summa invidia, & communi Religionum odio, experiebantur. Ita hanc rem concepit, & pugnantia toto cœlo in gratiam reducere, cum aliis, conatus est Rabbi *Leo de Modena*, elegantis Compendii de *Ritibus & Ceremoniis Judæorum* in Italia scriptor notissimus. Tamque altas hæc de Mutatione Doctrinæ, & *Karæis* tanquam iisdem cum veteribus *Zadducæis*, sententia in mentibus eruditorum egit ra-
dices, ut etiam maxima Virorum nomina, *Buxtorfium*, *Hottingerum*, *Bartoloccium*, *Ligtfootum*, *Carpzovium*, & qvos non? pertraxerit in partes, nihil 41
sequius de candore Scribentium, aut Historiæ fide hic suspicantes. Quibus cum aliquando accessisset *Josephus Scaliger*, meliora postmodum ab aurito teste *Philippo Frederico*, qvi *Karæos* propius noverat, edoctus, resipuit, ut

Elench. Tribær. cap.2. p.26. marg. Cap.XXIX. p.161. Edit. A.1685. p.162. a.

ipse ingenuè suam opinionem retractans fatetur. Quod vel solum aures doctorum vellere debuisset, ut penitius in rem totam inquirerent. Hoc facto longè magis sibi suos devinxisset lectores nuperus *Historiæ Criticæ* concinnator, cui non deerat Parisiis librorum copia, quam cum, passibus huc illuc ambiguis errans, nunc *Loonis* opinionem *satis rationi convenientem* pronuntiat; modò iterum Cl. *Morini* relegens vestigia, Karæos *post* absolutum *Talmud* primitus *exortos* confidentius sciscit, quod Cap. IV. refutavimus. Qui illorum scripta vel leviter inspexerit, deprehendet è vestigio, eos hoc stemma strenuè inficiari; de protervia, & impudenti inimicorum figmento, gravissime conqverentes. *Moses Beschitzi*: לזאת אתמה מבעלי הקבלה אשר מכנים אותם בשם צדוק וביתוס ואינם מתביישים מעצמם ומזה נודעת קנאתם .... *Et hoc merito miramur in Doctoribus Kabbalæ, quod illi nos cognominent de nomine Zadok & Baithos, statimque non pudeat; verum exinde illorum invidia patescit*; ac paulò post, præ indignatione commotior subdit, istos potius ad Zadoci *Apostasiam*, quam sese, accedere; & nisi *chartæ parceret*, atque *judicium* Dei vereretur, se *Illorum* (Rabbanitarum) *turpitudinem revelaturum fuisse*. Et certè, qvæ de impiorum totali interitu, animarum, post exigui temporis cruciatus, annihilatione in inferno &c. apud *Maimonidem*, aliosqve Rabbinos occurrunt, *Zadducæis* nimis quam affinia, benignam recriminantibus materiam præberent. Pariter *R. Caleb*, *filius R. Eliahu*, in libro עשרה מאמרות *Asarah Maamarôt* non solum ipse reclamat, verum etiam adducit ex Vetustioribus *R. Jehudam Haddasschi Haëbel*, in libro *Escol Copher*, qvi multis hoc maledictum vehemens castigat & amolitur. Reliqvos mitto. Ne videantur autem rem istam tam precario negare, quam *Rabbanitæ* leviter & calumniose aliquando affirmant, non contemnenda
42 proferunt indicia, & rationes, ex quibus veritas liquidius perspici possit. Primo observant, *Zadocum*, aut *Baithos*, suos inter Doctores aut antistites nullo in libro, nullo auctore, nec noviter, nec olim commemorari. Quod, dum catalogos suorum antecessorum hinc inde contexunt, præcipuos & antiqvos suos Doctores honorifica mentione & laude digna celebrant frequenter, omitti sanè tot seculis, tam pertinaciter haud poterat, si *Zadok* locum, & primum locum, in hoc ordine tenuisset. Frivolum foret, si hic quisquam vellet causari, *Karæorum* Scriptores studio hoc nomen pressisse, & caute dissimulasse originem, quæ ipsis dedecori erat futura; qvod omni similitudine veri destituitur. Aliqvam forte habere posset, si soli omitterent *Karæi* posteriores; sed & silent priores, quos si *Zadoki* pudebat, qvomodo tandem sunt ducem secuti? Id suspicari possemus, si tacerent palam, & apud hostes; clanculum verò fidis discipulis, ut multa

solent

ſolent Sectarii, in aurem deponerent. Sed ubique & conſtanter hoc pernegant, etiam ubi tutiſſimè loqui licet, inter Suos. Nec ubi Dogma aliquod Celeberrimi cujusdam Doctoris & vadimonium ex parte, mutata ſententia, deſerunt Sequaces, ideò ſtatim Nomen univerſe ſolent odiſſe, vel abolere. Multa in contrarium exempla narrant de ſe ipſis *Karai*. Notabile eſt eorum qvos בעלי הרכוב *Baale hariccoubh* vocabant: qui vers. 6. Cap. XVIII. Levitici איש איש אל כל שאר בשרו לא תקרבו לגלות ערוה *Unusquisque ad propinquam carnis ſuæ non accedat, ad revelandam ejus turpitudinem*, tam latè interpretantur, ut ſuis interdicerent matrimonio omnium, in quibus vel ריח משפחה minimus *odor conſanguinitatis*. Quod tandem effecit שברוחק גדול היה נמצא בדורותם שנים גופים שיהיו מותרים לינשא אחד לחברו *ut ingenti hac repulſa in ipſorum generationibus* vix *invenirentur duæ perſonæ, quibus uni conceſſum eſſet alteram ducere*. Quod cum multa mala apportaret, atqve etiam incredibilem Sectæ paucitatem, מסבה זו נתמעטו בלי פריה ורביה *ea enim de cauſa vehementer imminuebantur, quod creandis liberis operam non darent*, venerunt poſteri & multis argumentis, *editisque Libris*, hoc ſuorum ſtatutum, benignius veriusque *comma* iſtud *Levitici XVIII. 6.* explicantes, *μετὰ παῤῥησίας publicè abrogarunt*. ולא בושו להודות שהכם
המרכבים היו עדתינו וחכמינו וקדמוננו ולא כחשו אלא טענו בנגדם ובטלו
רעתם *Non tamen* propterea *puduit eos agnoſcere, quod hi Comprehendentes fuerint* 43
ex eorum cætu Sapientes, & Majores ipſorum; hos neutiquam abnegarunt etſi eis ſe oppoſuerint, eorumque ſententiam refixerint. Ita ſe res habet cum illo *Anan* illuſtri Karæorum vindice & Signifero; multa enumerant in quibus ab ejus expoſitionibus diſcidium fecere, quæ alius ſunt loci, nec tamen inficiati ſunt ſuum Doctorem, qvod ingrati animi notam haberet, dicente *R. Caleb* היאומר מעשה לעושהו לא עשני ויצר אמר ליוצר לא הבין *an opus dicet factori ſuo: me non feciſti? aut fictile figulo: non conſiderat?* Non ideo nomen *Ananis* tenebris damnant, ſed ſummis potius elogiis ornant, & memoriam venerantur. An non *Idololatria* quid turpius eſt quam *Sadducæismus?* Jam, inquiunt, הלא אבנו אברהם היה בן תרח עובד צלמים וגו׳ *nunquid Abraham fuit Filius Therah, qui fuit Imaginum cultor?* ſi Abraham, & nos non refugimus hunc idololatram parentem confiteri, כך אם היו צדוקים קדמוני אמתנו וראשית אמונתנו והיו כופרים בתחיית המתים למה היו האחרונים בושים או יראים לפרסם סכלות קדמוניהם *Eodem modo, ſi Zadducai* unquam *fuiſſent Majores populi noſtri, aut origo fidei noſtræ, etſi negaſſent* ante *Reſurrectionem mortuorum, cur pudibundi, aut timentes fuiſſent poſteri, ut publicarent ignorantiam majorum ſuorum*, magis quam de *Abrahami Patre, R. Anan*, & reliquis? Imo, addunt, an è contrario id non cederet magis לתפארת ולכבוד ipſis,

in decus & gloriam, qvod à *stultitia ad sapientiam*, ab errore Patrum ad meliorem mentem *conversi fuissent?* Quid, si de *Zadducæis* altum modò silerent? etsi Vero dissimillima, tolerabilis tamen foret exceptio. Ast, quid nunc judicabimus, ubi, qvotiescunque eorum facienda est mentio, planissime nihil pensi habentes condemnant, ח"ל מזכירים את זכרונם של צדוק וביתוס לרעה ולחרפה. *Sapientes nostri p.m. memorant Zadoc & Baithos in malum, atque ignominiam*, quemadmodum apud *R. Caleb*, videre est, his accommodantes, quæ de astutis & noxiis *vulpeculis* in Cantico Canticorum perscribuntur: חכמינו עליהם השלום אמרו בפסוק אחזו לנו שועלים שועלים קטנים מחבלים כרמים שרמז שלמה המלך ע"ה בזה הפסוק על צדוק וביתוס ומי שנמשך אחריהם שחבלו והשחיתו התורה *Sapientes nostri* (inquit Karæus) *dixerunt de illo commate Cant.* 2: 15. Capite nobis vulpes, vulpes par-
44 vas, corrumpentes vineas, *quod Salomo Rex, super quem pax, occulte hic innuit Zadok & Baithos, & quoscunque eorum sequaces, quandoquidem corruperunt & vitiarunt Legem.* Ergone quis tam teter, & odiosus Patriarcha fœdissimi erroris unquam fuit, quin Discipuli eum saltem amarint, ac dogma, si qvod esset invidiosum, excusaverint, incrustarint, defenderint? hac lege *Caino* Patricidæ, *Simoni* Mago, *Nicolaitarum* spurcissimo doctori non defuerint, qui eos honorarent, Sectatores? ac sola *Karæorum* Secta, quam ipsi hostes modo vocabunt מתחכמים *ingeniosos*, tam stulta aut impudens, ut nulla impediti verecundia Magistro palam maledicerent? Et nos hæc temerè fingentibus credamus? Non faciet qvi vel ipsos audiet *Rabbanitarum* doctissimos, qui ab Illis qvoqve appellantur. *R. Moses Beschitzi*, Karæus, obtrectantibus id respondet, in libro *Matte Elohim* M. S. .... ורבי יהודה הלוי גלה האמת מכל בני גילו וזה לשונו· וכבר השרישו קראים שורש עם אנשים שהיו דוחים תורה שבעל פה ומתחכמים בתולדות בטענות כאשר אתה רואה שעושים היום אבל הצדוקים והביתוסים אינם כי אם מינים אפיקורסים מכחשים העולם הבא והם המינים שאנו מתפללין על זה בתפלתנו .... אך
In Libro Cozri part. 3. §. 65. הקראים הם מסתדלים בשרשים ומתחכמים בתולדות *Verum R. Jehuda Hallevi veritatem melius declaravit, quam reliqui istius generis, & hæc sunt ejus verba*: (Vertente Celeb. *Buxtorfio*) Et jam ante *radices egerunt Karæi, & se corroborarunt, conjungentes se cum aliis Legem Oralem rejicientibus, ac rationibus & argumentis ingeniosis ac speciosis suam sententiam confirmabant, sicuti eos vides etiamnum hodie facientes.* Sed *Zadducæi & Baithosæi sunt Heretici, negantes sæculum futurum, & sunt illi ipsi Heretici, contra quos in precatione quadam nostra oramus. Karraitæ autem*

autem accurati sunt circa Radices seu fundamenta Legis, sed ingenio suo indulgent circa particularia, seu eam consequentia, (potius, in formandis *illationibus* aut deducendis, ex Lege, *consequentiis*, quas תולדות Logici vocant) Vixit hic R. *Jebuda* censente *R. Abraham Zachut* in *Iuchasin* A. Christi 1089. Vid. supra Institutum ponitur colloquium, qvod narrat, si non ante, circa illa tempo- pag. 17. ra, ad quæ natales referunt Karæorum *Morinus* aliique; cui conseqvens est, ut isti igitur *σύγχρονοι* de re, qvæ nota erat, suæqve ætatis, integerrimè potuerint judicare. Advocat præterea *R. Caleb*, Karæus, in subsidium Rabbinum alium *Abraham Levi*, in Libro לוית חן *Leviat chen Serm. III.* ubi agens 45. de Festo Pentecostis Christianorum, quod in Diem Dominicum nobis semper incidit, Karæos & Zadducæos aperte distinguit וטעם קבעם החג לעולם יום אחד שהם הבינו מחרת שבת ממש וכן הבינו הצדוקים והקראים Quibus (ut ille quidem credit) *causa est, cur Festum uni certo diei adstringant, quod intelligant verba* Crastina Sabbathi *prout sonant, quemadmodum etiam capiunt Karai & Zadducai.* Tum inter utrosque distinguentium censui idem *R. Caleb* annumerat *Rambam* in expositione sua *τῶν* פרקי אבות; sicut & nos id antea declaravimus. R. *Schullam*, Editor æstumatissimi libri *Juchasin*, eo usque persvasus fuit de hac veritate, tantique eam fecit, ut non contentus iis quæ in ipso libro exstabant, libri pretium hoc velut mangonio voluerit in Edit. Kra- *Tituli* fronte commendare, tanquam quid certius & accuratius, quam vul- kov. gò, tradentis: ומשם מתבאר כי הצדוקים אינם הקראים שבזמנינו *Et inde explicabitur, quod Zadducai non sint iidem cum* Karais, *qui hoc vivunt tempore.* Ac ne numero obruens *τὰς ἐξ ἐναντίας*, multitudine simul onerem lectores, au- Cap. III. diamus linguis & eruditione cultissimum *R. Azariam* in *Imre Binah*; qvi, licet ostendat satis præ odio Sectæ se malle, ut aliter res sese haberet, tamen necesse habet fateri, non modo R. *Iebudam*, modo memoratum, מבדיל בין הקראים לשתי הכתות האלה *Distinctionem* agnovisse *inter Karaos & illas duas* (Zadducæorum & Baithosæorum) *Sectas*; sed etiam adjungit *Abravanelem*, & ipsum *Talmud*, quibus testibus merito negotium confici debet: גם השר דון יצחק נוטה לדעתו בפרוש מסכת אבות.... ובאמת לשונם זל' בקדושין פרק האומר כשספרו מעשה ינאי הנזכר נוטה לדעת הכוזרי *Princeps Don Isak (Abravanel) etiam in eandem partem inclinat in expositione sua Tractatus Aboth. Atque verba (Sapientum) benedicta memoria in Massechet Kiddouschin, dum narrant factum Jannai (Regis) sententia Cozri revera adstipulantur.* Nec secus existimare poterit, cui vel minimum curæ fuit ad plurium *dogmatum* attendere *differentiam*, quibus *Karai* dissentiunt à *Zadducais* ὅλῳ τῷ πάντων. Non tantum in *articulo Resurrectionis*, ubi fingitur gratis retractatio; verùm etiam

 in

in aliis graviſſimis capitibus, quæ *Animarum immortalitatem*, *Angelorum* &
46 *Spiritus exiſtentiam*, *Providentiam Dei*, atque *imperium* attinent in humanas actiones, quæ *Zadducæi* pernegant, *Karæi* ambabus ulnis amplectuntur. Ut multa, quæ ad Leges forenſes, aut Ceremoniarum faciunt, obſervantiam, ultrò omittamus, unum locum modo appingam *R. Jebuda Haddaſſebi Ha-Ebel* è libro M. S. S. *Eſcol baccopher*: הצדוקים ואם הם מבני ישראל כבר הכחישו דברים שבאו בתורה כי נטו בסברות כחבות שבא מופת להפכם או סותרם שהם אסרו הגירוש גם ימנו חדשיהם כלם שלשים יום ולא יעשו הפסח ויום שמיני עצרת ביום השבת כי אם ביום חול גם תנו דמות לבורא... חולת זה מהדעות הרעות ומאמנות הכוזבות כאשר הזכיר והגיד עליהם דוד בן מרואץ במקצת ספריו ואמנם הביתוסים אע״פ שהכחישו דברים רבים מן התורה עם כל זה לא האמינו ברעות המגונות בדת הצדוקים... ולכן מי שאמר שהקראים הם הצדוקים והביתוסים לא דבר נכונה כי לדעתנו הם מינים ואפיקורוסים Quorum ſenſus huc redit: *Zadducæi vero, etiamſi fuerint ex filiis Iſrael, abnegarunt nihilominus res, quæ habentur in Lege, atque falſa opinione animos inducebant, quaſi Miraculum* deberet *venire ad convertendum & refutandum eos; quod vetarent repudia. Etiam ita menſes ſuos numerabant, ut omnes & ſinguli triginta diebus conſtarent. Paſcha autem, & octavum diem Azeret, nunqvam Sabbatho peragebant, ſed die profeſto. Similitudinem* (corpoream) *pariter Creatori tribuebant* (ex male intellectis verbis Gen. 1: 26.) *Et multa præterea mala dogmata, & fallaces fidei* articulos, *quemadmodum de iis memorat & enarrat David Fil. Medouatz, parte quadam ſuorum librorum. At vero Baithoſæi, etiamſi res multas de lege eant inficias, tamen non aſſentiuntur ſententiis, quæ traduntur in inſtituto Zadducæorum... Adeoque quicunque dicet unquam quod* Karæi *ſint Zadducæi, non rectè loquetur, nam ſecundum judicium noſtrum illi ſunt Hæretici & Epicuræi.* Ubi, inter alia obſervatu digniſſima, judicioſe *Zadducæos* non modò à *Baithoſæis*, (quos vulgo Judæi etiam confundunt) ſed & *Karæos* ab utriſque, manifeſto ſententiarum divortio diſcriminat. Quin in hoc ipſo capite *Perfectionis Scripturarum* ſine Traditionum laciniis, in quo *Karæi* cum *Zadducæis* convenire creduntur, unde & anſa calumniæ primum arrepta fuit, ſi penitius inſpicias, multum adhuc diſcrepantiæ invenietur. Contenti erant ſola Scriptura in probandis ſuæ fidei articulis
47 *Karæi* hactenus, ut tamen, quoniam verbis pleniſſimi ſenſus, reconditâ ſapientiâ, hominibus ratione præditis exarata eſt, veritates ex ea proximâ ſequelâ legitimè deductas unâ lubenter admitterent; *Sadducæi* vero ultra *τὸ ῥητὸν*, & ſtrictiſſimam literam haud progrederentur. Unde Creatori, ut

ut visum modo, visibilem formam adscripsêre. Rabbi *Caleb*, *Karæus*, triplicem hic agendi rationem rectè distinguit; nempe sunt דברי קבלה שאין לה סיוע מן התורה *Verba Kabbalæ quibus nullum est auxilium in Lege*, his nituntur *Rabbanitæ*; פירוש שהיו החכמים מפרשים.... שכלם רמז תריוי כתוב *Expositio quam sic eliciunt Sapientes, ut tamen illa omnia in Lege Scripta innuantur.* Hanc recipiunt *Karæi*. Denique sunt המינים שחלקו על פירוש דברי תורה הכתובה כל שכן בדברי הקבלה שאין לה סיוע מן התורה.... והתחלו להשיב על זה שכל ישראל היו מודים בדבר זה *Hæretici, qui repugnant Expositioni verborum Legis, æque ac Kabbalæ verbis, quibus non est præsidium in lege; & ceperunt se ipsos opponere iis etiam dogmatis, in quæ totus Israel* dudum *consenserat.* Itaqve, ut concludamus, si dogmata adversis frontibus pugnantia, si sententiarum diversitas apud omnes constituit Sectæ diversitatem, qvo tandem colore queat negari, non in eadem Hæresi fuisse, qui in tam multis, tantique momenti, articulis adversis in se frontibus arietarunt? Ista possunt satis videri. Quod si morosior quispiam exigat plura, extant *Rationes* hinc, inde, in scriptis *Karaitarum* non leves, quibus hoc ipsum magis confirmatur. Ex *Chronologia* primo hanc accusationem refellunt. Tempore *Alexandri Jannæi*, Judæorum Regis, התחלה דעת הקראות Part. III. *incepit Secta Karæorum* notante *R. Jehudah*, auctore *Cozri* maximæ auctoritatis; §. 65. *Zadoc* & *Baithos* (quicunque tandem illi fuerint) emerserunt tempore *Antigoni Zochæi*, qui perhibetur eorum præceptor. Hunc *Antigonum Zemach David* ponit Millenarii qvarti Ao. 460. *Alexandrum Jamnæum* ejusdem Millenarii Ao. 670. Quantum hinc intelligitur utriusque exortûs intervallum! Nisi igitur eadem Secta bis nata absurdè dicatur, & idem factum diversissimo temporum characteri alligetur, istorum differentia vel ex ipsis natalium Epochis liquidissimè comprobatur. Non minus quam ex Canone Evangelicæ πολιτείας & Christi argumento, *Omne Regnum adversus se divisum* debet *vastari.* Math. 12. Jam eousqve, non divisi, sed infensi deprehenduntur *Zadducæis Karæi*, ut rotundo ore illos *Nequam*; *Hæreticos*, *Epicuræos* &c. passim proclament. Ita communi suorum nomine *R. Iehudam Haddaschi* paulo ante audivimus. *R. Moses Beschitzi*, advocata qvoqve aliorum Doctorum auctoritate, imprimis דברי מאור הגדול רבינו יוסף הרואה *verbis luminis magni Rabbenu Ioseph Videntis*, hæc pronuntiat: אבל הצדוקים אינם כי אם מינים ואפיקורוסים מכחישים הע"הב *At Zadducæi non sunt nisi Hæretici, & Epicuræi, negantes Seculum futurum.* Alibi: הם המינים שאנו מתפללים בתפלתנו *Illi sunt Hæretici, contra quos in precibus nostris* Deum *invocamus*.

48

mus. Quid censes, mi Lector? quicquamne vel putidissimi Hæresiarchæ discipuli, (nedum *Karæi*) tam ingrati, stulteqve inepti unquam exstiterunt ut auctorem sui dogmatis ferirent anathemate, in ejus caput Deum *orarent* vindicem? contra scitum Hebræorum, *in Fontem, ex quo semel biberunt, glebam projicientes?* Gesta denique *Iohannis Hyrcani*, Judæorum Ethnarchæ, qui *Pharizæos* vehementer afflixit, eorum dogmata, publicis edictis, abolevit & fautor exstitit *Karæorum*, indicium faciunt manifestum, *Karæos* sub *Zadducæorum* nomine jam olim traductos. Passim enim tradunt Judæi Historici illum in fine vitæ factum *Zadducæum*. *R. Abraham ben Dior*, in *Kabba-*
p. m. לט *la* והמלך וכל עבדיו נוהגים מנהג צדוקים *Rex & omnes Servi ejus sequebantur*
vers. *consuetudinem Zadducæorum*. Et oportet hoc convitium jam ab initio illis datum, atque, immerito licet, dudum hoc censu comprehensos fuisse, qvandoquidem *Iosephus* Ἀρχαιολόγος, vulgarem sui temporis famam secutus, itidem scribit ita adversus, *Pharizæos* exacerbatum fuisse Hyrcanum,
Antiq. Lib. ὥστε τῇ Σαδδουκαίων ποιεῖσθαι προσθέσθαι μοίρᾳ, τῶν Φαρισαίων ἀποστάντα.
XIII. Cap. *Ut à Pharizæis desciscens, fecerit ut Zadducæorum sorti apponeretur.* Prudenter
18. stylum temperans, ut non quidem diceret illum sua sententiâ, ac verè, *Zadducæum* fuisse, sed solum, postquam *à Pharizæis desciverat*, istorum *sorti* & numero, invidiose transscriptum. Quod interpres Latinus, non bene satis assecutus, Judæis recentioribus, qui Latino tantum *Iosephi* textu, & pauci adhuc, utebantur, errandi quoque ansam forte præbuit. At tamen
49 illum *Iohannem Hyrcanum* nequaquam cum impiis, & proprie dictis *Zadducæis* fecisse, sed *Karæorum* potius, qvi solam Legem Scriptam fidei & morum Regulam agnoscebant, placitis accedere voluisse, omnia clarissime evincunt. Ac primo quidem laudata ipsis Judæis, & singularis viri sapi-
Antiq. Lib. entia ac pietas. Quam multis deprædicat *Iosephus*, cui τριῶν τῶν μεγίστων
XIII. Cap. ἄξιος ὑπὸ τοῦ θεοῦ κριθεὶς ἀρχῆς τοῦ ἔθνους, καὶ τῆς ἀρχιερατικῆς τιμῆς, καὶ προ-
18. φητείας. *Tribus maximis à Deo dignus habitus honoribus, Principatu Gentis & Pontificatu, & Prophetia.* Quale decus nulli post *Mosen* obtigisse legimus. Non minus ejus virtutes extollunt *Karai*. *R. Moses Beschizi* M.S. כי הלך בדרכי יי׳ כאבותיו הצדיקים כי הוא איש תם וישר וירא אלהים וסר מרע: *Quod ambularet in viis Dei, quemadmodum Majores ipsius Iusti, cum esset vir integer, rectus & timens Deum, atqve declinans à malo.* Tale elogium darent homini *resurrectionem vitamque futuram*, hoc est omnem fidelium spem, & virtutis præmia abneganti? Quem *Iosephus* ait *Prophetico* dotatum Spiritu, cui συνῆν τὸ Θεῖον, καὶ τὴν τῶν μελλόντων πρόγνωσιν παρεῖχε εἰδέναι. *Quo familiariter utebatur Numen, cui futurorum præbuit notitiam.* Qui, narrante R. *Abraham*

Ben

כשנכנס לבית קודש קודשים להקטיר קטורת ולבקש רחמים על *Ben Dior*,
בניו על המחנה שמע קול מדבר אליו ואומר לו אל תשת לבך לבניך ולמחנה
ישראל כי עזרם ה׳ ברחמיו וכרוב חסדיו למען אבותיך וישרת לבך ונקיון
כפיך: *Cum ingressus esset in domum Sancti Sanctorum, ad adolendum suffitum, & implorandam misericordiam pro filiis suis* (qui longe aberant) *in Castris, audivit vocem loquentis ad ipsum, dicentisque: ne sollicitus sis de filiis tuis, & Castris Israel, nam heri Dominus iis auxilio fuit clementia sua, secundum magnitudinem gratiæ suæ, propter Patres tuos, & rectitudinem cordis tui, & innocentiam manuum tuarum.* Ille inquam, cui hæc data, dicta, facta sint cœlitus, ille tamen ut fuerit Sectæ quæ Spiritum negat, tollit Providentiam, καὶ τὸν Θεὸν ἔξω τοῦ δρᾶν τι κακὸν ἢ ἐφορᾶν τίθεται, φασὶ δὲ ἐπ' ἀνθρώπων ἐκλογῇ τό τε καλὸν καὶ τὸ κακὸν προκεῖσθαι, quàm quæso absurdum est, & incredibile? Sed quantò incredibilius quod seqvitur, si de *Zadducæis*, Epicuræa dogmata foventibus accipiatur? למחר צוה המלך ויעבירו קול בכל מדינות מלכותו לנהוג מנהג
צדוק וביתוס וכל אשר ימרה את פיהם ואשר ינהג מנהג החכמים יומת בחרב:
Postridiè præcepit rex, missis præconibus, per omnes regiones sui imperii, ut observarent ritus (aut morem) *Zadok & Baithos; ac quicunque eorum ori se opponeret, vel consuetudini Sapientum adhæreret, gladio plectendum.* Concinit *Pseudo Josephus Ben Gorion*: ומהיום ההוא והלאה פשע הורכנוס בדבריהם ונעשה צדוקי ויצו המלך
ויעביר קול בכל ארץ ישראל כל המלמד אשר ילמד את בנו תורת הפרושים
מות יומת: *Ex eo die & deinceps ab illorum* (Pharizæorum) *verbis alienus fuit, factusque est Zadducæus, & promulgavit edictum Rex per universam terram Israel, ut si quis Doctor filium* (aut discipulum) *imbueret doctrina Pharizæorum, certò interficeretur*; qvemadmodum *multis è populo* evenit. Putamusne, regio & solenni interdicto cavisse *Johannem Hyrcanum*, ne quis crederet animas corporibus superstites? Resuscitationem mortuorum, extremum Judicium &c.? censebimusne Zadducæorum perfidiam, quæ omnis Religionis fundamenta subruit, reluctanti populo non modo obtrusisse religiosum Pontificem, verum etiam pœna capitali sanxisse? Quod, rogo, monstrum fuit unquam hoc ausum? quis lectorum talia vel fando accepit? fateamur igitur tandem aliqvando, qvod res est. Qvis fuit *Sadducaismus* Hyrcani? non qvod profana *Zadducæorum* dogmata teneret, aut propagaret; sed qvia discedens ab observantia, & institutis *Pharizæorum*, qui illum fucatæ pietatis specie ante deceperant, jam iis adhæserit, eos foverit, qui Scripturæ plenitudinem, procul superstitiosa nugacique traditione, adorarent. Ideo videtur R. *Abraham in Kabbala* consensum illum non ad *dogmata*,

R. Abrab. Ben Dior. Kabbala in דברי מלכי ישראל

50

Lib. 4.

ta, sed מנהג *consvetos* agendi ritus, & *morem* in Sacris receptum, restringere, quem mox *observaverunt & Rex ipse, & Ministri ipsius.* Hunc in modum liquidissimè hoc negotium declarat auctor gravis tractatus *Cozri*, qui Ethnarcham inducit cum suis consiliariis agitantem consilia, objicientemque, *Quum Sapientes (Pharizæos) perdiderimus, à quo discemus Legem? illi regesserunt: Ecce habetur Lex Scripta, qui vult veniat, & discat; neque est quod sollicitus sis de lege orali.* Nempe hæc, hæc! exitialis illa est *Haresis*, hic teter ille *Zadducaismus* scilicet, non qvod cum iis *Epicuro* faveret; sed cum *Karais* nugax & sacrilegum legis oralis figmentum, qvod Pharizaici doctores cœperant in scenam producere, abolevisset. Id clare scribit auctor *Kabbalæ Historicæ*, *R.*
51 *Abraham Ben Dior*, qui *Johanni Hyrcano*, ejusqve Filio, erant tam inclemen-
p. מ. vers. tis sententiæ auctores, fuisse משרתיו שבהם ריח המינות *Ministros ipsius, in*
Edit. Ven. *quibus odor Hæreseos*; & paulo post diserte גדולי הקראים *Primores Karæorum.* Atque ita invictum in hisce rursus habemus pro antiquitate *Karæorum* argumentum; & à profanæ opinionis contagio virum innocentissimum vindicavimus, cujus eum suspicio per tot secula infamavit. Originem hujus inditæ iis ἐπικλήσεως, jam ante indicatam, ex propriis *Karaitarum* scriptis, eadem opera, nunc illustremus. Prima causa fuit, secundum *R. Mosen Beschitzi*, in libro מבחר M. S. Rabbanitarum *invidia*, קנאתם, ut sibi invisos non justa de causa, justioris prætextu in commune bonorum odium adducerent. Qvum quisque merito abominetur tales, qui, ut solebant Zadducæi, suum pietati calcar, laborantibus mercedem, suamqve Justitiæ coronam eunt ereptum. Eaque fraus adeo feliciter cessit, dum audacter mentientium tam firmiter hæsit turpis calumnia, ut *Karai* exinde eruditissimis viris, etsi falso, passim habiti fuerint antiquitus *Zadducæi*: ejusque inventores, si videre possent, quibus, & quo usque, hoc commentum persvaserint, de successu moliminis haud parum debeant in sinu gaudere. Altera causa, *maledicendi* adversariis suis *consuetudo.* Idem *R. Moses, Karæus*: מכנים שמנו לצדוקים לא יצאו ממה שהרגלו: *cognominantes nos Zadducæos non aliud obtinent quam antiquum.* Quoniam existimabant
Joh. 16:2. se λατρείαν προσφέρειν τῷ θεῷ si diversam fidem professos *occiderent*, nihil pensi sanè habuerunt, quò populus ab eorum communione deterreretur, ut falsis rumoribus ubique differrent. Istud experti sunt omnes, qui sustinuerunt ab illis dissidere. *Samaritanis*, etiam post receptam, auctoritate Johannis Hyrcani, religionem Judaicam utcunque, imputabant, eos colere Deum *Asima*, *adorare columbam*, *&c. Christianos* quibus gravaverint calumniis, nulli ignotum. *Zadducæos*, quasi per se non satis essent nigri, insuper adhuc accusant passim qvod in montem *Garizim*, & *Samaritanorum* communio-

munionem ſeceſſerint, penitus calumnioſe; ut jam illuſtri *Scaligero*, *Celeberrimo Hottingero*, aliiſque fuit obſervatum. Et tamen quam miſerè audax iſthæc aſſertio doctiſſimis qvoqve viris impoſuit. Diligentiſſimus *Bartoloccius* hinc *colligit promiſcuè Zadducæos ſacrificaſſe in Templo montis Garizim, & in Templo Jeroſolymitano; quia Zadok & Baithos Hæreſiarchæ ibi ſacrificaverant.* At nihil magis à vero alienum. Doctiſſimus *Scotus* ideo credit, *Samaritanos credidiſſe animam cum corpore mori.* Itidem falſo. Contra enim *Samaritani* ſuis ad Magnum *Scaligerum* literis proteſtantur. Quid mirum itaque, ſi *Karæos*, tanto ſibi odioſiores, quanto magis metuendos, eadem fidelia dealbaverint? & ſcripſerint in *Talmud Kiddouſchin*, citante etiam *Moſe Beſchitzi* Karæo: שמונים שנה שמש בכהונה גדולה יוחנן הכהן ולסוף נעשה צדוקי: *octoginta annis functus eſt Jochanan ſummo ſacerdotio, & tandem factus eſt Zadducæus.* *Tertia* queat ratio haberi, quod à *Pharizæis*, inimicis amborum, oppreſſi, mutuam ſibi operam, ſive in oppugnanda lege orali, ſive in tuenda communi causâ, adverſus invaleſcentes Traditiones, non rarò præſtiterint; quam ob rem eadem factio facile reputabantur. *R. Moſes ben Maimon* de iis, qui ſubleſtæ *Kabbalæ*, & *Pharizaicis* inventis obſtiterunt, *Zadok*, *Baithos*, &c. ait: ונסמך האחד ידי חברו *& fulcivit unus manus alterius.* Ac de *Karæis*, tempore Hyrcani, &c diſtricte R. *Jebuda Hallevi*, וכבר השרישו הקראין שורש עם אנשים שהיו דוחים תורה שבעל פה: quæ ſic convertit Celeb. Buxtorfius: *Radices autem egerunt, & ſe corroborarunt Karæi, conjungentes ſe cum aliis, Legem oralem rejicientibus.* *Quarto* deniqve, potiſſimus hujus atræ loliginis calumniæque color fuit, in paucis quibusdam articulis, qvousque in diverſa abibant ab Pharizæis, inter utrosque ſententiarum affinitas, & conſpiratio. Hic audire juvat *R. Caleb Ben Eliahu*, ex libro M.S. עשרה מאמרות, laudantem alium qvoqve, ſe vetuſtiorem, *Rabbenu Jebuda Haddaſſchi*, in אשכול הכופר, & hunc in modum differentem: אמנם מפני שאנו בעלי מקרא מכחישים הקבלה שהודו בה אחינו הרבנים שאין לה סיוע מן התורה שעליה נאמר ה״ דבר ו״ה לא דבר והכם ר״ל הצדוקים והביתוסים עם מכחשתם דברים רבים מן התורה ושרשי האמונה הכחישו גם זה שהוא דבר משותף בינינו לבינם החליטו עלינו שמם וקראונו צדוקים וביתוסים עוד שכבר הצדוקים והביתוסים הודו באמונת יום חג השבועות כמונו שהוא אחד מגדולי המחלוקות שבינינו לבינם שהם אומרים מחרת שבת מחרת יום טוב שלא כתורתו ית״ב ולא עלינו תלונתם כי על ה״.. ואין ראוי להחליט שם

Bibl. Rabb. Tom. I. p. 380. 52

Proverb. N.T. ad Joh. 4: 9. p. 89.

Comment. ad פרקי אבות Cap I.

Cozri part. 3. § 65. Edit. Buxtorf. p. 246.

53 שם ולכנותו כדבר שאינו בו מצד השאלה או העתקה וכ״ז *Ac certè, quoniam nos Scripturarii negamus* Kabbalam (*quam Fratres nostri Rabbini probant*) *quia nullum ei fulcrum è lege est*, sed illi *dictum convenit Prophetæ Ezech.* 13:7..... *dicunt Dominus locutus est, & Dominus non est locutus. Atque illi, nempe Zadducai & Baithosai, cum multis aliis rebus, & fidei fundamentis in lege contentis quæ ab iis negantur, hoc quoque eunt inficias; adeoque hæc causa nobis communis est, nomen quoque communicant, & nos appellant Zadducæos & Baithosæos. Amplius, quia Zadducai & Baithosai in doctrina de die, quo celebrari debet Festum Pentecostis, jam ante nobis assentiuntur, eaque una est ex magnis controversiis, quæ inter nos & ipsos intercedunt, dum illi* (Rabbini) *statuunt verba* Levit. 23: 15. Crastina Sabbathi, *esse accipienda de Crastina diei Festi. Quod non est secundum Legem (Dei) Benedicti, ut non contrà nos, sed Dominum sit ea murmuratio. Neque enim æquum est permiscere nomen, aut titulo appellare aliquem de re, quæ in eo non est, nisi per accommodationem & translationem.* Tantum vero abest, ut illi in reliquis dogmatis paria fecerint cum *Zadducais*, ut è contrario palam profiteatur R. *Caleb* ibidem: ואלה הכתות ר״ל צדוקים וביתוסים לדעתנו ולדעת אחינו הרבנים הם אפיקורוסים ומינים מכחישים העולם הבא שהוא שורש הדת והאמונה: *Hæ Secta, videlicet Zadducai & Baithosai, secundum judicium tam nostrum quam fratrum nostrorum Rabbinorum, sunt Epicuræi, & Hæretici, negantes seculum futurum, quod est religionis radix & fundamentum.* Unde meritò aliquis cum eodem inferat auctore, אם יאמרו שקראים הם הצדוקים שקר בפיהם כי הם ידברו על צד המחלוקת והקנאה ואהבת השררה והנצחון וכל שכן להיות דבריהם מקובלים אצל הסרים למשמעתם: *Quod si affirment, Karæos esse Zadducæos, mendacium est in ore ipsorum. Ac talia non nisi ex partium studio, invidia, dominandi libidine, & amore victoriæ loquuntur. Licet nihilominus hæc dicta fidem inveniant apud eos, qui illorum deferunt rumoribus.* Ita liquidò, reor, patescit nominis *Zadducæorum* cum *Karæis*, invitis quamquam & reclamantibus, communicati prætextus & occasio. Quamvis si nihil admodum tale fuisset, nullo negotio idem accidere *Zadducæis Karæisque* potuerat, qvod aliis subinde sectis usuvenit: quando in capitali quo-
54 dam & famoso dogmate conveniunt, cætera licet dispares, ut una tamen appellatione comprehendantur. *Judæi* & *Christiani* quantum à se invicem distant! quia juncto tamen umbone Idololatriam Gentilium oppugnave-
in Claudio. runt, confudit ipse accuratus scriptor *Suetonius*. *Essæi* erant in Classes di-
Cap. 25. stincti, aut in τάγματα Μοναζόντων καὶ Κοινοβίων, *solitarie viventium, & in communi*; Ἀγάμων καὶ Γαμούντων, *Calibum &* eorum qui *ducerent uxorem, liberis-*

berisque creandis *operam darent*; eodem tamen *Essæorum* nomine cuncti veniebant. Cujus sanè oblivio meritissimum Virum in quandam ἀβλεψίαν impulit, quum de omnibus *Essenis* rogat generaliter, veluti rem absurdam: *Nam, num Essenis Filii*? & hoc utitur pro argumento. Diversa, imo adversa, erat *Hæreticorum Judaizantium*, apostolicis temporibus, de *Persona Christi* sententia: Quidam *Dominum Iesum Christum ex Ioseph & Maria genitum* communi sorte nascendi, *dixerunt*. Alii *Servatorem ex Virgine natum confitentur*; immo longe adhuc augustiora habes apud *Epiphanium*. Etsi hæc erat ἄλλη συμμορία, *alia Societas*, *Theodoreto* teste, qvæ *absurdam priorum sententiam refugeret*, τῆς αὐτῆς ἦσαν προσηγορίας, ipsam, *eandemque nomenclationem* effugere non poterat, pariterque *Ebionitæ* vocabantur. Et ita in multis aliis. Quare nihil mirandum est, qvum in nobilissima istius ætatis, & principali, controversia de *Perfectione Legis scriptæ* idem fere tenerent *Karæi*, qvod *Antigoni* degeneres discipuli, si propterea quoque, apud vulgus, *Zadducæorum* nomine similiter fuerint traducti; licet in reliquis immani discrimine sejungerentur. Hoc quidem respectu ipse *Ios. Scaliger*, qui diversitatem utriusque sectæ acriter defendit, non voluit diffiteri *recte à Iudæis dictum*, *Karaim esse partem Zadducæorum, qui solam Scripturam retinebant, traditiones omnes rejiciebant.* Hac notione potuit Josephus Historicus, populariter locutus, *Hyrcanum* cæterosque *Karæos* sub *Zadducæis* qvoqve complecti, loco supra allegato, si sensum, quem interpres expressit (quod ad causam nihil interest) maluerit quispiam retinere. Inde tandem factum videtur, ut Viri Docti, tam inter Judæos, quam Christianos, cum id nomen jam olim communiter datum observassent, neque in illorum potestate foret illud mutare, qvo tamen *res & personæ*, exigente veritate, clarius distinguerentur, *Zadducæos* in diversas כתות *sectas*, familiasve, prudenter 55 diviserint; qvod eo equidem casu utile fuit, & vehementer necessarium. Ita Karæi non nunquam, provocantes ad *R. Azariam* quoque in *Imre Binah*, & cum eo ad *Epiphanium*. Ita exercitatissimus in literatura Hebraica scripsit *Ligtfootus*: *Sadducæorum species ad minimum duæ.* Idem firmat, si quid video, *Pseudo-Iosephi Gorionidis*, Hebræi, locus vexatissimus, qui doctis doctissimorum Virorum *Drusii* atque *Serrarii* concertationibus, sed alia quadam sui parte, materiam præbuit: ideoque Doctorum studium & diligentiam magis meretur. Integrum ex Editione Munsteri appingam, non adeo quidem ad rem, quæ satis est clara, probandam; quam quod illustratione, & propiore curâ, adhuc videatur non nihil indigere. Verba sunt *Iosippi* (aut *Iosephi*) Edit. *Munsteri*, *Basil.* A. 1541. lib. IV. cap. 6. עתה אפתח לספר על מה זה הדבר נפלה המריבה והמחלוקת בעם יי'. כי הפרושים

Ligtfoot in Act. Cap. 13. Tom. 2. p. 725.

Euseb. Hist. Eccles. lib. III. cap. 27. Theodoret. Fab. Hæret. lib. 2. cap. 1.

Elench. Trihær. Cap. XVI. p. 115. in marg.

Vid. supra p. 48.

Chronica Temporum Sect. X. Tom. 2. p. 148.

היו אומרים שמרו את התורה אשר מסרו אבותינו בידינו אשר פרשו את התורה והבושים היו באותם הימים מחלק אחר הצדוקים ולא היו מאמינים לכל מסורת ולכל פירוש כי אם לתורת מושה לבדה וחסידים לחלק אחר: Quæ hoc modo in Latinum ſermonem convertit; *Sed jam poſtulat locus ut aperiam cauſam qvare, & unde, pullulaverint in populo Domini discordia & Secta. Et qvidem Pharizai ſic docebant: obſervanda eſt lex, qvam nobis tradiderunt Patres noſtri, & quemadmodum illi expoſuerunt eam.* (והבושים, *vehabboſchim*, reddit) *& hi confuſi fuerunt in diebus illis ab alia Secta Sadduæorum, qui noluerunt acceptare ullam traditionem & expoſitionem. Fuit & alia Eſſenorum Secta.* Conſideranti mihi hanc pericopen non nulla in mentem venerunt haud indigna, qvæ periti Lectores, maturius perpendentes, examinent. I. Obſervanda eſt magna lectionis varietas, quæ in diverſis editionibus *Ioſippi* occurrit, utqve uno obtutu conſpici queat, prout in *Veneta*, & *Cracovienſi* exemplaribus legitur, præcipuis differentiis parenthesi incluſis, exhibebo: (הנה) הפרושים היו אומרים (נשמר) התורה אשר מסרו אבותינו בידינו (מפורשי על פי החכמים) אשר פרשו את התורה (לקבלה והנה הצדוקים אומרים לא נאמין ולא נשמע לכל מסורת ולכל פירוש כי אם לתורת מושה לבד) והבושים היו באותם הימים (אחרי הצדוקים (ויהיו הצדוקים בישראל) לחלק אחר והחסידים (לבדם עם
56 העם ההולך אחריהם) לחלק אחר: *(Ecce) Pharizai dicebant (obſervemus) Legem quam tradiderunt Patres noſtri in manus noſtras, (explicatam ſecundum os Sapientum) Legem exponentium (ſecundum Kabbalam. At vero Zadducæi inqviunt non credemus, non auſcultabimus ulli ſive traditioni, ſive expoſitioni, ſed ſoli tantum Legi Moſis.) atqve* הבושים *habboſchim (faciebant) in iis diebus (cum) Zadducæis (Qui Zadducæi erant in Iſraele) Pars altera.* Ex quo ſtatim intelligitur quantopere hic auctor, ſibi ipſi eousque diſſimilis, à genuino quoque differat *Ioſepho.* Et quam merito Magnis Viris, *Scaligero Druſioqve*, nullius habeatur auctoritatis, & recens. Omnis enim hæc diverſitas à manu Doctorum eſt, aut deſcriptorum inter Judæos; eam haud raro ſibi ſumentium, in libris ſequioris ævi, libertatem, ut addant, demant, interpolent, quemadmodum ingenium ipſis ſuppeditare, res ferre, aut uſus gentis ac Religionis exigere videtur. V. G. *Iuchaſin* R. *Abraham Zacuth* interpolavit Medicus *R. Schallum*; peſtiferus liber *Nizzachon* aliter ſe habet, quem edidit Clar. *Hacſpanius*, ac iſte quem dedit nuper Celeberrimus *Wagenſeilius*. &c. Adeoque quam vix operæ fuerit pretium, doctiſſimos homines tam acriter con-

Vide Druſ. de tribus Sectis lib. I. cap. 8. Scalig. Elench. c. 4.

contendere, Tyriaqve concitare maria, de ſenſu *vocule* לבבם (חסידים) qvæ in una editione adeſt, abeſt in altera; & qualiſcumque ſit, ſuppoſitii Scriptoris, aut obſcuri Interpolatoris, commentatio eſt. IIdo. Apparet, unde ſuam hauſerit ſententiam, de *tribus* Judæorum *Hæreſibus* à *Gorionide Hebræo* memoratis, Doctiſſimus *Serarius*; videlicet à *Munſtero*; apud quem verba ſic diſpoſita leguntur, ut diſtincte trium meminiſſe videatur, *Pharizæorum*, *Zadducæorum*, & *Chaſidim* חסידים, qvos *Munſterus* diſerte *Eſſenos*, *aliâ ſectâ*, interpretatur. Bene an ſecus? jam non diſquirimus. Ipſe lector arbitretur. At rurſus Editio *Veneta* plenior, clare facit pro literatiſſimo *Druſio*, quia iſthic in duobus membris, geminato nomine, eadem tamen eſt oppoſitio. Primo *Pharizæorum* & *Zadducæorum*. Deinde, in ſecundo inciſo, his הבושים *Habboſchim*, illis vero חסידים *Chaſidim*, eadem mente reſpondent. Tam itaq; hæc, quisque videt, dubiæ fidei ſunt, quam ambiguæ definitionis. IIItio. Explicandum adhuc reſtat, quid ſibi velit illud Epitheton הבושים, qvod *Serrarius* & *Druſius* velut ſcopulum ſilentio præterierunt. *Munſterum* non intellexiſſe monet Magnus *Scaliger*, ipſe 57 aliam lectionem ſubſtituens: *Pro* בושים, ait, כותים *Cutim* legendum. Sed tanti Herois mihi manes ignoſcant! nititur hæc mutatio ipſius auctoritate, neutiquam librorum. Non *moroſa* hæc *lectio* eſt ſolum *Codicis Munſteriani*, ſed omnes, quas vidi, Editiones, *Veneta*, *Cracovienſis*, &c. conſtanter ſic repræſentant. Et ſi jam legeremus liberaliter כותים, qui iſta lectio quadrabit? narratur, quod hi fuerint *Zadducæi*, aut certe cum iis fecerint; cum tamen כותים *Samaritani*, qvod nemo melius Scaligero (contra vulgarem Judæorum errorem, & *Ἀνιςορησίαν*) agnovit, templo, fide, ſedibus à *Zadducæis* eſſent diſtinctiſſimi. Potuitne tam pueriliter *Gorionides* ſcribere in eadem Hyrcani hiſtoria, junctis capitibus, qvæ adverſis frontibus pugnant? *Ioh. Hyrcanum factum* eſſe *Zadducæum*; & ſimul *Cuthæos*, eorum Sacra, & Civitatem funditus eum delevisse; nunquam ſe vivo reſtituendam? ſuam itaque ipſius fidem debellaſſe neceſſe eſt, ſi iidem ſint *Cuthæi* cum *Zadducæis*. Quod ſi igitur meæ conjecturæ ſit locus, בושים ego verterim *Pudefacti*, quæ quaſi perpetua in S. S. literis hoſtium Dei titulus eſt ac deſcriptio, quod *pudefiunt*. Hoc elogio in legendis M. S. S. Karæorum &c. animadverti illos & Rabbanitas ſe invicem aliquando ſalutare. Itaque in eam libens partem inclinarem per בושים *pudefactos* hic deſignari illos Traditionum, adeoque Dei *hoſtes*, ex ſenſu Rabbanitarum, de quibus memorat quod *iis* (Hyrcani) *temporibus ſteterint à parte Zadducæorum.* Sic nihil narrat qvod obſcurum, qvod futile aut longe petitum, & non â R. Jehuda *Levita*, R. *Abraham Ben Dior in Kabbala*, *Maimonide* & aliis pridem eſt inculca-

Vid. Druſ. de tribus Sectis Cap. 7. pag. 20. marg.

Elench. Cap. IV. p. 42. marg.

Libr. IV. capp. 5. 6.

culcatum. Ita manifeste patebit (qvod jam quærebamus) cur *Karai* vocati sint *Zadducai?* Nempe, qvoniam antiquis temporibus erant אחרי הצדוקים *Zadducaorum partes*, contra *Pharizaos*, *seqvebantur*. Et, ut ait *Cozri*, *se invicem corroborarunt*. Hoc modo, ni fallor, plana erunt & perspicua in Textu *Hebrao* omnia, de quo Ill. Scaliger *Quis Hebraa intelligit?* Nec ulli vitio vertendum, si in illo Literarum diluculo, quum, nullâ *Karaorum* notitiâ, pleræque res Judæorum densa nube adhuc manebant opertæ, *Munsterus* & alii Doctissimi homines veram hujus τμήματος mentem non fuerint assecuti. Quod si forte neqve jam mihi contigerit, lubens velim meliora doceri.

58

CAPUT VI.

Karaorum an vestigia in N. T.? Locus Luc. XI. 45. illustratus, Νομικοὶ alii ac Pharizaorum Γραμματεῖς. Qua in re differentia constiterit? Drusius laudatus. Scriba dicti qvidam, quia soli litera Scripta Legis deferrent obseqvium. Probatum ex Origene, Epiphanio, Hieronymo, &c. Varia Scriptura loca exposita; & cur Scribas *Sectam peculiarem fecerit Epiphanius, &c.*

Quæ huc usque pro Antiquitate Karæorum disputata sunt, cum animo meo reputanti aliquoties cogitare subiit, qvod idem fortassis Lectori, si illorum Natales salutarem nostri Servatoris παρουσίαν anteverterint, & jam tunc hoc τάγμα non contemnendam Ecclesiæ Judaicæ partem effecerit, an non alicubi ejusmodi hominum mentionem, aut tenue saltem vestigium, in Historia Evangelica detur observare? Quamvis hoc ad quæstionem, aliunde satis luculenter probatam, videatur nequaquam necessarium, neqve Scripturæ N. T. si vel pertinacissimum foret, silentium magis eorum Vetustati possit obstare, quam Verbi gratiâ *Essaorum*, *Hemerobaptistarum*, &c. qui taciti ab Evangelistis, eo tempore nihilominus floruerunt. Quandoquidem in alios longe, & sublimiores usus hi libri fuerunt exarati; non ad curiositatem explendam, sed ingenerandam fidem & resipiscentiam; neutiqvam ut malesanorum turbonum jurgia, perfidiam & iniquitates ob oculos ponerent, sed Christi θεανθρώπου allatam pacem, sanctissimam vitam, cœlestemque doctri-
Joh. 21:25. nam credentibus exhiberent, idque compendio tantùm. Quod si voluisset Deus exstare de omnibus quæ Dominus Jesus dixit, & *fecit* γραφόμενα βιβλία, infinita in clarissima luce collocarentur, quæ nunc tam frustrà, qvam laboriosè, quæruntur. In iis tamen, quæ nobis supersunt, N. T. tabulis quædam reperiri, quæ censeas commodè ad hosce *Scripturarios* posse

posse referri, monstratore *Iohanne Drusio*, summo viro, mihi videor comperisse. Locus est Luc. 11:45. . . . Ubi, *cum Christus dixisset :* οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι, ὑποκριταὶ &c. respondens qvidam τῶν Νομικῶν, *dixit ei, Magister, qvum hæc dicis, etiam nos afficis injuria. Q. D. non solum Scribas & Pharizæos, sed etiam nos* Νομικὺς, *id est, Legis-peritos.* Et quæ plura isthic seqvuntur; etsi non tam liquido & distinctè concepta, qvam qvidem fecisset vir πολυμαθέστατος, si uberior Karaismi cognitio suppetiisset. Textum *Lucæ*, si quis accuratius evolvat, & inspiciat, deprehendet è vestigio, hæc tria evidenter illic contineri. 1. Νομικὸν (*Legalem* sive *Legistam*, sit venia verbis) hic à *Scribis* & *Pharizæis* discerni. 2. Ita tamen ut *injuriæ* loco accipiat, cum Christus intonat: *Væ vobis Scribæ & Pharizæi !* quasi per hæc verba & ipse, cum suis, peteretur. Notetur, quod non putabat se lædi in nomine *Pharizæi*; quamdiu namqve Christus vers. 42. 43. illis solis terribiles minas intentat, silet, acquiescit, & tanquam in meritos hostes fulmine vibrato, quasi gaudet in sinu. Ast, ubi cum in[illegible]emento sermonis vers. 44. alteram appellationem conjungit: *Væ vobis* SC[illegible]Æ, & *Pharizæi*, tunc extemplo indignatur, & reclamat: Διδάσκαλε ταῦ[illegible]ιπὼν ΚΑΙ ΗΜΑΣ ΥΒΡΙΖΕΙΣ. *Magister Talia dicens*, NOBIS ETIAM CONTUMELIAM FACIS. Unde perspicuè sequitur, Νομικὺς *à Pharizæis* ita diversos fuisse, ut adversi fuerint, & unus sub altero non comprehenderetur ; at vero ἀπὸ τῶν γραμματέων *à Scribis* certo qvodam sensu ita distinctos, ut simul, alio respectu, eodem nomine quidem venirent, & censerentur. Sin, audito *Scribarum* nomine, non major conqverendi occasio, quam *Pharizæorum* illi fuisset. 3. Hanc injuriæ speciem præter morem, hactenus saltem, Christo usitatum, certe præter spem & exspectationem istius *Legistæ*, accidisse. Ex qvo concluditur, existimasse Νομικὺς, se meliori loco apud Servatorem haberi, quam ut communi crimine, & exitio, cum *Pharizæis* &c. hoc modo involverentur. Id docet ejus interlocutio, inopinum veluti casum averruncantis, *Magister ! hoc dicto &* NOBIS &c. Quum itaqve horum distinctioni oblo-qvuntur *Petavius*, aliiqve Viri qvidam clarissimi, adversus solem loqui videntur. Immo adversus ipsum Christum, qvi hanc distinctionem supponens, eâ nihil obstante suum Væ, & anathema, ad eos quoque extendit vers. 46. Immo ET VÆ VOBIS *Legistæ !* pariter, etsi non per omnia pari de causa. Quare tandem ipse *Petavius* necesse habet fateri, hunc fuisse *Scribam, qui non esset Pharizæus.* Rectissimè. Procedamus: Cujus igitur alius ordinis, & τάγματος, rogo? *Essæorumne ?* Illi ab hominum turba atqve commercio alieni, sibi viventes, habitaculo & institutis hinc erant longissimè remoti. Iis cum Domino, quantum legimus, nunquam aliquid

Adi Drus. de 3. Sectis lib. II. cap. 13.

59

Notis ad Epiphan. Hæres. XV.

60

quid negotii fuit. *Zadducæorum?* non putem. Isti nunquam Christo amici adeò, aut familiares, ut ægrè, vel ferrent, vel crederent, si (qvod sæpius fecerat) fulmen in eos hîc mitteret condemnationis. Qvid superest ergo, nisi ut alterius fuerit generis? Cujusnam vero, explicatè definire Eruditissimis etiam Viris velut crux quædam, & difficillimum fuit. Illustris Vir *Josephus Scaliger* scripsit, quasi *νομικοὶ formulas juris præscriberent*, & *actiones civiles docerent, & forensia magis tractarent.* Sed quid tales ad Christum? Cujus *regnum non erat de hoc mundo*; qui non plus, quam *hæreditatis divisionem*, curabat *τὰ πολιτικὰ*; qui tandem illis conveniet facta reprehensio vers. 46.? Itaque non sine causa hanc opinionem rejicit *Petavius*, nihil interim melius reponens. Quæsiverunt aliqvi discrimen in eo, qvod *γραμματεῖς in Theoria* maximè, *Νομικοὶ in Praxi*, & *quæstionibus practicis* essent *occupati*, conamine parum fortunato; ea quippe distinctio sequioris temporis, à nostris desumta moribus, aut disciplinarum partitione, priscis Judæorum Doctoribus ignota fuit Hierosolymis. Quorum si non omnis, præcipua sanè opera, & [illegible]m, in *agendis*, & regulis *Praxeos* religiosæ versabatur. Ita, ut in toto *Talmude* paucissima, qvæ jam vocamus, *Theoretica* fidei capita, vix, hinc & inde, pertractentur. Omnium vero minime hæc hypothesis nodum propositum solvet; quoniam laudatis Lucæ Cap. XI. commatibus 42. 43. 44. . . . Dominus Jesus de *Practicis* agit, nominatimque, quæ in iis grassatur, perstringit *hypocrisin.* Quam proximè igitur rem acu tetigit Vir celeberrimus Joh. Drusius, pulcherrime

Elench. Trih. Cap. XI. p. 83. marg. Joh. 18: 36. Luc. 12: 13.

Cap. VI. conferens locum ex *Misna Aboth*, qui sic habet: אמר רבי יוסי בן קסמא
פעם אחת הייתי מהלך בדרך ופגע בי אדם אחד ונתן לי שלום והחזרתי
לו שלום אמר לי רבי מאיזה מקום אתה אמרתי לו מעיר גדולה של
חכמים ושל סופרים אני וכול׳. Id est eodem interprete: *Dicit R. Jose, filius Katma, quadam vice cum deambularem, occurrit mihi homo quidam; cui, quum me salutasset, salutem vicissim reddidi. Tum ille: Magister, unde oriundus es? respondi: ex urbe magna Sapientum & Scribarum.* Addit, *videtur Hierosolymam innuere.* Et, *se domi habere commentarium in illum librum, qui ex decem Rabbinis collectus sit, in queis R. Eliezer filius Nathan, & Moses filius Maimon, & Don Isaac Abarbenel. In eo Sapientes vocantur* בעלי משנה *ist est Deuterotæ, &* בעלי תלמוד *Talmudistæ. Scribæ autem* בעלי מקרא, *quasi Lectionarios dicas, aut, Scripturarios, vel Textuarios, nam* מקרא *Textus Scripturæ.* Hinc liquido habemus, fuisse quondam apud Judæos certam hominum classem, qui dicebantur *Scribæ*, quod essent *Textuarii*, & Scripturæ unicè addicti. Tum aliunde notissimum est, *Scribas* quoque appellatos fuisse *publicos* inter Judæos *doctores*;

61

res; qvorum Christi tempore plurimi Pharizæismo nomen dederant. Act. 23:9.
Exinde, reor, pendet perplexi istius loci intellectus. Quum Christus &c.
Dominus horrendum & inclemens *Væ* pronuntiaret Luc. Cap. XI. non solum in *Pharizæos*, vers. 43. verum etiam in *Scribas* vers. 44. nomine, qvod (licet diversa de causa) utrisqve tamen dabatur, urebat id Nostrum, vehementer veritum, ne ipse, & socii in eandem suspicionem & invidiam, hoc Christi judicio, apud populum adducerentur. Optabat ideo, prout Christus sciebat eos â *Pharizæis*, eorumque Doctoribus distinctos, sic etiam nomenclatura distinguente compellasset. Prudenter fecit hoc *Lucas*, quò facilius hanc narratiunculam caperemus, insignite vocans Νομικὸν; quasi dicat qui τῷ νόμῳ, *Legi* soli deferebat obsequium. Stylo, Jesum Magistrum imitante, qui, ut hîc Lucas νομικὸν & Φαρισαίους, ita sæpissime *Legem*, & *Pharizæorum traditiones* invicem sibi contra-distinguit Matth. 15:6 Matth. 23:23. &c. Aliquanto clarius hac ratione (ni fallor) patescet, quis fuerit ille monitor, & qvid Lucæ Νομικός; videlicet ejusmodi sententiæ homo, quem nos jam *Kareum* vocamus. Sua enim eruditio doctissimum Exercit.
Sculterum destituit, quum scripsit, *Epiphanium* τοὺς Νομικοὺς *accensere Pharizæis*, Evangel.
& ideo recte dicere: συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς οἱ Νομικοὶ, *eodem loco censebantur* cap. 14.
Pharizai & Nomici; *qui unum corpus & τάγμα efficiebant*. Nam plane contrarium intendit *Epiphanius*, cujus verba nec satis cepisse, neque recte interpretatus videtur. Ponamus ea, ut judicet Lector, & qvoniam ad rem ·62
faciunt præsentem. Postqvam *Heresi* XIV. de *Zadducæis*, XV. de *Scribis* egisset, XVI. *Heresin* sic incipit: ταύταις ταῖς δυσὶν αἱρέσεσι κατ' ἀκολουθίαν συνῆπται ἡ τῶν Φαρισαίων αἵρεσις, ἄλλη τις, οἵτινες τὰ αὐτὰ τούτοις ἐφρόνουν, Γραμματεῦσι δέ φημι, τοῖς ἑρμηνευομένοις Νομοδιδασκάλοις. συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς καὶ οἱ Νομικοί. Ἀλλὰ δὲ καὶ παρὰ τούτους πάλιν οἱ Φαρισαῖοι ἐφρόνουν, πολιτείας μείζους ἔχοντες. Quæ sic non incommodè vertentur: *Duabus hisce Sectis, apta consecutione, cohæret alia quædam Heresis Pharizæorum, eadem cum iis sentiens; Scribas intelligo* (non Zadducæos) *quos interpretari licet Legis-doctores, cum ipsis enim & faciunt* (aut *ejusdem sunt conventus*) *Nomici* id est *legista*. *At vero diversa rursus ab his studia* (gr. *præter hos*) *sequebantur Pharizai, severiora vivendi instituta habentes*.

Comparat *Pharizæos* cum *Scribis* in eo, quod eandem fere doctrinam tenerent; separat, quod vitæ rationem strictam magis & scrupulosam præscriberent; qvod, ut dilucide exprimeret *Petavius*, transtulit: *ad horum ritus* ALIA RURSUS ADJICIEBANT. Hinc manifestum, est αὐτοῖς *ipsis*, non ad Φαρισαίων, qvod remotius; sed ad Γραμματεῦσι & νομοδιδασκάλοις, qvod immediate præcessit, referri debere. Reddit namqve rationem,

 quare

quare γραμματεῖς, de quibus hic sermo, exponantur per Νομοδιδάσκαλοι, quia videlicet cum ipsis faciebant Νομικοί. Et quando sequentem periodum de *Pharizæis* inchoat per adversativum ἀλλὰ, id satis cum reliquis docet, Νομικοὺς hic cum *Pharizæis* non, ut *unum corpus & τάγμα*, componi, sed ut diversum potius opponi. Etsi non ignorem Νομοδιδάσκαλος alio sensu in N. T. tribui Doctori *Pharizaico* Act. 5: 34. ast ita hic non sumsit *Epiphanius*. Idem fatum scilicet hoc nomen experitur, ac γραμματεὺς, quod illo voluit *Epiphanius* hic interpretari. Et utrumque, quod Hebraicum סופר, Chald. ספרא, vocabulum, si unquam aliud, πολύσημον, & latissimæ significationis, Viros *Politici*, *Ecclesiastici*, *Scholastici* muneris, summa, infima conditione, & multa alia pro subjecta materia significans, de qvo Viri Eruditissimi *Fred. Spanhemius pater*, *Ioh. H. Hottingerus*, *Ligtfootius*, *&c.* bene multa scripserunt hic non repetenda. Unam mihi liceat significationem expro-
63 mere, vulgò non cognitam, ex classicis tamen, & antiquis scriptoribus haustam, qua סופרים γραμματεῖς, *Scribæ*, ejusmodi notat Judæos, ac Judæorum Doctores, qui, rejectis traditionibus, solam Scripturam venerantur. *I.* Docent illud *Hebræi*. Collectio illa Commentatorum in *Mass. Aboth*, quam possedit Clarissimus *Drusius*, סופרים explicuit per בעלי מקרא *Scripturarios*, ut חכמים per eos, qui *Misnæ* & *Talmudis* traditiones recipiebant. Illum librum *Drusii* quidem non vidi, at constat *R. Schelomoh Jarchi* itidem sic explicare, סופרים ibi esse בעלי מקרא. Quemadmodum ab alia parte certissimum est בעלי מקרא *Baalè Mikra* esse titulum, quem ordinario sibi vendicant *Karæi*. Millies in eorum scriptis opposítè ad *Rabbanitas* occurrit אמרו בני aut בעלי מקרא *dixerunt filii*, aut *domini Scripturæ*. In *Talmude Pharizaicos* Doctores ita cognominari, non memini uspiam legere.

Suprà p. 61.

Vide supra p. 24. &c.

2. Tradunt hoc Doctissimi veterum Patrum, qui plurimum studii in antiquitatibus Hebraicis posuerunt. *Origenes*: *Qui ergo non recedunt à Litera Legis SCRIBÆ dicuntur, qui autem, majus aliquid profitentes, dividunt se ipsos quasi meliores à multis, secundùm hoc* Pharizæi *dicuntur*. Adhuc illos describit, *quod Legem Mosis profitentur se interpretari, & in hoc gloriantur*. Hos, qvod *supra hac adscendere se profitentur*. Concinunt isthæc *Epiphanio*, qui *Scribas* sectam faciens peculiarem, paulo ante monuit, hoc à *Pharizæis* differre, qvod hi habeant μείζους πολιτείας, licet in fidei capitibus *eadem* fere cum *iis sentirent*. Quæ specialius explicat in responso ad Epistolam Acacii & Pauli: Παρ' οἷς (Φαρισαίοις) καὶ νεκρῶν ἀνάστασις, ὡς καὶ παρὰ τοῖς γραμματεῦσι, καὶ ἡ περὶ Ἀγγέλων καὶ Πνεύματος ἁγίου ὅτι ἐστὶ συγκατάθεσις, πολιτεία τε διάφορος. Vertente Petavio: *Mortuorum apud illos Resurrectio, ut & apud Scribas defenditur, iidem Angelos ac Spiritum S. esse non negant. Vita autem eximium instituta.*

Tractat. 24. in Matth.

ſtitutum præ ſe ferunt. *B. Hieronymus*, quum dixit, *ex duabus familiis Sammai & Hillel, ortos eſſe Scribas & Pharizæos*, non alios Scribas (ut infra probandum,) intellexit. Appoſitiſſimus eſt alius *Origenis* locus, ubi occaſione dicti: *omnis Scriba*, &c. enarrat quid ſit Γραμματεὺς; *πᾶς ὁ μεμαθητευμένος τῇ κατὰ τὸ γράμμα τοῦ Νόμου διδασκαλίᾳ. Omnis qui inſtructus eſt doctrina juxta literam legis*, oppoſitè ad *τοὺς εἰδότας τροπολογεῖν, καὶ συνιέντας τὰ τῆς ἀναγωγῆς γραφῶν. Qui Scripturas tropologice explicare ſciunt, quæque ad earum ſpectant Anagogen.* Hebraicè dixiſſet בעלי מקרא & בעלי הקבלה ſecundùm ea, quæ ſupra audivimus. 3. Quin ipſum nomen Γραμματεὺς, ſi bene examines, nos eo manu veluti ducit: ut enim קראי *Karai Scripturarius* eſt, à קרא *Kara Scriptura*, ſic Γραμματεὺς eſt â *γράμμα*, quo *lex* & S. S. *Literæ* deſignantur: 2. Cor. 3:6. 2. Tim. 3:15. Eo libenter referam dictum *Epiphanii* quod Γραμματεῖς eſſent *γραμματικήν τινα ἐπιστήμην ὑφηγούμενοι literalem quandam ſcientiam profeſſi*, quæ ex Scripturæ litera reſultabat. Svadent tandem hujus appellationis origo, & quaſi incunabula. Primus *Ezras* Cap. VII. 6. ſpeciali titulo סופר *Scriba* vocatur. Non eſt dubium, quin ille unicè Legi Scriptæ adhæſerit; eaque ratio ſubjungitur verſ. 10. 11. Eum ſui dogmatis auctorem & ſtatorem paſſim celebrant Karæi. M. S. *Chillouk* עזרה הסופר ונחמיה בן חלכיה... הנביאם ושארית אחיהם דתם דתנו ושבילם שבילנו כאשר יעידו בנו *Ezras, Nehemias, filius Helciæ ... Prophetæ* (iſtius temporis) *& reſiduum fratrum ipſorum, quale illorum inſtitutum tale eſt noſtrum, illorum ſemita, noſtra ſemita, quemadmodum & pro nobis teſtantur.* Ab eo videntur Doctores Textuales (cujusmodi omnes initio fuerunt) titulum Scribæ ſumſiſſe. Notabile eſt; qvod in *Ezra libro* III. *apocrypho* propterea non modo vocatur Γραμματεὺς, verum etiam Ἀναγνώστης, qvod ab *ἀναγινώσκω*, ſicuti קראי à קרא, utroque *Lego* notante. Ex quo autem *Lex oralis* invaluit, ſimplicitatem vicit ſuperſtitio. Illius patroni, partim qvod in eadem *Cathedra Moſis*, & *Ezræ* ſederent, partim quod סופר erat veterum Antiſtitum nomen, ut antiquitatem mentirentur, & hujusmodi velut deceſſoribus, affaniis ſuis fidem conciliarent atqve auctoritatem, hunc titulum סופרים ad ſeſe rapuerunt. Quin *Moſen Prophetam*, (qvo crederes *Moſi* per omnia ſimillimos) in Paraphraſi ſua Chaldaica ספרא *Scribam* qvoqve appellarunt. Ab eo igitur tempore iſtius vocabuli ſimplex olim notio, inter Doctores & ſectas facta eſt duplex & ambigua, immo quodammodo contraria, ut multis vocibus in lingua Hebraica uſuvenit; & *τύραννος, σοφιστής*, &c. apud Græcos in bonam & malam partem capiuntur. Non abjecerunt nempe, hoc elogium, à patribus acceptum, *doctores Textuarii*; ſed ad ſera tempora, *Origenis* teſtimonio, ſervaverunt. *Eſt ergo videre uſque*

[Margin notes: in Jeſaiam Cap. VIII. — Matth. 13: 52. — 64 — Epiphan. de Scribis Hær. XV. — Cap. VIII: 9. — 65 — Tract. 24. in Matth.]

que nunc apud Judæos sedentes super Cathedra Mosis Scribas, & Pharizæos, Scribas eo sensu, illic intelligens, prout supra exposuerat. *Traditionarii* verò sua hominum inventa passim his nominibus quoque venditabant : מפי הסופרים *ex ore Scribarum* accepta. Non potuit non hinc oriri ἀμφιβολογία sæpe, & quæ fraudi fuit multis, ipsi etiam *Epiphanio*, idearum confusio; quam etiam ille Luc. XI. in auditoribus Christi metuens, ideo interloqui sustinebat. Fuit enim γραμματεὺς, ut declarat Lucas, νομικὸς *Legista*, non φαρισαῖος, & *traditionarius*. Quemadmodum vero *Lucas* duo ista nomina prius exactiùs definit per posterius, ita de *Scribis*, qui *erant juxta literam Legis instructi*, ambo conjunctim adhibuit *Origenes*, talem vocans Νομικὸν Γραμματέα. Neqve aliquis antiqvo affixus præjudicio, ac si nomen Γραμματεὺς modo *munus*, & non *Sectam* simul denotaret, sic cogitet, fuisse forte istos Scribas *penso* (ut sic dicam) atque *professione* magis quam sententiis & *opinione* discretos. Similiter, ut in *Academiis*, alii Theologiæ & S. S. *Literarum*, alii *juris Canonici* adeoque Ecclesiasticarum Traditionum Professores. Nihil quippe magis foret ab usu & constitutione Judæorum alienum. Nusquam id legitur. Nec fieri poterat. Non diversi, sed iidem
Matth. 15:6. Doctores *Scripturas* per *traditiones* explicabant, τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ἀκυροῦντες, *Mandatum Dei refigentes per traditionem* hominum. Antiqui denique Patres, & illi cummaxime, qui aliquid noverunt in Hebraicis, aliter hæc tradiderunt, quibus in rebus facti, qvæ propius ab eorum temporibus aberant, aliqvantulum credi oportet; præsertim quum, ansam
Hæres. XVI. Phariz. calumniæ præcisurus, asseveret Epiphanius, se talia ἐκ παραδόσεων ἀκριβώσαντα ἐκθέσθαι *ex traditionibus* (majorum) *accurate pervestigata exponere*. Viderentur mihi istæc (modo idem erudite Lector tibi) de Scribis Textuariis, tam luculentis Veterum testimoniis, non penitus male stabilita. Juvat nunc, sed ita ut tuo judicio omnia subjiciantur, facere experimentum, num, hæc si recipiatur observatio, parumper lucis Historiæ Evangelicæ, priscis quibusdam Patribus Ecclesiæ aliquantulum patrocinii queat afferre.
66 Adeoqve ipsa sibi novum hoc pacto pretium, & firmamentum. Talem nobis videri Scribam istum Νομικὸν Luc. XI: 45. jam supra diximus; adjuvat *Syrus* qui ספרא transtulit. Atque inde pressius adhuc probari jure qvis existimet, quod tres illæ sive Facti circumstantiæ, sive Personæ Characteres, quos ibi ex Textu eruimus, nulli æque, qvam Karæo seu Textuario, possint convenire. 1. Illi etenim a Pharizæis erant diversi. 2. Eodem tamen titulo γραμματέων, ut jam monstratum, subinde veniebant, qvo & Pharizaici Doctores. 3. Illi Jesu Nazareno, propter communes hostes Pharizæos, erant amici, & alia qvacunqve Sectâ faventiores; cui, qvoties

ties Traditiones & instituta hominum initio Ministerii sui severè reprehenderet, & confutaret, premebant pollicem; ac vehementer studebant, etsi progressu temporis, ubi aliæ quæstiones de Deitate Messiæ, Templo, abroganda Lege &c. agitabantur, æqve ac reliqvi evaserint infesti & iniqvi. Eousqve non malè Karæis cum Christo, hac qvidem parte, externa specie convenire videbatur, ut meminerim, ante multos mihi annos Orobionem dicere Amstelodami, Christum nostrum *Karæum* fuisse. Invenimus Zenam Νομικὸν, æque ac Apollo, inter Evangelii antistites. Tit. 3:13.
Unus Scribarum, qui Jesu docenti acclamabat *καλῶς καὶ ἀληθῶς bene & ex vero dixisti*, Marc. 12:32. quem Dominus vicissim commendat, qvod *νουνεχῶς ἀπεκρίθη intelligenter respondisset*, & *non longe ab esset à regno cælorum* (ut cognoscas propius *arma virumque*) apud Matthæum loco parallelo describitur *νομικὸς Legista*. Et sanè per *νομικοὺς* hujusmodi fere *Textuarios* in N.T. notari, Matth. 22: 35.
haud obscurè exinde firmatur, qvod omnis disputatio, qvæ cum iis acta legitur, non *traditiones*, aut *Kabbalam*, sed *Legem scriptam*, ejusque genuinam Matth. 22:
interpretationem, & praxin, spectaverit. Qvod si Νομικὸν illo Matthæi 35. Luc. 7:
loco lubeat, ut mihi qvidem admodum allubescit, sumere pro *Textuario*, 30. & 10: 25. & 14:3.
indignum non erit notatu, quod sic uno hoc capite Matthæi memorabitur &c.
amplissima Christi & universalis victoria, de qvatuor quæ tunc Scholas, urbem, & aulam tenebant Sectarum insidiis, & oppugnatione, feliciter ac sapientissimè triumphantis. Primò accedunt *Pharizæi* juncti cum *Herodianis* vers. 16. ut, qvicqvid responderit, laqveo implicaretur: aut vulgi odium, aut Majestatis vindictam incurrens. His in pudorem actis, impudentiores in scenam prodeunt *Zadducæi*, vers. 23. 24. . . . ubi hos ex Scri- 67
pturis & Dei virtute confutavit, prorumpit qvartò aliquis Νομικὸς *Legista*, &, pro sua hypothesi, nodum nectit ex *Lege*, *quodnam sit maximum mandatum?* vers. 35. 36. Quem Servator tam dextrè solvit, ut roganti, cum elogio, extorserit assensum loco parallelo Marci cap. 12:32. Sanè qvominus fuerit hic *νομικὸς* Matthæi ex Pharizæorum factione, ut vulgo existimatur, multa prohibent; qvod apud *Marcum* nullum qvidem nomen, aut men- Cap. XII.
tio, *Pharizæorum* appareat; sed tantum Γραμματέως vers. 28:32. id est, בעל המקרא *Textuarii* ex superioribus. Inde clarius dixit Matthæus *νομικὸν*. 2. *Pharizæi*, dum hæc disquisitio institueretur, non adessent, sed abiverant consultaturi. vers. 34. quibus vers. 41. demum redeuntibus tum Christus ipse dubium proponit de *Filio Davidis*, qui simul posset esse ejus *Dominus?* itaqve illud *αὐτῶν ipsorum*, vers. 35. *Unus ex ipsis*, *Legista*, non ad *Pharizæos* (recesserant qvippe inituri consilium vers. 34.) verum ad *ἀκούσαντες ὄχλους* vers. 33. referendum videtur. Ex qvorum medio hîc prosilit,

sit, vacua velut arena, cum Domino congressurus, πειράζων, *capiens experimentum*, an, qui reliquas sectas, quæ *Scripturas ignorabant*, aut adulteraverant, tam facile vicerat, eadem sapientia & promptitudine de ipsa Lege sibi Legistæ posset respondere? Quidni ex hac observatione singularem cùm emphasin, tum elegantiam verba Sospitatoris accipiant apud Luc. 10:25.27. Quandò interroganti νομικῷ *Legistæ*, *quid faciens sit habiturus hæreditatem vitam æternam?* respondit: ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; πῶς ἀναγινώσκεις; *in Lege quid scriptum est? quomodo LEGIS?* poterat prius sufficere, *Quid scriptum est?* quippe nunquam verba inania profudit Christus, eo etiam fuisset contentus; sed quia res erat cum νομικῷ *Textuario*, argutè pungit, nomen alludens, קראי מה קורא אתה *Legista quid legis?* Qui Legem noctu dieque versas, & meditaris, in ea omnia necessaria ad salutem contineri rectè tueris, nunquid merito mirum, te talia qværere? ac si id in

Levit. 18. Lege non clare exstaret & *legeretur*; *qui fecerit ea, vivet in eis*, & similia. Ac,

Hæres. XVI. §.1. dum ita *Scribas*, in qvantum vox aliquando notat *Textuarios*, eosdem facimus his locis cum νομικοῖς *Legistis*, pulchrè sacris Evangeliis consentiet *Epi-*

68 *phanius*: cum *Scribis*, hujus quidem generis, itidem conjungens νομικοὺς &

Hæres. XVI. 91. νομοδιδασκάλους, *Legistas* & *Legis doctores*. Quin, ulterius *Origenes* progressus, qvod toties in Evangelio repetitur *Scribæ & Pharizæi*, quandoque sic explicat, ut per *Scribas* non intelligendos censeat *Doctores Pharizaicos*, ut passim interpretes, verum *Scribas* hujusmodi *Textuarios*. Postqvam ad Matth. 13:52. suprà, *Scribam* definivisset, qui, opposite ad Scripturarum *Anagogen* & mysticos Kabbalistarum sensus, *nuda litera credit*, *eamque tuetur*, subdit: οὕτως δέ τις διηγήσεται καὶ τό, οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, ὑποκριταί! ὡς παντὶ εἰρημένον τῷ πλὴν τοῦ γράμματος μηδὲν ἐπισταμένῳ. *Sic autem*

Matth. 23: 13. *aliquis explicabit & illud:* Væ Vobis SCRIBÆ & Pharizæi Hypocritæ! *quasi unicuique dictum*, *qui præter literam nihil scit*. Ejusdem Capitis XXIII. Matthæi versum secundum, *Scribæ & Pharizæi sedent super Cathedra Mosis*, de iisdem *Scribis* similiter exponit, loco ante adducto. Rem ipsam plane mihi persvasit, fuisse *Scribas* inter Judæos hoc nomine, & nominis sensu, qvem jam declaravimus. De intellectione loci Matth. 23:2.13. nolim præstare; aut sine Quiritium suffragiis solus & præceps aliqvid decernere. At tamen neque temerè rejiciendum est Origenis in talibus judicium & testimonium. Non contemnendæ forte pro eo maturius cogitanti rationes occurrent. V. gr. Cum notissimum sit in *Pharizæorum* ordine non modo *Doctores*, sed & *plebejos* infinito numero, immo & *mulieres*, comprehensas fuisse; si his commatibus *Scribas* accipias de *Doctoribus Pharizaicis*, tum καὶ Φαρισαῖοι *Et Pharizæi*, mox additum, de *Plebe Pharizaica*, seorsim à Doctoribus,

neces-

necessario erit capiendum. Manifestè namqve distinguuntur: Non *Scribæ Pharizæi*, sed *Scribæ* ET *Pharizæi*. Observemus unà, qvod tamen de *Pharizæis*, æque ac de *Scribis*, asserat Christus, illos *sedere in Cathedra Mosis.* Qvonam hoc pactò tandem poterit competere plebejis? sed si cum *Origene* Γραμματεῖς *Scribæ* interpreteris de isto hominum genere, qvi soli *literæ credunt*, *eamque tuentur*, res expedita est. Tam enim *Textuarii*, quam *Traditionum patroni* tunc erant Synedrii assessores; & utrique populo jugum obsequii durissimum imponebant, qvod fastu, hypocrisi, aliisqve vitiis ipsi clanculum excusserant. Ne quis dubitet, קראים Karaim *Textuarios* in membra Synedrii admissos, discamus ex Talmude, integrum ex iis aliquando constitisse. De his enim explico qvod habetur in *Massech. Sanhedrin*: *Filiam sacerdotis, quum scortata esset, combustam* hoc modo, ut *circumponerent ei fasciculos sarmentorum.* Id dum objicitur ibi Traditionum doctoribus, quibus placuerat, combustionem fervente plumbo in guttur ingesto peragendam, respondent לא היה ב׳ד׳ של אותה שעה בקי *non fuit Domus Judicii istius temporis satis perita.* *R. Joseph* pressius ב׳ד׳ של צדוקי׳ הוה *Synedrium istud constabat Zadducæis.* Qvo nomine *Karæos* à Rabbinis designari in suis disputationibus, suprà abunde probatum. Hi nempe nihili facientes novas explicationes & glossemata Pharizæorum, in hujusmodi vivicomburio Mosis cùm Legem, tum consuetudinem, seqvebantur; Talesque erant hi *Zadducæi*, exponente Jarchi, שדורשין מקרא ככתבו *qui explicant Scripturam* (non ex traditione) sed *ex eo, quod scriptum est.* *Zadducæi*, Epicuræâ sententiâ, non essent forte furti aut Venereæ voluptatis tam rigidi osores, & si vel essent, horrendum mihi, & incredibile, qvum pauciores essent secundum *Josephum*, impiam Epicuri sententiam in Ecclesia Judaica, & augusto illius Senatu, omnibus omnino Judicibus animo sedisse. Karæos autem solos aliquando, deturbatis Pharizæis, illic dominatos *Joh. Hyrcani*, & *Alexandri Jannæi* &c. temporibus ex historicis Judæorum manifestum est. Accedit, si *Scribæ* de Doctorum *munere* solum, & non *secta* hic accipiantur, quod vix congruens adeò & usitata locutio emergat: *Rabbini* (Pharizaici) & *Pharizæi sedent*, &c. qvam novum, & insuave, auribus allabitur, si in aliis Sectis nostrorum temporum ita divisim quis conjungeret V. C. *Doctores & Romano-Catholici*, *Senatores Ecclesiastici & Lutherani*, *Ministri & Calviniani*, & ita porro: hoc aut illud dixerunt, fecerunt. Optimè *Secta* cum *Secta* componetur: *Romanenses & Reformati* gerunt Mosæ-Trajecti Magistratum. *Lutherani & Calviniani* alicubi Cathedram occupant Professorum, &c. Ac quemadmodum, ratione factionum habitâ, in ipsis Evangeliis sæpe combinantur modo *Pharizæi & Zadducæi*, modo

69 Massech. Sanhedrin p. 52. a. & b.

Lev. 21: 9.

Antiq. Jud. libr. XVIII. cap. 2.

Pharizæi & Herodiani, ſic eodem reſpectu, ex mente *Origenis*, hic loci conſociantur *Scribæ & Pharizæi*, hoc eſt *Textuarii & Traditionarii*; ex utraque
70 claſſe etenim, qvin etiam ex peſſimis *Zadducæis*, in illud Collegium aliqui
Act. 5. & 23. cooptabantur. Sic *Scribæ & Pharizæi* idem volet, qvod aliqvoties *φαρισαῖοι καὶ Νομικοὶ*, *Pharizæi & Legiſtæ*, apud *Lucam* Cap. VII: 30. & XIV: 3. Neqve de nihilo eſt, qvod inter Evangeliſtas in ſolo *Luca* hæc occurrat copulatio *Pharizæi & Legiſtæ*; qvi poſt *Matthæum* ſcribens, omnia *ἀκριβῶς accu-*
Luc. 1:3. *ratiſſimè* fuit *perſecutus*. Et ope hujus nominis ænigma iſtud Luc. XI: 44. 45. parum intellectum, & ſine eo nunqvam ſatis intelligendum, facillime dedit explicatum. Ego autem hæc non affirmans, ſed inqvirens diſſero; ad ſenſum Origenis attuli quæ ſuccurrebant; in re obſcura cenſens amplius deliberandum. Certus, ſi alicubi vocis *Scribæ* explicatio Origeniana obtinere debeat, qvod mihi fit veriſimile, non tamen ubicunqve illud, ſeorſim aut conjunctim, occurrit, ſemper & ſtatim *Textuarium* denotare. Commonuimus jam, quam late pateat, & variæ ſit ſignificationis. Habebit itaqve eruditus Scripturæ interpres patentiſſimum hac ratione campum, in quo ingenium ſuum & *ἀγχίνοιαν* exerceat, diſpiciens quibus locis qvæ notio quadrabit. Ad faciendum indicium hæc ſufficiunt de Scripturis. Nunc videamus, qvomodo Veterum Patrum cauſa, & intellectus, hinc poſſit juvari. *Epiphanius*, aliiqve in Sectarum catalogo proprium qvoqve locum *Scribis* aſſignarunt, vehementer eo nomine maximis viris vapulantes.
Petav. Not. adEpiphan. Hær. 15. *Scribarum ordo neque Judaiſmi Hæreſis fuit, neque πρὸς φαρισαίους ἀντιδιαστελλόμενοι, nam & Scribæ plerique Pharizæi*, &c. ait *Petavius*. Videlicet non alios
Scal. *Scribas* noverat, qvam publicos Doctores, à *munere* ſic appellandos; hoc tibicine nititur immerita *κρίσις*. Aſt ubi nunc conſtat, fuiſſe hominum ordinem, qui *Scribæ*, propter dogma, vocabantur, qvia בעלי מקרא *Baalè mikra* erant, *ſcriptæ* tantummodo *Legi* addicti, poſtqvam hoc peritiſſimi in Hebraicis Patres Origenes, Epiphanius, Hieronymus tradidere, & haud tralatitio Judaicæ Miſnæ, & Chriſtianæ Antiqvitatis conſenſu, faventibus Evangeliis, confirmatum eſt, an non evidenter patet, diverſa opinione ſejunctos fuiſſe, & Petavii potius inſcientiam quam Epiphanii diſtinctionem animadverſionem mereri? Dicit de iis idem *Epiphanius*, qvod *eodem fere tempore, quo Sadducæi* in lucem *prodierint*. Exagitant illud tanqvam falſiſſi-
71 mum Docti, & ſi de *Scribis* intelligeretur, quatenus notat Doctores Eccleſiaſticos, nihil eſſet abſurdius, nam illi dudum ante fuerunt; verum ſi de *Textuariis* & קראים, qvid verius? nam ita nihil dicit, niſi qvod præſtantiſſimi
Supra p. 15. & ſeqq. Judæorum Chronologi & Doctores Maimonides, R. Jehuda Hallevi, R. Abraham Ben Dior, &c. ante ſcripſerunt. Pergit porro, quod eſſent

γραμ-

γραμματικήν τινα ἐπιστήμην ὑφηγούμενοι, transfert hæc verba Petavius: *Velut quandam Grammaticam professi.* Sed ô bone! Cum hi Scribæ tibi sint *Theologi*, & Legis Doctores, an satis ex decoro videntur *Grammaticam*, non novisse, sed publicè *professi?* Et si id nihil vetat, an jam tunc inter Judæos *Grammatica* fuit ἐπιστήμη, in artis aut *disciplinæ* formam redacta? qvod seris post Reipublicæ excidium temporibus demum factum, & à R. Juda Chioug omnium primo, anni nondum sunt octingenti, ipsi Pharizæorum successores tradunt Rabbini; de quo post alios consulere licet Doctissimum R. Simonium. Quanto satius est hæc conferre cum iis, quæ Origenes de *Scribis* memoriæ prodidit: tales *dici, qui non recedunt à literâ Legis*; & *Epiphanii* verba, quemadmodum nos suprà, interpretari. Περιττὴ καὶ σοφιστικὴ ὑφήγησις *interpretatio* (Scripturæ) *sophistica, quaque modum excedit*, qvam iis tribuit, optime convenit cum eo, qvod Rabbini de Karæis observant qvod sint מתחכמים בטענות ובתולדות in nectendis difficultatibus, & conseqventiis sagacissimi, ut Clar. Buxtorf. habet: *Rationibus ac argumentis ingeniosis, & speciosis, suam sententiam confirmant.* Ità paulisper patrocinium *Epiphanii* suscepimus; sunt tamen, fatendum est, in eadem Hæresi, quæ defendere, aut secum conciliare non possumus. Postquam hæc posuit, quæ neqve vera sunt, neque commodum sensum admittunt, nisi accepta de *Scribis Textuariis*; mox ea subjungit de traditionibus & exercitationibus abstinentiæ à Venere, &c. quæ non his, sed *Scribis*, hoc est Doctoribus, *Pharizæis* competant; qvibus mox qvoqve adscribit; sive hæc ab ignaro acceperit, sive *amphibolia*, qvam diximus, vocabuli *Scribæ* deceptus, hæc ipse confuderit; sub eodem titulo complectens qvæ qvidem Scribarum erant, sed diversorum. Ad Cap. VIII: Comma 14. Jesaiæ prædicentis, Messiam *futurum in petram offensionis duabus domibus Israel;* beatus annotavit Hieronymus: *Nazaræos (qui ita Christum recipiunt, ut observationes Legis Veteris non admittant) duas* (Domus) *familias interpretari Sammai & Hillel: ex quibus orti sunt Scribæ, & Pharizæi.* Magna confidentia maximi Viri ista rejiciunt, atqve confutant: *Quomodo Scribæ ab iis ortum haberent, quorum frequens in V. T. est mentio?* Verum an serio possumus existimare, quæ pueri norunt, & qui nondum ære lavantur, ea nescivisse *Hieronymum?* qui Ezram recensuit, Prophetas transtulit, S. Scripturam admirabili judicio, improbo labore, diutissimè tractavit; ut nihil dicam de Historia, non invenisse *Scribas* doctores ante ætatem Hillelis? non credibile. Alios igitur in animo habuit *Scribas*, videlicet qui diversam à *Pharizæis* בית *Domum*, & discipulorum *familiam* constituebant; qvum ordinarii Rabbini & Doctores, Christi tempore, ut plurimum ipsi essent *Pharizæi.* Agit de Scribis, quos apud *Origenem* lege-

Not. ad Epiphan. Hæres. XV. Init.

Hist. Crit. lib. 1. cap. 10.

Cozri part. 3. § 65.

Hæres. XV. Nov. Edit. Colon. p. 33. B.

Hæres. XVI. Init.

72

Casaub. Exercit. 1. ad Baron. p. 51. b. Edit. Genev. Spanhem. Dub. Evang. part. 2. Dub. 28. p. 402. &c. &c.

lege-

legerat; qui ex ſchola *Schammai*, & non *Hillelis*, prodierant. Atque ita ſe prodit, jam tunc aliquo modo noviſſe, quod non pauci Doctorum hodieque ignorant; plures ſaltem *Karæos* ſectæ ſuæ antiſtitem & fautorem R. *Schammai*, qvemadmodum R. *Hillel Pharizæorum*, habere & oſtentare. *R. Moſes Beſchitzi Karæus* in libro M. S. מטה אלהים, loco, capite proximo plenius adducendo, לפי שאנו הקראים יחד סמוכים ונשענין מרב שמאי ובית דינו . . . והרבנים קבלו מרב הלל הזקן ובית דינו *Quandoquidem nos Karæi pariter innitimur* (poſſet etiam verti: *ordinati ſumus*) *& ſuſtentamur à R. Schammai, & domo judicii ejus. . . . Sed Rabbanitæ* (*doctrinam*) *acceperunt ab Rabbi Hillel ſeniore, & domo judicii ipſius.* Hæc mens *Nazaræorum*, dum ſcripſerunt, *Scribas* (Textuarios) à *Schammai*; ab *Hillele Pharizæos* oriundos; quæ ſi fuerat benè perſpecta, ab immerita eos cenſura liberaſſet. Si vero Joſephus *Pharizæos* repetit ἐκ πάνυ ἀρχαίυ, *ab admodum antiquo:* Sciendum eſt, *Hillelem* longè plus ſeculo floruiſſe antequam iſta *Joſephus* ſcriberet; & cum varii ſint Hæreſeôn gradus, atque incrementa; ſeminibus Pharizaiſmi dudum antea jactis, ſub *Hillele* tamen ἀκμὴν & veluti vigorem cœpiſſe. Quod vero hæc Eruditiſſimus Pater hauſerit à *Nazaræis*, fidem mihi non elevat, ſed roborat magis: qvia teſtes σύγχρονοι, & domeſtici; adeoque multo melius, quam quiſquam recentiorum, ſunt Judaicorum geſtorum
73 periti. Sint *Hæretici*, errantes in doctrinâ libertatis Evangelicæ, quid tum? an ideô mox mentiuntur in patria Hiſtoria? fuerint, ut ſane fuerunt, *Judaizantes*, tantò minus hoc *Ieſaiæ* ſtigma propheticum celeberrimis & maximis Judæorum Doctoribus vel temerè, vel falsô, inuſſerunt. Atque hæc ſpeciminis loco ſufficiant.

CAPUT VII.

Corruptus Eccleſiæ Judaicæ ſtatus poſt Captivitatem ex M. S. S. Karæis. Remedium adhibitum. origo ἐθελοθρησκείας, *& diviſionis. Joh. Hyrcani convivium. Hinc ejus odium lethale in Pharizæos, ut & Jannæi filii ejus. R. Simeon Ben Setah fugit Alexandriam. Redux Kabbalam jactat. Ex M. S. S. varii errores in hiſtoria emendati. Gradus Pharizaiſmi. Quibus artibus crevit? Schammai an faverit Karæis, & Hillel Patronus Pharizæorum? &c.*

VErum, tempus jam dudum, & ordo nos vocant, ut de ſciſmatis inter utroſqve cauſis, & proxima Origine, aliqvid commentemur; qvæ ut melius conſtent ſibi, atqve intelligantur, res paulò altius repetenda videtur. Obſervant, nec immerito, Karæi, poſt Captivita-

vitatem Babelis solutam, Sacerdotes & populum, quibus inexspectata liberatio, redditæ Patriæ & antiqvarum possessionum recens beneficium, si non avitæ Religionis amor, ingentem zelum & alacritatem in divino cultu accendere debuerant, è contrario in vitia & corruptionem præcipites sese dedisse. Sive hoc fecerit divini cultus, destructo Templo, diuturna intermissio, sive Gentilium servitus & contubernium, sive propria cordis pravitas atqve duritia, aut simul hæc omnia. Auctor saltem M. S. libri Chillouk septem crimina enumerat, qvorum rei erant, augendis *post mortem Prophetarum* peccatis : מאנשי בית שני למדנו שבעה דברים אחרי
מות הנביאים וסיעתם האחד כי כהני בית שני היו רשעים והתירו
להקריב לחם מגואל במזבח יי׳ וכן עור ופסח וחולה שאסרה התורה
שנאמ׳ מגישים על מזבחי לחם מגואל וגומ׳ וכתיב כי תגישון עור לזבוח
אין רע וגומ׳ והשני הכשילו רבים בתורה כענין האמור ופושעים יכשלו
בם וכן בזה הכשלתם רבים בתורה שחתם ברית הלוי וגומ׳ והשלישי
היו נושאים פנים בתורה שנאמ׳ כפי אשר אינכם שומרים את דרכי 74
ונשאים פנים בתורה והרביעי שנאמ׳ ובעל בת אל נכר והחמישי היו
חומסים וצוררים לנשותיהם שנאמ׳ על כן יי׳ העיד בינך ובין אשת
נעוריך אשר אתה בגדת בה והיא חברתך ואשת בריתך והששי שהיו
מחללים את השבת שנאמ׳ ראיתי ביהודה דורכים גתות ועמסים על
החמורים והשביעי שהיו בועלים נשים האסורות שנאמ׳ גם בימים ההם
ראיתי את היהודים השיבו נשים (נכריות) אשדודיות עמוניות מואביות
ובהם יבטל. שאמ׳ עמוני ולא עמונית ואם כי הם שבשו ההעתקה והפילו
את החלוף איך נקבל ונלמוד מהם תורה ומצוה או כל ההעתקה Quæ
in hunc fere sensum vertere licebit, *De iis, qui circa tempora domus secundæ vixerunt, septem res accepimus, postquam Prophetæ & illorum suffragatores essent mortui: Primum est, quod, cum Domus secunda Sacerdotes essent improbi, pro oblationibus in altare Domini panem admiserint pollutum. Quemadmodum pariter* (victimam) *cæcam, claudam, & languidam cujusmodi Lex arcuerat. Patet ex eo, quod scriptum est (Mal. 1: 7.) offertis super altare meum panem contaminatum, atque ita* (vers. 8.) *cum adducitis cæcum ad immolandum, nonne malum est? &c. Secundum est, quod offendiculo multis fuerunt in Lege; eo modo, quo legimus* (Hos. 14: 10) *Prævaricatores corruent in iis, hic se res habuit:* (Mal. 2: 8.) *impingere fecistis multos in Legem, & fœdus Levi corrupistis; &c. Tertium erat, quod personas acciperent in Lege. Secundum id, quod extat (Mal. 2: 9.) sicut non custodivistis vias meas, & fuit*

vobis personarum acceptio in Lege. Quartum: intelligitur ex eo, quod dictum est (*Mal.* 2: 11.) *duxit filiam Dei alieni.* (LXX. ad studium Deorum aliorum, veteres Judæi ad superbiam referunt) *Quintum: violenter opprimebant suas uxores, unde dicitur Mal.* 2: 14. *Iehova testificatus est inter Te atque uxorem adolescentiæ tuæ, contra quam es prævaricatus, licet sit Socia tua, & uxor tui fœderis. Sextum: quod profanarent Sabbathum, prout dicit* (*Nehemias Cap.* 13: 15.) *vidi in Juda calcantes torcularia & onera asinis imponentes. Septimum est, quod vetitas mulieres sibi junxerunt matrimonio. Juxta illud* (*ibid. vers.* 23.) *in diebus quoque illis vidi Judæos, qui duxerunt uxores* (extraneas) *Asdodithidas, Ammonithidas, Moabithidas: quod ipsi eludendo sic defendebant* (in Lege scriptum Deut. 23: 3.) *Ammo-*
75 *nita, non Ammonitis. Quæ cum ita sint, atque illi perturbaverint exemplar, & abortu quodam mutationem pepererint, quomodo tandem accipiemus ab iis? vel Legem & præceptum, aut qualemcunque formam discemus?* Plura congeri possunt; sed hæc, atque ista omnia, ad tria capita commodè referri. 1. Erat magnus Legis neglectus in Doctoribus, Mal. 2: 1. 7. 8. unde sequebatur in populo contemtus atque oblivio Hagg. 1. Mal. 4: 4. 2. In administratione justitiæ, in Foro æquitas, fides, veritas sæpissime laborabant. vide Zachar. 8: 16. 17. & Mal. 3: 5. Multumque valebat *προσωποληψία* Mal. 2: 9. 3. In Pietatis aut Levitici cultus officiis, si quando iis vacabant, dicis veluti causa, & perfunctoriè, versabantur, incuriosi purum, an impurum? sanum an ægrotum? & ità porro offerrent, nullo modo, ut Legem legitimè, *νομίμως*, observarent, curantes. Triplici huic malo invenimus triplex quasi remedium, eos, qvi Prophetas exceperunt, Doctores Judæorum commendasse. אנשי כנסת הגדולה הם אמרו שלשה דברים הוו מתונים ברין· העמידו תלמידים הרבה· ועשו סיג לתורה loco istius in docenda Lege perversitatis, & desidiæ, jubent *multos facere discipulos.* Ne cuiqvam fieret injuria, volunt *tardè & consideratè judicium ferri.* Maximè ut populus arctius in officio omni respectu, & ratione, contineretur, mandant FACITE SEPEM LEGI. Quo denotabant, qvoniam multa in Pentateucho plebs non satis capiebat, aut capere nolebat; quædam etiam ipse Legislator suis circumstantiis non semper definiverat, qvò ansa istis quotidianis cavillis penitus amputaretur *in quo polluimus? in quo despeximus?* vehementer expedire, ut Doctores obedientiæ nodum fortius adstringerent; & qvæ vel non clare decisa, vel alias utilia videbantur, suis expositionibus & praxi pressius determinarent, addentes aliquod *ἐπίμετρον*; & ad abundantiorem cautelam ultrà, quam Deus stricte præscripserat, ab inconsulta plebe exigentes. Ex hoc fonte manavit, cum illi tam impudenter *Sabbathum* profanarent, ut præter Sabbathi observantiam legalem, induxerint

Massech. אבות Init.

Mal. 1: 6. 7.

שׁבות

שבות *Sabbathi additamentum*, qvo partem aliquam profani diei Sabbatho sancto adjiciendam sciscebant; & quædam â Mose præcisè non interdicta V.gr. eo die nare in aqua, adscendere arborem, &c. cavebantur nihilominus, ne illarum occasione ad verè vetita prorumperent. Quia illi, & dona passim fuerant polluta, declaraverint, postea non modo impurum fore illud, quod gravem immunditiem per se tetigerit, & אב הטמאה *pater impuritatis* vocatur, verum etiam aliis interpositis, & jure quodam participationis. Ita lectulus immundus fiebat, non solum, in qvo vir aut mulier in sua immunditie sederat, jacuerat; verum etiam, si illum modo aliquid contingeret, qvod isti prius tetigissent. Sacerdotes ibi ducebant alienigenas? eousqve interdictum extendit ἐθελοθρησκεία, ut etiam Hebræam civem, si forte aliqvando inter alienigenas captiva fuisset, *profanam* æstimarent, ut de Joh. Hyrcani matre statim audiemus. Et talia ὅσα κόνις. Ea ratione scilicet cum hominibus hic instituebant, quemadmodum Medici in definienda infirmorum diæta; aut in causarum actione Patroni, qvod indebitum est, petunt quandoque, ut, quod æquum debitumque, tanto certius liceat auferre. Sic quoque, si jam, pro more, plebs aliquid de mandatis Doctorum malignè detraheret, sapienter credebant prospectum, ut vel sic tamen intra Divini præcepti consisteret sepimentum. Egerunt ista animo quidem forte non malo, consilio tamen imprudenti, ac successu pessimo; quando Deus humanam Sapientiam in re divina meritò spernit, atque frustratur. Hæc enim, si qvid judico, Judaici fundi calamitas, & prima est humanarum in Religione traditionum, ac Pharizaicæ superstitionis, potissima origo. Qvum enim hujusmodi additamenta urgeri, laudari, inculcari à suis doctoribus & sacerdotibus passim viderent, orti sunt plures ἐκουσιαζόμενοι τῷ νόμῳ *voluntario affectu Legi operam dantes*: Ἀσιδαῖοι Hebr. חסידים *Boni*, עוסקים ברבית התורה qui, *occupati in auctario Legis*, plus agebant, quam stricto jure tenebantur. Utque ferax superstitio est, præcipue si æmulatio, & laudis cupiditas acrius studium accendant, magnum statim hæc doctrina cepit incrementum, variantibus qvamqvam hominum doctiorum de eâ sententiis; unde Sectarum inter Judæos prima, quæ in obscuro latent, incunabula non ineptè forsan repetentur. Hoc namqve modo cum lex divina cum humanis inventis, frumentum cum paleâ propinaretur; pro diverso genio, & studiis, diversam viam insistebant: Ἀμετρίᾳ τῆς ἀνθολκῆς aliqvi cum palea simul frumentum abjecerunt: veluti hinc *Zadducæi*, cum istis hominum doctrinis, divinæ revelationis & promissorum partem non exiguam pessimè rejicientes. 77 Inde tales, qui, in *Essæorum* Societatem postea coeuntes, cum superstitiosis observa-

[Margin notes: Misn. Mass. Betza Cap. 5. — 76 (beside "& dona passim fuerant polluta") — 1. Maccab. 2:42.]

servatiunculis sanctissima Templi, inque eo Sacrificiorum, Festorum solennia instituta parum curabant, sed in secessu qvodam philosophico, meditatione, atque exercitationibus virtutum, charitatis cummaximè, totam Religionis summam collocabant: Pythagoræ & Platonis æmuli magis, quam discipuli Mosis. Qvotqvot prudentius servatâ Scripturæ totius, & solius doctrina, omnem paleam à verbo Dei segregandam statuebant ex mandato Jer. 23:28. eam fovebant opinionem, qvam nostri Karæi. Qui vero & paleam & frumentum, Legem oralem cum scriptâ, pari obsequio & pietatis affectu recipiebant, Pharizæorum nomen propter vitæ singularem atque affectatam rationem meruêre. Diffuso cum tempore per totum Ecclesiæ corpus veneno, crescentibus *occulto velut arbor ævo* erroribus, hæ tandem sententiæ circâ ætatem Jonathæ Pontificis, fratris Judæ

Antiqq. lib. XIII. cap. 9. Maccabæi, memorante Josepho, diversis sectis caput suum extulêre. Quam diu autem hic Pharizaismus inter pauciores gliscebat, praxi magis obtinebat qvam lege, superbia & hypocrisis pietatis speciem mentiebantur, multis imposuit, ipsi etiam Johanni Hyrcano, Ethnarchæ, Pontifici & summo viro, qvi principio magnus illorum fautor erat, iisque se ipsum tradiderat in disciplinam. Donec casu non expectato, nimius illorum fastus, & in objurgando Ethnarcho libertas hanc amicitiam plane diremit, & ingentium turbarum causa exstitit. Historiam exhibent Josephus Græcus, Pseudo Gorionides Hebræus, Rabbini passim, atqve etiam *Karæi*; ut nihil celebrius sit ubiqve, aut magis famosum. Johannes Hyrcanus rebus domi belloque fortiter gestis magnam sapientiæ & fortitudinis laudem consecutus, pace Populi, suaque gloria lætus, non modo Ministris sed & primariis in Republica viris, qvi dignitate aut doctrina excellebant, epulas instruit, futuras quædam, felicitate temporum, Hilaria; sed qvod ait

Prov. 14: 13. Salomon ואחריתה שמחה תוגה *extrema gaudii luctus occupat*, præter exspectationem isthic evenit; atque eo ex convivio pugnæ signum, tanquam *Lapitharum*, fuit elatum. Qvia Iosephus, & reliqvi Scriptores in omnium sunt manibus, si ex M. S. S. Karæorum ineditis, qvid gestum memorent,

78 enarrem, non ingratum spero accidet Lectori; & tunc, ubi quibusdam observatiunculis historiam illustravero, quibus gradibus & incrementis hoc scisma Karæorum & Pharizæorum processisse mihi videatur, paucis explicabo. *Rabbi Caleb*, *Sapiens* dictus, in præfatione libri M. S. עשרה

80 מאמרות hunc differit in modum: Quorum sententia huc redit; * *His temporibus, cum Rex Hyrcanus Hierosolymis urbe sancta degeret & regeret securus, convivium*

* Hebraica hic destinato consilio omisimus, quippe quæ supra in ipso Karæi tractatu p. 82. legi possunt.

vivium lautum & grande Principibus suis, & Ministris suis exercitus Juda & Benjaminis apparavit. Evenit autem, Rege mensæ accumbente, cum omnibus Sapientibus istius ætatis, postquam largius vinum dedisset lætitiam, ut coram Sapientibus inciperet gloriari de iis, quæ bene, laudabiliter, atque ordine fecisset; de integritate cordis sui, de justitia, de beneficentia sua, quam facilis etiam (eorum) correctionem acceperit, mox recedens ab omni operante, aut opere malo, si quod fecisset. Quibus verbis assensum præbentes dicebant Sapientes, re vera justus es, integer, fidelis, & servus Domini; ac cum sis summus Sacerdos, admodum decenter honores & imperium geris. His illorum elogiis rex mirum in modum gavisus addidit, etiam deinceps dictis vestris morem geram, ne quidem reprehensionem ægre laturus, in omnibus quæ mihi facienda præscripseritis, extra tamen Judicii religionem. Aderat ibi forte Sapientum aliquis, nomine Eleazar, iniquam sententiam & (Belial) rebellem proferens hoc dicto: Vivat Rex Hyrcanus in æternum! Quod si cupias tantopere esse justus, & diligas correptionem veritatis recipere, quemadmodum præ te tulisti, I, descende de throno Sacerdotii, & sufficiat tibi Imperii corona. Respondit Rex, ecquid mihi indicabis, quam tandem ob causam? cui ille, quandoquidem in captivitatem abducta est mater tua, in civitate Modith, diebus Antiochi regis Græcorum, cum obsidione Gentiles premerent patrem tuum Simeonem in monte, ubi uxores ejus captæ sunt, ipse verò sibi consuluit fugâ, 81
quæ tamen postea ad eum redierunt, ex quo (hostibus) prævaluit. Istud quidem in causa fuit, quod clanculum jam ante spargeretur susurrus, quasi Rex Hyrcanus foret profanus (non aptus sacerdotio) ideoque jam effutiebat Eleazar, haud decorum esse, ut talis ingrederetur Sanctum Sanctorum. Quando autem hoc rex Hyrcanus audiebat, qui jam senex erat, & quadraginta annos functus pontificatu, irâ vehementer efferbuit, versa in luctum lætitiâ, in suspiria tripudiis, & amore pristino in inimicitiam & contentiones. Dixitque Rex Sapientibus, & vos prævaricationis estis affines propter maledicentiam hujus Eleazari, vel ideo, quod hac audita, tacuistis. Hinc ex mandato Regis occiderunt omnes Sapientes, Eleazarum verò igne combusserunt. Atque ab eo tempore fuit discidium & contentio inter Reges Domus Hasmonæorum, qui itidem Sacerdotes, & inter Sapientes. Tempus vero, quo gubernavit Hyrcanus Israëlem, sunt anni XXXI. & morte exstinctus congregatus est ad suas gentes. Eique in regno successit filius natu minimus, nomine Jannæus Alexander. Tres etenim filios habuit: primogenitus erat Aristobulus, secundus Antigonus, tertius Alexander. De quibus os Domini consuluit, (Hyrcanus) quisnam ejus loco regnaret? redditumque fuit oraculum: Alexander post te regno potietur. Quem cum ille contemtui haberet, factum est, ut se vivo adhuc Aristobulum regimini præficeret, utpote valdè sibi dilectum. Et ille se indignum Sacerdotio professus, dicebat: sufficit mihi corona regni; ducemque exercitus populi Dei fratrem secundum, Antigonum, constituit. Matrem vero & fratrem minimum aneis vinculis implicuit, quod sibi, suoque regno, ab iis timeret, secundum ea, quæ Deus Pa-

tri ipsius responderat. Donec illi duo (majores) morerentur, quando regnum ad Jannaum, secundum Dei prædictionem, pervenit, cujus nullum verbum irritum cadet in terram. Unum modò annum namque praerat Aristobulus, & mox imperat Alexander filius Hyrcani, qui est Rex Jannaus. Atque manu ipsius populum suum salvum præstitit Dominus, vindictam dedit Israeli de inimicis suis, quibuscum undequaque bellum gessit. Qvum vero reversus Hierosolyma, alta pace regnum suum admini-
82 *straret, incidit tempus Festi Tabernaculorum. Quumque Rex Jannai jam adscenderet clivum altaris ad offerendum holocaustum, secundum ritum legesque Sacerdotii, jamque inciperent Sapientes & eorum discipuli lætari, propterea quod scriptum est* (*Lev.* 23:40.) sumetisqve vobis die primo fructum arboris decoris & ramos palmarum, & ramos arboris densarum frondium, & salices torrentis & lætabimini coram Jehova Deo vestro septem diebus, *tunc animum induxit suum quidam ex discipulis Sapientum, ut isto fructu arboris jacto peteret Regem; illiusque frontem recta percuteret. Quo facto non parum Rex Jannæus excanduit, ejusqve ministri objurgabant simul Sapientes dicendo: quam ob rem prophanare sustinetis regis Majestatem, ipsi ingerentes opprobria & contumeliam? Aususqve fuit aliquis vir Belial, ex eorum numero, regerere Iannao: væ Tibi Fili profane, quare te effers? quid asseris Pontificatum tibi? cum sis genitus profanâ, summo sacerdotio nequaquam es idoneus. Jannæus Rex hinc ira percitus manum tollit de altari, conclamatque ad arma! ad arma! contra Sapientes, & turma regis, operi manum admoventes, uno illo die in atrio templi sex mille occiderunt. Exinde odio etiam flagravit rex Jannæus contra Sapientes, quorum neci dedit tria millia præter eos, quos in pugna interemit. Viguitque contentio inter Sapientes & Jannæum Regem usque dum cunctos fere occiderat & nulli tandem ex iis relicti essent, nisi octingenti primi ordinis qui aufugerant & latitabant in Bethsemes. Huc statim se contulit quoque, urbe capta, discipulos Sapientum captivos duxit Hierosolymam, & suspensos ex arboribus tradidit morti. Eaque de causa appellarunt Alexandrum TRANSFODIENTEM transfixionibus gladii* (*alludit Prov.* 12:18.) *atque imperavit Iudæis rigore quodam & violentia, ita ut ex universo ordine Sapientum, qui legem quidem docerent, mortem non evaderet, nisi Simeon filius Setah, quem cum esset frater uxoris Iannai Regis, Regina soror ipsum occultavit, posteaquam vero petitam pro ipso gratiam à marito suo Rege Iannao impetrasset, redire eum fecerunt ex Alexandria Ægypti, ubi persecutionis tempore latuerat. Ille autem Doctor Simeon Ben Setah cœpit palam jactare, quod ipsi esset Kabbala, sive lex Oralis, eu-*
83 *jus nè minimum quidem indicium exstat in Lege Scripta, adeoque docuit multa extra Legem Scriptam, quemadmodum Sapientes nostri p. m. passim meminerunt. Locum cum maxime faciens illi dicto* (*Ps.* 119:126.) *Tempus est faciendi, ô Domine, nam dissipaverunt Legem tuam. Eo quippe tempore quo Israel erat sine Doctoribus relictus, atque ille ex illorum discipulis redux esset, ad docendam Legem & tradendam religionem*

juxta

juxta mentem (Dei) Benedicti, & res posceret, ut gloria divini nominis ante omnia haberet rationem, hic contra Legem Scriptam in aliam legem pervertit, quam non agnoverant, qui occisi sunt sapientes, dixitque hominibus, quod in animo haberet Legem stabilire secundum ea, quæ erant accepta â majoribus. Et latissima erat porta pro lubitu data, cum unicus suæ ætatis Doctor, supererat, mortuis dudum Sapientibus cunctis, nullo reliquo, qvi ipsi obstaret. Itaqve interpretationes induxit pro beneplacito, atqve in ejus manu fuit elevare vel aggravare, qvodcunq; tandem visum foret, addere, demere de Lege Scripta, interpretamenta docere, qvæ Doctores, quibus Veritas cordi est, neutiqvam ferre, neqve se illorum judicio probare potuissent. Assensum tamen ei præbuit pars magna hominum istius ætatis, qvoniam rem ad maximum in Israele Virum retulit, dicendo, qvod sit traditio Mosis ex Sinai. Hoc autem præ se tulit, ut (hujus nominis reverentia) timorem incuteret omnibus, qui audiebant; ita ut multi adhæserint ipsi, qvemadmodum adhæserunt (hic aliqvot characteres in M. S. meo deleti sunt, ubi suspicor fuisse *Jesu &*) *aliis, qvi in Israele surrexerunt. Ac fidem hoc modo habentes verbis Simeonis Filii Setah deflexerunt â regula universi Israelis, sequentis, quod scriptum exstabat in Scriptura veritatis, fuitque hæc res maximi momenti, quod domus Israël, quæ fidem Scripturæ habebat, in duas sectas fuerit divisa: Sectam quæ sequebatur Simeonem filium Setah, doctrinam suæ Kabbalæ iis tradentem, hi vocantur Rabbanitæ. Altera secta erat, quæ manebat super Basi sua & dicebantur Karaim, qui primorum Sapientum vestigia presserunt atque Prophetarum, neque discesserunt ab eo, qvod scribitur in Lege, aut jugum Legis scriptæ suis cervicibus excusserunt, sed praxis avita inter eos perstitit neqvaqvam sollicitos de vanis commentis, quod merum essent Chaos, Deusque benedictus nihil ore tradiderit, sed omnia sint scripta in Lege ... Ecce hi sunt qui vocantur Karaim, qvorum doctrina est doctrina antiqua, secundum id qvod consignatum est in libris Legum ac Prophetarum, nihilqve præterea. Quod si* 84
omnes Sapientes in vivis fuissent, qui perierunt tempore Jannæi Regis, non sic eruptura in nervum videtur hæc inter eos divisio. Non enim illi tulissent onus (*confer Matth*, 23: 4.) *omnium absurdarum discessionum quæ in recepta Kabbala reperiuntur. At vero, si dicta illorum vera explicationes Legis fuissent, non adeo quoque se iis opposuissent. Cæterum in confesso est, quod veritas difficilius ab uno, facilius à multis invenitur. Utinam ergo omnes tunc Sapientes vixissent! à nobis scisma exsularet atque essemus unus populus. &c.* Non essent hæc qvidem indigna, qvæ collatis Josephi τοῦ Ἀρχαιολόγου, aliorumqve scriptorum locis paulo latius discussa perseqveremur. Nostra certè id magis referret, qvam Homericas Regum contentiones, aut Græcorum factiones, & bella civilia Romanorum pernosse: quandoquidem hic caput fontis attigimus, unde tot turbæ, scismata multaqve mala redundarunt, qvæ Ecclesiam atque Rempublicam Judæorum miserè exitio dederunt. Verum hisce angustiis istud non licet. Quosdam modo

scrupulos levemus historiæ, qvam audivimus, ne forte aliqvem animi ancipitem reddant, aut in progressu morentur. Dispiciendum verbo, quis fuerit propriè iste Pontifex, cujus matri vitium objecerint Sapientes? Vir meritissimus, qui Cozri nobis cum Latina versione notisqve suis edidit, de
Cozri part. III. pag. m: 240. *Jannæo* (*Alexandro*) accepit. Melius vero noster Karæus, R. Caleb, Johannem vocat Hyrcanum: cùm quod Josephus hoc aperte testatur, tum
Antiqq. lib. XIII. cap. 18. qvod Simeonis uxor, cui id imputatur, non mater sed avia fuerit Jamnæi Alexandri. Hyrcani, patris hujus, conjugem Modithi commoratam nullus veterum tradit; atqve in captivitatem ab Antiocho illinc abductam vix ætas & temporum ratio patiuntur. *Αβλεψίας* occasio est, qvod cum pater Johannes vocaretur cognomine Hyrcanus, filius Johannes, sed Alexander, Judæi utrumque deflexerint in ינאי *Iannai*, omisso sæpissime cognomento, prout sunt incuriosi in Historia. Consentiunt omnes, famosissimi Doctoris R. Simeonis Ben Setah sororem Jamnæo Pontifici nupsisse, sed prior confusio alium peperit errorem.
Juchas. p. טו
85
Raschi nempe existimat, Hyrcanum eam habuisse in matrimonio, sed optime R. Caleb habet, fuisse Jannæum Alexandrum; illo enim imperante, R. Simeon in Ægyptum aufugit, precibusqve suæ sororis maritum placantis fuit revocatus, sicut R. Abraham Ben Zacuth, Gorionides &c. etiam confitentur. Extra controversiam non est, qvot annis ad gubernaculum Ecclesiæ Judaicæ sederit
Massech. Kidduschim. Iuchas. ibid. Joh. ille Hyrcanus? לאחר שישמש בכהונה גדולה לדעת רז"ל שמונים שנה נעשה צדוקי *secundum sententiam Rabbinorum* p. m. *obiverat summum sacerdotium annis LXXX. & factus tunc est Zadducæus*, id est Karæus, ut ante explicuimus. At veritati propior est Karæorum traditio, XL. annos duntaxat illi adscribentium, cui Rabbi Gedalia in Schalschelet, aliiqve adstipulantur. Verisimile est vero, aliqvanto prius Pontificatum, qui jure hæreditario ipsi statim debebatur, qvam habenas imperii suscepisse; dum Ptolomæus, sororis maritus, paricidio & sceleribus ad eam dignitatem initio adspirabat; unde explicanda est annorum qvæ visitur in auctoribus diversitas.
in דברי מלכי בית שני p. m. לט versa. R. Abraham Ben Dior imperii annos tantum assignat XXXI. Quod Josepho fere, ipsi tamen hic varianti, concinit; dum uno loco illi triginta, alio triginta & tres annos tribuit. Neque tamen mihi numeri sollicitandi videntur. Melius conciliabuntur si unà observes, qvod etiam R. Caleb monet, Aristobulum filium Hyrcani primogenitum se vivo aliquamdiu in honoris societatem cooptatum; Qvod tempus vel addi vel
Antiqq lib. XIII. cap. 18. De Bello lib. I. cap 3. demi potuit, obviis, in Scriptura sacra & Gentilium monumentis, exemplis. R. David Ganz, ne de Iosippo dicam; dum Iannæum Hyrcanum
in Zemach David. ait regnasse super Israëlem annos 26, cum patre filium manifesto confudit;

dit; 26. anni namqve Iannæo Alexandro debentur. Qvid autem voluit sibi Eleazar, cum exprobrat Hyrcano matrem ejus fuiſſe חללה *Chalilah?* & Pharizæi, qvum Alexandro objiciunt, ipſum tali ſanguine ſatum? Idem doctiſſimus editor Cozri exponit: & *matrem babuit ſuſpectam, quaſi eſſet* חללה *ex illegitimo conjugio nata.* At vox חללה notat in genere *profanam, illegitimam.* Inter cauſas, cur aliqua uxor ſit interdicta Sacerdoti ſummo, etiam eſſe natales illegitimos nemo ignorat; ſed hos improperaſſe matri Hyrcani qvi tandem poterit nobis perſuaderi? qvod nuſpiam extat, & plane ab illorum ratione diſcedit, qui hujus maledicti cauſam allegant non *illegitimum* avi *conjugium*, ſed, qvam ipſa mater ſubierat, *captivitatem.* Ita etiam exponit R. *Abraham Ben Dior*, aliique; niſi quis illegitimum conjugium eo usqve extendat, ut initum cum muliere, quam Lex permittit, vetuit ſuperſtitio, etiam complectatur. Moſes eqvidem nuſpiam Sacerdotibus fœminam prohibuit, qvæ bello capta eſſet: in eo enim infortunium fuit, culpa non fuit. Id toti Iſraeli, eorumque uxoribus, accidit plus una vice. Omnes Sacerdotes & Levitæ, qui miniſtrabant in Templo ſecundo, erant, & vocabantur ab Ezra, בני גלותא *filii captivitatis.* Si itaqve hæc ratio valeat, omnes excedant Sanctuario neceſſe eſt. Verum iſtius obliti auctores Pharizaiſmi captivam, etiamſi Iudæam & nobiliſſimo genere prognatam, interdixerunt Pontifici, qvò *ſepimentum* facerent *Legi*, ut modò dicebamus; quia dum capta fuerat, atqve in poteſtate hoſtium, facile potuerat contingere, qvod ab iis compreſſa eſſet, & vitiata, idqve tamen ob ſuum honorem diſſimularet, qvemadmodum recte R. *David Ganz* admonuit. Num vero *Joh. Hyrcani* mater vere capta fuerit à Gentilibus in incerto videtur. *Joſephus* qvidem diſtrictè negat *Antiqq. lib.* XIII. *cap.* 18. ψευδὴς δὲ ὁ λόγος ἦν, *Falſus erat iſte rumor, & ideo graviter his verbis Hyrcanus offenſus eſt, nec minus Pharizæi cæteri.* At vero ab altera parte ſuſpicionem movet non modo, quod in libro 1. *Maccabæorum* legimus Hieroſolymis occupatis Antiochi copias *Mulieres cum liberis ipſarum in captivitatem duxiſſe*, & poſt *Matthatiæ* ſumptum de Iudæo idololatra, Heroico motu, ſupplicium, ipſo cum filiis fugientibus ad montana, urbem *Modin* ſubiiſſe jugum perſecutoris, ſed magis qvod ipſi illi *Pharizæi*, qui hanc contumeliam graviter tuliſſe à *Joſepho* dicuntur, in templo, inter ſacrorum religionem, *Jamnæo Alexandro* iterum tamen hanc ſeriò fecerint. Impudentiſſimi! ſi qvod in patre eſſe calumniam agnoverant, filio in os audacter pro crimine rurſus objecerunt. Neque videas *Hyrcanum* aut *Alexandrum* factum clare & penitus inficiari, etſi iniquiſſimam concluſionem, qvæ hinc inferebatur, ſeverè vindicaverint. Quin immo & factum, & concluſionem ſatis admiſit *Ariſtobu-*

[Margin notes: Loco ante citato. — 86 דברי מלכי יש' p. לט. — Ezræ 6:16. — 1. Macc. 1: 34. — 1. Macc. 2: 28. — Joſeph. Antiqq. lib. XVIII. cap. 21. R. Caleb ſupra.]

 ſtobu-

ſtobulus, Hyrcani filius primogenitus, dum Pontificatu ultro abſtinuit, dicens רב לי כתר מלכות *Sufficit mibi Regni Corona.* Senſus verborum *R. Caleb* aliquantulum hic eſt ambiguus הוא חלל הכהנה על עצמו num
87 velint qvod ille *Profanum* habuerit *Sacerdotium* reſpectu ſui? an ſe *non idoneum Sacerdotio?* prius videtur nimis & abſurdum, & inſolens; poſteriori
R. Abrah. interpretationi favet, cùm qvod *Ariſtobulus* & *Antigonus* fuerint amiciores
Ben Dior *Pharizæis*, dum tertius frater *Iannæus* inimicus poſtea acerrimus; tum qvia
ubi ſupra. iisdem verbis utitur, quibus abdicationem *Pharizæi* ſvaſerant patri *Hyrcano* רב לך כתר מלכות *ſatis ſit tibi Corona Regni.* Quod ſi ita ſe habeat, notare licet ſpecimen, qua cura & cautione *Karæi* hiſtorias tractent, ut ne qvidem
Abrah. Ben Dior. R. David Ganz &c. circumſpectio *Ioſephi* & *Rabbanitarum* hîc eò pertigerit. De *Ariſtobulo* namque ſcribunt Rabbinorum Chronologi ביזה כהנה *ſpreviſſe ſummum Sacerdotium.* Quod ægre perſvadeor, ſummum & ſanctiſſimum decus, avitum familiæ honorem, cujus tanta in regendo populo utilitas, arroganter ineptèque ab eo contemptum. *Iannæo* exprobratum in Feſto Tabernaculorum, cum citreis peteretur à Diſcipulis Sapientum, narrat *Ioſephus* αὐτὸν
Antiqq. lib. XIII. cap. 21. ὡς αἰχμάλωτον γεγονότα; *ac ſi ipſe captivus fuiſſet.* Id nullo teſte fulcitur; neque longævi parentis victoriis, aut felicitati temporum congruit. Quanto itaque diſtinctius meliusque *Karæi* produnt illos, tânquam unguem in antiqvo ulcere, priſtinum revocaſſe convitium הוי בן מחוללת למה תתגאה וכול' *Væ Tibi, edite ex profana, quare Te efferts?* ut hoc ad aviæ captivitatem rurſus referatur; qvam illi mordicus, æque ac reliqua Doctorum placita, tenebant. Expendi tandem meretur, qva re fretus R. *Simeon Ben Setah Alexandriâ* Ægypti redux, magis quam alius, præ ſe ferre ſuſtinuerit שיש לו קבלה היא התורה שבעל פה *quod ipſi eſſet Kabbalah ſive Lex Oralis?* in promptu videlicet colligere eſt, cum Alexandriæ *Platonis* aliorumque Philoſophia doceretur, & Ægyptii veterrimo more ex literis, ſignis, Hieroglyphicis neſcio quæ venarentur myſteria; qvemadmodum inter Iudæos *Philo*, Chriſtianos *Origenes* illic didicerunt ἀλληγορεῖν, myſticos ſenſus & frigidas interpretationes in Scripturis captare; ita etiam Simeonem, cum tempore ſuæ commorationis in ea arte aliquantum profeciſſet, hanc explicandi methodum ad ſanctiſſimam Legem traduxiſſe; cujus ope poterat qvidvis de Scripturis deducere qvod animo alluberet, iis nempe fidiculis, qvas ad tredecim modos illos interpretandi celeberrimos *Gematriah, Notarikon, Temurah, &c.* poſtea Rabbini retulerunt. Unde
88 confidentior factus, præſertim, qvod nullus antiqviorum Doctorum amplius erat in vivis qvi hanc artem eludere, aut plumbeas ratiunculas confutare poſſet, jactare cœpit *Kabbalam*, & reconditam explicandæ Legis rationem

tionem à Mose haustam & propagatam, sibi, & suæ fidei commissam fuisse. Quæ præfiscinè dicta ab homine, quem Doctorum penuria, ætas, munus, Ethnarchæ affinitas, &c. admodum venerabilem reddidere, non mirandum est, si in ea temporum caligine, populi ignorantia, atqve admiratione occultorum, assensum invenere: Hisce ad majorem gestorum declarationem præmissis, jam difficile non erit harum disputationum progressum & qvasdam successivas Pharizaicæ doctrinæ periodos, sed παχυλῶς, & qvadam cum latitudine, observare. Fuit nempe, cum *Pharizaismus* quasi in utero formaretur, & cancer clanculum serperet; inde ab illis consiliariis qvi *sepem Legi faciendam* mandaverant, usqve ad R. *Simeon Ben Setab*. Hoc intervallo rebus novis studebant aliqui, dividebantur animi, Antiqq. lib. 13: cap. 9.
gliscebant factiones, & qvemadmodum ait Iosephus: κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον τρεῖς αἱρέσεις τῶν Ἰουδαίων ἦσαν. *Circa hoc tempus* (ætate *Ionathanis*, *Iudæ Maccabæi Fratris*) *tres erant Iudæorum diversæ opiniones in Religione*, sed latenter magis, & moderatè agebant; in nervum res erupit, & in dias luminis oras prodiit ista de Lege orali contentio, sub *Ioh. Hyrcani* extrema, & regimen *filii Iannæi*; quando eo processerant impudentiæ, quod ab una parte fictis suis traditionibus eam vim obligandi, auctoritatemqve, arrogarent, ut ex earum norma de honore & fortunis suorum Principum, atque Pontificum decernere auderent; ab altera parte *R. Simeon* novum εὕρημα ex Ægypto attulerat, qvo videbatur omnibus humanis statutis, quæ hactenus tantum beneplacito & fide docentium innitebantur, per *Kabalistica* interpretationis arcanum posse colorem ex Lege Mosis, inducere. Tunc cœpit opus fervere, per jurgia, disputationes, cædes qvisqve partes suas tueri; faventibus, penes qvos erat imperium, modo his, modò illis, prout suis expedire rationibus judicabant. Initio *Pharizæis*, postea *Karæis* favit *Ioh. Hyrcanus*. Hos potissimum evexit *Iannæus Alexander*, ex morientis mariti consilio oppressit iterum *Alexandra*, Pharizæis addictissima. Duorum, qvos reliqvit, filiorum *Hyrcanus* pro *Pharizæis* stabat, amabat *Karæos* rursus 89.
Aristobulus, & ita porrò. Publicæ disputationis, quam contra eos sustinuit *R. Simeon Ben Setab*, præsente *Iamnæo* rege, sub nomine consueto *Zadducæorum*, extat in *Megillath Taanit* notabilis Historia: בעשרים ושמונה Cap. X.
טבת בטבת יתיבא כנישת על דינא מפני כשהיו צדוקין יושבין בסנהדרין שלהם ינאי המלך ושלמינן המלכה יושבת אצלו ולא אחד מישראל יושב עמהם חוץ משמעון בן שטח והיו שואלין תשובות והלכות ולא היו יודעין להביא ראיה מן התורה אמר להם שמעון בן שטח כל מי שהוא יודע להביא ראיה מן התורה יהא ראוי לישב בסנהדרין וכל מי שאינו

שאינו יודע ... אינו ראוי פעם אחת נפל דבר של מעשה ביניהן ולא היו יודעין להביא ראייה מן התורה חוץ מזקן אחד שהיה מפטפט כנגדו אמר לו תן לי זמן ולמחר אני משיבך נתן לו זמן הלך ישב לו בינו לבין עצמו וכיון שראה שלא היה יודע להביא ראיה מן התורה למחר נתבייש מלבוא ומלישב בסנהדרי׳ גדולה והעמיד שמעון בן שטח אחד מן התלמידיו והושיבו במקומו אמר להם אין פוחתין בסנהדרין של שבעים ואחד וכך היה עושה בכל יום ויום עד שנסתלקו כולם וישבה סנהדרין ישראל על דעתה ובאתו היום שנסתלקה סנהדרין של צדוקין וישבה סנהדרין של ישראל עשאוהו יום טוב׳ Quæ huc redeunt: XXVIII. *mensis Thebet, cum sederet Consessus ad judicium, inque eo Zadducæi; quod Synedrium tunc earum esset partium, ac Rex Jamnæus cum Salomina Regina simul consideret; nullusque Israëlitarum illi interesset, præter Simeonem Ben Setah, evenit, ut responsa & decisiones anxiè quærerent, nec possent probationes ex Lege adferre; tum proposuit iis hanc conditionem Simeon Ben Setah, ut ille, qui argumenta sciret ex Lege deducere* (in obscuris scil.) *dignus demum esset assessor Synedrii; qui nesciret, indignus esset loco. Accidit aliquando casus inter eos* (dubius) *neque poterant* (Zadducæi) *adducere ex Lege; unusque solum erat senex, qui blaterabat, ei obloquens, concede mihi tempus! & cras tibi respondebo. Tempore concesso, cum ille rem secum sedato animo perpenderet, & probationes sibi ex Lege deficere comperisset, postridie pudore præpeditus fuit, quominus veniret, & in Synedrio magno assideret. Simeon Ben Setah itaque unum ex suis discipulis in ejus locum suffecit, dicens: non diminuunt in Synedrio* LXXI. *Atque hoc pede perrexit de die in diem, donec omnes* (Zadducæi) *abacti essent, totumque Synedrium ex sententia constitutum.*

90 *Eum adeo diem, quo abolitum est Synedrium Zadducæorum, & Israe-*

p. כז׳ fin. *litarum restitutum est, Festum fore decreverunt.* Per *Zadducæos* hic innui *Karaitas*, auctor Cozri, alii Rabbini consentiunt, ipsaque hæc *Megilla* compilata ex vetustiori, qvam concinnavit, ceu *Iuchasin* tradit, *R. Chananjah filius Hiskiæ*, quem ponit *Hilleli* fere æqualem; ut vero habetur in ipso li-

p. m. col. 4. כג׳ bello *Taanit*, *R. Eliezer Chananjæ filius*, & סיעתו *Auxilium ejus.* Quæ adeo non pugnant, quam sibi potius subordinantur. Pater videlicet incepit, jecitqve fundamenta: quæ filius substruxit & ornavit. Ita, ut si quiddam infra eorum ætatem forte in eo occurrat, alius manu & *auxilio*, ad complementum

mentum operis, fuerit adjectum; sicut Iudæi sæpe solent, in libris Chronologicis maximè, qvemadmodum & Christiani. Hæc igitur periodus fuit, ut ita dicam, acerrimarum disputationum, qvæ agitabantur de variis, magno utrimqve fervore, in Scholis. Tunc nomen פרושים *Pharisæorum* ajunt assumtum. Ac pugilum paria, qvæ hic potissimum inter se composita eminuerunt in arena, memorantur iste *R. Simeon Ben Setah cum R. Jehudah Ben Tabbai* ab altera parte; non solum à *Karæis*, sed etiam in *Talmude*. *Rabbi Hillel & Schammai*, de qvibus statim. *R. Eliezer* cum *R. Gamaliel*, cujus pæne statuta iste antiquasset &c. Et ea ratione inter Doctores disputatum fuit, ut apud populum, diversarum partium seqvacem, in majoris certe momenti rebus, diversa passim sententia & praxis qvoqve obtineret. Quod pluribus à me exemplis alias ostendendum, operæ pretium est memori animo reponere, ad varias difficultates in Historia Sacra levandas. Etsi, postqvam prævaluerunt Traditionarii, הלכה *decisionem*, qvasi semper factam secundum suam hypothesin, in Talmude produxerunt. Exemplo sit, qvod sanctissimum in ea gente, *Sabbathi observatio*. Infinitæ erant Kabbalistis traditiones, qvæ definiunt, limitant, excipiunt qvid agere, vel non, liceat; qua de re & cum Christo sæpe disputarunt Matth. 12:2. &c. At eas non curabant omnes Iudæi: non Domini nostri discipuli, non ille homo Joh. 5:10. non magis quam Samaritani, qvi Religionis & vivendi regulam à Johanne Hyrcano, suo victore, cum acceperint, Sabbathum tamen observant ex Legis Scriptæ solius dictamine, sicut *Karæi*; evidenti argumento, eum tum morem in Judæa vulgarem ipsius Pontificis fuisse, qvi illud procul dubio iis mandavit, qvod ipse cum suo populo ageret, probaretqve. Ast, cum ea hujus non sint loci, testimonium incomparabilis in hoc studio Viri, *Joh. Seldeni*, lectori sufficiet: Hillelianorum sententiam, præterquam in octodecim capitibus, Sammæanæ qvidem prævaluisse, *ita tamen, ut, dum Christus in terris ageret, & aliquantum postea, secta utraqve pro more hominum invicem digladiaretur, aliis hujus, aliis illius doctrinam sive sequentibus sive mordicus retinentibus.* Numero tamen & gratia longe prævaluerunt *Pharisæi*, partim favore Principum *Alexandræ*, *Hyrcani*, *Herodis* etiam quandoque, qui *Hillelem* dicitur amavisse; partim insana plebis credulitate, qvæ in ludicris *Kabbalæ* probationibus subtilitatem, in vitâ affectationem virtutum, in promovenda religione zelum, in civili conversatione munditiei studium, eleemosynas, reliqva; erga sceleratos in puniendo clementiam, se ipsos in vivendo austeritatem, obviis apud *Evangelistas & Josephum* documentis, patienter nimis & stultè mirabatur. His artibus crevit in immensum superstitio, & intolerabile jugum man-

Juchasin. p. ס & נס.
Talm. Bava Metzia, &c.

Literæ Sam. ad Scalig. Simon supplem. ad Leon. de Modena, &c.

91

Selden. uxor Hebr. lib. III. cap. 2.

datorum, qvæ homines dederant, non Deus. Si tanti esset, possemus multa distinctè enumerare, quæ quisqve velut symbolam ad has dapes contulerit, atqve in *Talmude*, *Juchasin* & alibi sparsim habentur, sed festi-
Epiphan. namus. Contenti *Epiphanii* observationem de qvadruplici Traditionum
Hæres. XV. scaturigine proferre, ut unà illustremus: Δευτερώσεις γὰρ παρ' αὐτοῖς τέσσαρες ἦσαν. μία μὲν εἰς ὄνομα Μωϋσέως τοῦ προφήτου, δευτέρα δὲ εἰς τὸν Διδάσκαλον αὐτῶν Ἀκιβὰν, οὕτω καλούμενον, ἢ Βαρακιβᾶν. ἄλλη δὲ εἰς τὸν Ἀνδᾶν ἢ Ἀνναν, τὸν καὶ Ἰούδαν. ἑτέρα δὲ εἰς τοὺς υἱοὺς Ἀσαμωναίου. ἐκ τούτων τῶν τεσσάρων δευτερώσεων, ὅσα παρ' αὐτοῖς νενόμισται οἰήσει σοφίας, ἀσοφίας δὲ τὰ πλεῖστα αὐχεῖται καὶ ᾄδεται, καὶ ἐν τάξει προκειμένης διδασκαλίας βοᾶταί τε καὶ φημίζεται. Vertente doctissimo *Petavio*, sed nihil in notis adjuvante: *Quatuor apud eos Traditionum, quas Δευτερώσεις vocabant, fuere genera: Primum Mosis Prophetæ nomine est inscriptum. Secundum Akibæ cuidam Magistro, vel Bar Akibæ tribuunt. Tertium Andani, vel Annani, qui & Judas dicitur. Quarti Assamonæi filios auctores jactitant. Quatuor ex hisce fontibus manarunt ea, quæ apud*
92 *illos inani quadam opinione Sapientiæ constituta, cum sint inepta pleraque, prædicantur nihilominus; ac tanquam ab excellenti disciplina profecta summa ostentatione celebrantur.* Habemus hic primarios Traditionum propolas, quanquam ordine temporis turbato, qvem nos servabimus. Primò nomine *Mosis* inscribuntur, qvæ nugacis & Kabbalisticæ interpretationis ope, præter mentem ipsius, ex Lege deducebantur, à R. Simeone Ben Setah, & qui cum eo faciebant. Si specimen velis, magnæque simul impudentiæ, un-
Massech. Sanhedrin cap. 2. Juchasin p. סז de pateat, qvod *Josephus* ait, quàm fuerint ipsis principibus terribiles, adi Talmud & Juchasin. Regis Jamnæi servus homicidium commiserat, significant Regi: qvi eum judicio sistit. Non satis hoc erat, Regi mandant, ut ipse veniat, auditurus, si qvid forte contra se testarentur. Qvo jure, & lepido argumento? quia scriptum est: *Veniat possessor bovis, & consistat juxta*
Exod. 21: 29. *bovem suum.* Paret rex (si non fallit Historia) atque comparet, sed veniens assedit. Ne sic qvidem hic *R. Simeon Ben Setah* contentus alloquitur Regem: ינאי המלך עמוד על רגליך ויעידו בך ולא לפנינו אתה עומד אלא לפני מי שאמר והיה העולם אתה עומד שנא׳ ועמדו האנשים אשר להם הריב וכו׳ *Iannai Rex, surge erectus in pedes tuos, ut de Te dicant testimonium: neque enim (modo) stas coram nobis, sed Eo qui dixit, & factus est mundus;*
Deut. 19: 17. *qvandoquidem scriptum est: stabunt illi duo viri quibus lis est, &c.* Nonne oportet sine fronte fuisse, qui ejusmodi gerras pro validis rationibus venditabant, sine aceto in pectore, qvi acciperent? Secundum genus παραδόσεων
1. Maccab. 2. *Maccabæos* agnoscit auctores hactenus, qvod ipsi qvædam innovaverint de pugnandi

pugnandi libertate diebus Sabbathi, de Festo Encæniorum, aliaqve; ac multa, ipsorum indultu atqve auspiciis, ipso opere sensim induxerint *Assidæi*. *Annanus* tertio loco positus, non alius mihi habetur ac R. חנניה *Chananjah* Hiskiæ filius. Illi tributum est (ab iis unde hæc hausit *Epiphanius*) quod *Hieronymus* & bene multi adscribunt *Hilleli & Schammai*. At, qva tandem de causa? nemo explicuit. Mihi videtur, quia cum per se etiam doctor esset insignis scriptisque inclytus, tum בביתו בית שמאי ובית הלל גזרו יח׳ דברים כדאיתא בפרק קמה דשבת *in Domo ipsius definiverunt Domus Schammai & Hillel decreta octodecim* (communi consensu observanda, licet in aliis adhuc discreparent) *sicut videre est Mass. Sabbath. cap. 1.* Ultimus & fœcundus novarum constitutionum pater fuit *R. Akiba*, ille maximæ famæ & auctoritatis Doctor, qvi excidio Hierosolymorum superstes, *viginti millia habuisse dicitur discipulorum sepultorum in circuitu urbis Tiberiadis*, ad quem audiendum stolide & impudenter confingunt *Mosen* de cœlo descendisse, & qvoties roganti מנין לך *unde hoc probas?* responderet הלכה למשה מסיני *traditio Mosis est ex Sinai, admodum gavisum fuisse.* Ille inqvam *Akiba*, ut recte *Epiphanius*, plures & novas Traditiones induxit: in literis, immo קוצין hoc est *κεραίαις & apiculis*, mira qvoqve venatus mysteria. Tantumque ad veterum decessorum adjecit industriam, ut lex oralis noviter quasi ex ejus ore prodierit, testante *R. Abraham Zachut* in Juchasin: כי כל התורה שבעל פה מידו היתה לנו *universam Legem oralem ex ejus manu habemus.* Non deerant tamen vel sic concertationes, uti in *Talmude* &c. videre est; donec sub *Antonino* Imperatore R. Jehuda Hakkadosch omnes Traditiones probatissimas in Misnæ corpus scripto collegit, qvo nihil est notius. Quibus passim ab omnibus dispersæ Gentis gymnasiis Synagogisque pro Lege receptis, calamitate temporum, urbis Templiqve ruina, inimicorum multitudine & ferocia, Karæi אחר החרבן נדלדלו עד שעמד ענן וחזקם *Post destructionem vehementer sunt attenuati, donec Anan surrexit, qui eos firmavit*; de qvo Anane suo loco. Jam processum sectæ modò delineavimus utcumqve. Neqve hic multum restat, nisi ut indagemus quod Cap. præc. innuebamus, & curiositate Eruditorum est dignissimum, num famosa illa Contentio, qvæ inter domum Hillel & Schammai viguit, atqve tantopere celebrata est, etiam, aliqua parte saltem, huc spectaverit? Affirmant confidenter Karæorum scriptores. R. Moses Beschitzi M. S. in egregio libro מטה אלהים Ista hunc fundunt sensum: **Speciatim cum opiniones R. Schammai & domus judicii ipsius, eorumque, qui ipsum antecesserunt, inveniantur adhuc ab iis, qui secuti sunt, servari immutata, quandoquidem nos Karæi unanimiter nitimur & fulcimur*

[Margin notes: Juchasin pag. כז fin. — 93 — p. לו. — R. D. Ganz in Zemach. — Kabbala Histor. R. Abrah. — 94]

* Hebraica supra in tract. *Karæi nostri* p. 97. sq. legi possunt.

mur à R. Schammai & domo Judicii ejus, sicut etiam Legis doctrinam, & exemplum, ab eo accepimus. Et Rabbi Schammai accepit à R. Schemajah, ut R. Schemajah rursus accepit à R. Jehuda Ben Tabbai, cujus tempore Israel in duas sectas fuit divisus. Socius vero (aut collega) *Rabbi Jehudæ fuit Simeon Ben Setah, qui ab illo se sejunxit, pro lubitu* omnia *agens, quemadmodum hoc latius expositum est in commentariis Sapientum nostrorum p. m. Rabbanitæ autem acceperunt ab Hillele seniore & à Domo judicii ejus. R. Hillel didicit ab Abtalione, Abtalion à Simeone Ben Setah, qui divortium fecit & separatus est à regula Sapientum Israël, agens pro beneplacito; & commentus ex corde suo, ut præ se ferret, ita locutus est Dominus Deus, quum Dominus non esset locutus. Hanc in rem dicitur in Talmude de dissensione illorum,* si Domus Hillel stet ab unâ parte, & Domus Schammai ab altera parte, decisio est secundum Domum Hillel. *Cæterum ajunt & fatentur de se ipsis, Schammæanos discipulos magis doctos atque expeditos fuisse, quam Hillelianos. Sed quia Hillelis discipuli numero multum vincebant discipulos R. Schammai, ex illorum sententia facta est decisio omnibus in locis, exceptis paucis, ubi judicium sunt R. Schammai secuti. Di-*
95 *cuntque, quia Hilleliani superabant numero Schammæanos, ex illorum judicio rem decisam hoc fundamento*: *quia pluribus standum est suffragiis. In quos optimè quadrat sane, quod Salomon gloriosæ memoriæ scripsit:* Melior est Juvenis egenus & sapiens, qvam Rex senex & stultus. *Et merito tales subit mirari, qui unà sic obliviscuntur oraculi, in quo scriptum est*: Non seqvemini multitudinem ad malum. *Et quomodo prævalet os eorum* (impudens) *sic exponentium illud dictum Deut.* 17. Non recedetis à verbo, qvod tibi annuntiabunt dextrorsum aut sinistrorsum, *(tam latè extendi) etiamsi persuadeant tibi, quod dextra sit sinistra, & sinistra dextra. Aut quâ fronte possit os viri Iudicii hæc verba emittere:* Triumphabit Kabbala, etiamsi clamet Scriptura? &c. Idem confirmat Rabbi Japhet, qvi seriem Karaiticorum enarrans Doctorum inde à Mose & Prophetis, in catalogo sub Templo secundo sic habet: נתאי ויהושע בן פרחיה מסרה ליהודה בן טבאי ולשמעון בן שטח, ובזמניהם רצה שמעון בן שטח להרוס הרשום בכתב אמת שאלולי יהודה בן טבאי אשר עמד בפרץ ונתברר הדרך האמיתי דת בני מקרא... בראיות ברורות שהביא רבי יהודה בן טבאי לחוק האמת... ויהודה מסרה לשמעיה ולאבטליון ואבטליון מסרה לרב הלל ורב הלל מסרה לבעלי הקבלה כאשר קבל מרבו משמעון בן שטח ושמעיה מסרה לרב שמאי ורב שמאי הזקן והחסיד מסרה לבעלי מקרא וכו׳ *Nittai (Arbelita) & Josua Ben Perachjah tradiderunt (lampada) Jehudæ Ben Tabbai, & Simeoni Ben Setah; & hoc tempore molitus est Simeon Ben Setach destruere, quæ exarata sunt in Scriptura Veritatis,*

tis, si absque Iehuda Ben Tabbai fuisset, qui stetit in fissura, veramque doctrinam, hoc est Filiorum Scripturæ, asseruit argumentis evidentissimis, quæ adducebat ad veræ Religionis stabilimentum. Post hunc Iehudam docendi provincia obtigit Semajæ & Abtalioni, Abtalion tradidit eam Hilleli Magistro, Magister Hillel vero Kabbalistis, quemadmodum acceperat à præceptore suo Simeone Ben Setah. At Schem'jah tradidit doctrinam Rabbi Schammai, & Rabbi Schammai Senex honoratissimus ac pientissimus filiis Scripturæ (*Karæis.*) Ægrè, sat scio, hoc velut novum & insolens sibi eruditi persvaderi patientur; postquam dudum, & constantissimè, audiverunt *Schammæum* una cum *Hillele* inter Traditionum Patronos numerari. Sed ubi? in Talmude. à qvibus? ab ipsis Rabbanitis; qvos in Historia parum idoneos, in causa sua merito suspectos, vel testes esse, vel ju- 96
dices, nemo potest nescire. Non statim credamus omnibus, quæ dicunt Karæi, volo: namqve est prudentiæ. At non mox qvoqve verum habeatur, si qvid, in suum compendium, nugaces scripserint Talmudistæ. Ejusdem id judicii est atque æquitatis. Epicharmi istud Μέμνησο ἀπιςεῖν & hic & illic ex æqvo sapientiæ est nervus. Ubi ego qvædam rationum momenta breviter utrimqve adduxero, Lectoris erit arbitrari. Apertissimè Rabbanitæ *Schammæum* vendicant sibi; immo, si fides narratiunculæ, quæ exstat in *Massechet Sabbath*, ab Ethnico (נכרי Extraneo) qvi proselytus fieri cupiebat rogatus: כמה תורות יש לכם אמר, לו שתים תורה שבכתב ותורה שבעל פה אמר לו שבכתב אני מאמינך ושבעל פה איני מאמינך גיירני ע״מ שתלמדני תורה שבכתב גער לו והוציאו בנזיפה בא לפני הילל גיירוה וכו׳ *Quotuplex vobis est Lex? ei respondit duplex, Scripta & oralis. Cum alter regereret: de Scripta tibi habeo fidem, de orali haud facile credam; fac me attamen proselytum, ea conditione, quod me Legem modò Scriptam docebis. Excanduit Schammai, & cum objurgatione ipsum abegit. Contulit hinc se ad Hillelem, qui ut proselytum admisit, &c.* Hoc pacto *Hillele* ipso rigidior Traditionum satelles, & vindex, *Schammai* exstitisset. Cum passim sic inducatur à Talmudistis, altissimè animo infixa isthæc fuit hominibus opinio; nec mirum, id evenisse Christianis, cum sint doctissimi, & antiqui inter Karæos, (ut ingenue dicamus qvæ comperimus) qvi hæc ignorasse videntur. Inter eos est *R. Schalmon Ben Ieroucham*, qui elegantissimo carmine M. S. vanitatem Talmudis, & Talmudicæ doctrinæ perstringens, pari loco habet Schammai, qvo Hillelem, id est nullo. געיית בית שמאי על בית הלל לחלל דבריהם׃ וגם בית הלל על בית שמאי להפך פירושיהם׃ זה מברך וזה מקלל בראשיהם. תועבת יי׳ גם שניהם וכו׳ *Hæ vociferationes*

 Domus

*Domus Schammai adversus Domum Hillel, ad abroganda illius statuta, & rursus Do-
mus Hillel contra Domum Schammai, ad evertendas illius interpretationes. Hic bene-
dicit, ille maledicit, per caput quisque suum; & uterque est Deo detestabilis.* In
contrarium vero responderi posset, R. Schalmon inter primos Karæo-
rum, qvi ιͤ persunt nobis, scriptores, non omnia vidisse, aut examinasse,
97 præsertim quæ pertinebant ad veterem Historiam, prout fieri solet, in pe-
nuria librorum & auxilii, iis, qvi primi glaciem frangunt; suum itaque de
his judicium tulisse, ut in Talmude occurrebant. Cum seqventes diligenti
studio, peregrinationibus & aliorum monumentorum ope, distinctius in
rem totam, quemadmodum ajunt, inquisiverint. Et sane non debuit
fuisse levis qvædam velitatio, aut brevis dissensus qualis sæpe inter Docto-
res, cætera ὁμοψήφυς, sæpissime & passim occurrit in Talmude, sed gra-
ve, durans, & acerrimum scisma, quoniam in illius memoriam *jejunium*
Megill. singulis annis repetendum *die nono Mensis Adar instituerunt.* בתשעה בו גזרו
Taanit p. כב' תענית שנחלקו בות שמאי ובית הלל. *Diesque ille non minus infelix, quam
quo factus est vitulus aureus.* Quin magni, meo judicio, faciendum est te-
stimonium hoc in negotio Hieronymi non modo, sed veterum Nazaræo-
rum, qvos adduxit, plane cum narratione Karæorum consentiens, de qvo
p. 71. fin. 72. in fine Cap. præced. Tum qvoqve quod, more à majoribus accepto, in
disputationibus suis ad partes vocant, & adversarios nominant *Karæi*
בית הלל, nunqvam, qvod vidi, בית שמאי; sexcenties deprehendes
hanc oppositionem, בית הלל *Beth Hillel* contra בני מקרא *Bene Mikra.* Ac
de Anane referunt, dogmatis sui instauratore: הוא השיב על תלמידי
רב הלל וההולכים בנתיבותיו *Ille respondit contra discipulos Rabbi Hillelis, qui
ejus vestigiis institerunt.* Character deniqve doctrinæ, qvo Rabbanitæ à Ka-
ræis solebant dignosci, hic erat generatim: quod hi præscripta in Lege offi-
cia, in sua amplitudine, momento, & spiritali ferè sensu interpretaren-
tur; hoc est, ut Judæi loquuntur, *aggravarent.* Isti vero, dum vanis qui-
busdam superstitiunculis, & severiore πολιτείᾳ, videri volebant, ultra,
quam Lex exigit, præstare, revera tamen ejus vim & solidam interioris ob-
sequii rationem subruerent, id est phrasi Judaica, *elevarent.* Hoc Chri-
stus Dominus iis sæpe improperat: Matth. 5: 19. & 15: 3. & 23: 23. &c. Istud
Karæi de se dudum notarunt; hanc causam dantes, qvare pauciores habue-
rint ipsorum Majores, & *R. Anan*, discipulos, quam Rabbanitæ. לפי מה
שהיו רבים תומכי ידי המקלים במצוות ומעטים היו אצל קדמונינו מפני
שהיו מחמירים *Quoniam plures semper fuerunt, qvi manus fulcirent eorum, qvi le-
viora redderent* (Dei) *mandata; & pauciores à partibus steterunt nostrorum Majo-*
98 *rum, qvia ista aggravabant.* At idem ipse Character rursus optime quadrat
in

in *Schammai* & *Hillelis* Sectatores; nam de his memoriæ conſtanter prodiderunt Talmudici, in mitiorem & laxiorem partem Hillel, in rigidiorem & ſtrictam Schammai, pauca ſi exceperis, ſemper inclinaſſe. Res notiſſima eſt; atqve ex conſenſu ſuorum atqve Talmudis idem ſcribit, faterurqve *R. Moſes Beſchitzi* in Libro M.S. מטה אלהים, *Matte Elohim*, שבית שמאי לעולם מחמירים ובית הלל מקלין׃ וכן מודים זה ואומרים מקולי בית שמאי ומחמורי בית הלל שבעה הלכות בלבד וזה גם כן בענפי המצוות *Perpetuò intendebat Beth Schammai, & remittebat Beth Hillel; quemadmodum & ipſi* (Rabbanitæ) *confitentur dicentes; remiſſior erat ſententia Domus Schammai, & illa Domus Hillelis adſtrictior, tantum in ſeptem conſtitutionibus &c.* Cruentam partes tuendi, ac cædibus in ſe ſæviendi mutuo, rationem audivimus viguiſſe *Pharizæos* inter & *Karæos*? inter utramqve hanc Domum pariter obtinuit. Narrat *Talmud Hieroſolymitanum* in eodem *ὑπερῴῳ R. Chananjæ*, ubi in octodecim conſtitutionibus ſaltem conſenſerant, quique conventus ad conciliandos animos, & ineundam, quà pote, concordiam mihi indictus videtur, eo acerbitatis & veſaniæ tandem prorupiſſe, ut à verbis deventum ſit ad verbera, pro argumentis ad arma conclamaverint. תנא ר׳ יהושע אונייה תלמידי ב״ש׳ עמדו להן מלמטה והיו הורגין בתלמידי בית הלל תני ששה מהן עלו והשאר עמדו עליהן בחרבות וברמחי׳ *Tradidit R. Joſua Onia: Diſcipuli Domus Schammai ſtabant inferius; & quosdam diſcipulorum Domus Hillel occiderunt, etſi alii dicant, quod ſex ex iis adſcenderint ſurſum, ac reliqui adſtiterint cum gladiis & haſtis, &c.* Iſte *R. Joſua* quidem hic omnem culpam rejicere videtur in *Schammæanos*, adverſarios Suorum; aſt quum *Hillelianі* tam loco, qvam multitudine fuerint ſuperiores, nequaquam credibile eſt, hos ita quieviſſe. Denique perſonarum notas ſi inſpicimus atque epitheta, *Karæus* & *Schammæanus*, videas de eodem viro commutari. Ille *R. Eliezèr*, qui in omnia alia ivit à *R. Gamaliele*, qui קראי *Karæus* appellatus ſupra videtur, quemque *Karæi* ſuis doctoribus annumerant, ſæpius tamen à Rabbinis cognomen retulit *Schammæani*. Dicat *R. Beſchitzi* M. S. לא קבלו ממנו . . . וזה בעבור שהיה מבית שמאי ומכנים אותו בכנוי רבן וקורין לו רב אליעזר השמאית *Non receperunt illius Doctrinam, propterea quod eſſet ex ſequacibus Schammai; atque ideo ipſi cognomen de nomine ſui Magiſtri* 99
indiderunt, vocaruntque eum R. Eliezer Schammaitam. Tribuent docti his, ab utraque parte, rationibus, quantum pro judicii ſui acrimonia credunt deberi; hoc ſaltem inde perſpicuè mihi concludi videtur, *Schammai* non eousqve Traditionibus & Pharizaiſmo deditum fuiſſe, ut vulgo exiſtimatum fuit. Et, ſi non per omnia tenuerit, quæ hodierni probant Karæi, hos

Maſſ. Sabbath p. 3. col. 3.

Vide ſupra p. 24. 25. In Matte Elohim.

non immerito tamen illum laudare tanquam suum, quod in pluribus saltem iis præiverit; qvemadmodum à Protestantibus in Catalogo Testium Veritatis ii quoque numerantur, qui præcipuis quibusdam erroribus olim obstitêre. Quam ob rem *Josephus* Historicus, dum *Hillelem*, sub nomine *Pollionis*, semel iterumque *Φαρισαῖον* indigetat; sollicitè cavet, ne de *Samea* (שמאי) idem dicat, sed eum vocat *δίκαιον justum*. Ut חסיד & צדיק, *Ἀγαθὸς* & *δίκαιος*, ex more suorum temporum Rom. 5: 7. ipsi Apostolo distinguuntur: sicut docti jam monuerunt. Non cavit tamen *Josephus* sibi satis à lapsu *μνημονικῷ*, quum confundens utrumque Doctorem Antiqq. lib. XV. Cap. 1. *Pollioni* attribuit; qvod libr. XIV. cap. 17. velut à *Samea* dictum verius narraverat, quod *ἐν παρόδῳ* notamus. Unico exemplo, nec exigui momenti, hanc opinionem firmemus. Novimus ex Evangelii quam levi, immo fere nulla, de causa repudium miserint *Traditionarii* uxoribus, condemnante hunc morem vehementer Christo Domino, nisi ob solam causam adulterii: *παρεκτὸς λόγυ πορνείας*. Jure amamus Karæos qui sanam hanc sententiam qvoque leguntur secuti. R. Eliahu in celebratissimo libro אדרת *Adderet*: אין האשה מתגרשת ברצון הבעל לבר אלא בערות דבר ככתוב והיה אם לא תמצא חן בעיניו כפי מה שאמרו בעלי הקבלה אפילו הקדיחה תבשילו אפילו מצא אחרת נאה הימנה כמאמר ר׳ עקיבאי ופירשו לפי זאת הדעת מלת כי כטעם או והטעם או מצא בה ערות דבר כי פשט הכתוב מכחיש זאת הדעת לפי שפירוש הפסוק הוא כשיקח איש אשה ולא תמצא חן בעיניו מפני שמצא בה ערות דבר לא שלא מצאה חן בעיניו בלי סבה. וגו׳ *Nequaquam repudianda uxor est pro solo Mariti beneplacito, sed propter rem turpem tantum; secundum id, quod scriptum extat* (Deut. 24: 1.) *si eveniat autem, quod non invenerit gratiam in oculis ejus; quod hunc in modum exponunt Traditionarii, etiamsi* (nihil aliud esset quam quod) *adurendo corruperit ejus edulium, aut invenerit aliam istâ pulchriorem, ex dicto R. Akibæ. Ideoque notionem voculæ* כי quoniam, *eo significatu accipiunt, ac si notaret* או sive; *ut sensus* (Legis) *fit: si non invenerit gratiam in oculis ejus, sive deprehenderit in ea rem fœdam. Quod simplex & literalis Scripturæ sensus refellit. Vera quippe interpretatio istius commatis hæc est: quum acceperit vir sibi uxorem, & non invenerit gratiam in oculis ejus eadem causa, quod repererit in illa rem fœdam, neutiquam, si displicuerit absque causa, &c.* Contendamus ista cum *Schammai* sententia, prout ipsam Misna repræsentavit, feratque judicium Lector, utri factioni velit *R. Schammai* accensere. בית שמאי אומרים לא יגרש אדם את אשתו אלא אם כן מצא בה דבר ערוה... ובית הלל אומרים אפילו הקדיחה

Antiqq. lib. 15. cap. 1. & cap. 13.

Matth. 19. 5. Matth. 5: 32.

סדר נשים Cap. 12.

100

Massech. גטין. cap. 9. §. 10.

הקדיחה תבשילו *Domus Schammai statuit, non repudiandam uxorem à quocunque,*
nisi invenerit rei turpis affinem; sed Domus Hillel sanxit, vel ob hoc solum expelli posse, si
coquendo adusserit cibum. Si Rabbanitæ de *Schammai* aliter scripserint, mi-
rum non est: cedit enim in illorum honorem & compendium dissensum
minui; virumque tam excellentis doctrinæ, quam magnæ in Republica
auctoritatis, à suis partibus stetisse. Neqve unicum hoc esset horum in
pervertenda istac historia vel figmentum, vel oscitantia. V. gr. in *Schal-* p. כ' vers.
schelet bakkabbalah, R. Simeoni Ben Setach, Kabbalæ parenti, socium adjun-
gunt *R. Josuam Ben Perachjah,* & non *Jehudam Ben Tabbai;* quo schismatis na-
tales obscurantur, cum tamen id ex ipso Talmude possit constare, hos acri- Misn.
ter secum invicem disputavisse. *Jehuda ben Tabbai* occidendum ali- Massech.
quando pronuntiaverat in judicio עד זומם *qui falso testimonio alicui crimen* Chagiga.
capitale sciens impegerat, quemadmodum Lex præscribit Deut. 19: 19. Cum Cap. 2. §. 2.
affectata lenitate dudum hanc pœnam commutaverint in mulctam Rab-
banitæ, quid faciunt? comminiscuntur, *Iehudam Ben Tabbai* hoc factum
perpetuis pœnitentiæ lachrymis deflevisse. Cum è contrario ab eo tem- Juchasin p.
pore in hunc usque diem constanter ita faciendum teneant Karæi, unum- ה
que id sit ex capitibus, de quibus acriter etiamnum digladiantur. Ex dictis,
& aliunde manifestum est, quantum animi & sententiarum divortium,
quam *μέγα χάσμα* fuerit inter Hillel & Schammai. Attamen in *Seder*
Olam & *Schalschelet Hakkabbala* in tantum illud extenuant, לא נחלקו כי אם 101
בג' הלכות quasi *non dissenserint, nisi in tribus capitibus;* cum *Talmud Hierosoly-* Rabbi Ge-
mitanum diserte numeret *Octodecim,* & plura sparsim in Pandectis Talmudi- daliah in
cis colligi possint. Hæc eo pertinent exempla, ut admonearis, amice Le- Schalschel.
ctor, in iis, qvæ olim aut gesta narrantur, aut disputata, solis Rabbinis non p. כח'
nimium fidere; neque ex illorum testimonio, si sit in rem suam, atque alii vers.
contradicant, statim quæstionem decidere.

CAPUT VIII.

Ananis historia. Crimina, quorum à Rabbinis accusatur, ex M. S. S. recensita, & à Karæis confutata. Vixit sub Rege Abujaafar. Quis ille? Qua Ananis vita & institutum? Præcipui aliquot sectatores. Successionem etiam ostentant in pelle piscis scriptam Cairo. R. Schalmonis elegans carmen, qui R. Saadiæ Magister. Karæi cur tam pauci? diffusi tamen per Asiam, Africam, Europam, variis in locis. Simonii unus & alter error, &c.

DEducto Schismatis filo, superiori capite, ad *Anan,* qui Karæorum dogmata non primus instituit, sed restituit collapsa, magisque firmavit; res monet, ut, qualis ille, quid genus, unde domo fue-

 rit,

rit, quæ consilii ejus ratio? breviter enucleemus. Vixit ille circa Annum Mundi 4523, hoc est Christi 763. Oriundus ex Bethzur, sive urbecula, sive Castro, prope Hierosolymam, Maccabæorum bellis inclyto; ac familia, ut ferunt, Davidis. Celeberrimi Viri Morinus, & Simonius, cum hujus mentionem fecere, fidem accommodant narrationi, quam apud R. Abraham Ben Dior, & R. David Ganz in Chronologia invenerunt; qui Vatiniano odio Ananem proseqvuntur. Nos, quid in eo culpent Rabbanitæ, qvomodo rursus eum defendant Sui, ex M. S. S. Karæorum libris videamus. Totum hoc ingenue nobis exhibet auctor חלוק *Chillouk* Manuscriptus: וכתב בספור שקרותיו כי ענן היה לו אח קטן ממנו ושמו
חנניה וענן היה גדול מחנניה אחיו בתורה ובשנים ולא רצו חכמי הדור
ההוא להעמידו ראש גלות מפני ויתור פריצות.. וחסרון יראה שמו פניהם
102 אל חנניה אחיו משום ויתור ענוה ובישנות ויראת שמים שהיתה לו
והעמידוהו ראש גלות באותו העת מתקנא ענן הוא וכל איש רע ובליעל
הנותרים מתרבות צדוק וביתוס ונתכון במחלוקת בסתר משום פחד מלכות
הדור והעמידו ענן ראש גלות עליהם ונגלה הדבר במלכות ביום א׳ בשבת
וגזר לתתו בבית הכלא עד יום ששי לתלות אותו על העץ כי מרד
במלכות ונזדמן לו שם אדם בבית הכלא מחכמי ישמעלים גם הוא
כלוא ומעותד לתלות גם אותו ביום ששי על שמרד גם הוא כדת מחמוד
ונתן לו עצה וכן אמר לו לא יש בתורה מצוות שיש לאחד שני פתרונים
אמר לו יש ויש אז אמר לו ראה הפירוש אשר פירשו אותו על הדת
אשר אחרי אחיך ותפרש אותו אתה זולתו על מנת שיהיו הרוצים כך
מודים בדבריך ולתת אחר למשנה אולי ינתן לך רשות לדבר ותשתחוה
ותאמר ארוני המלך לאחי על דת אחד המלכתו או על שתי דתות
וכאשר יאמר לך על דת אחד תומר לו אבל אני ואחי על שתי דתות
אנחנו בודאי תנצל על מנת שתפרש לו המחלוקת והכתוב אשר בין דתך
ובין דת אחיך ויודו כך אנשי דתך והגר כאלה ובשמוע המלך אלה
בדברים ישתוק· אף נתכון ענן לרמות לאנשי דתו יאמר להם אמש נראה
לי אליהו בחלום ואמר חייב מיתה אתה לפי שעברת על מה שכתוב
בתורה והוציא להם אלו הדברים מתוך פלפולו ומכחדו על נפשו להנצל
ממיתה ולמען לעשות לו נצח הוציא ממון רב שחד עד שנתן לו המלך
רשות לדבר ופתח ואמר כי דת אחי על החשבון ועבור תקופות ודתי על
ראיית

ראיית הירח ועבור האביב והמלך ההוא היה חשבונו על הירח והאביב
ונמתק למלך ותתרצה לו Accuſatio hæc ita habet: *Scribunt in mendacibus*
ſuis narratiunculis, Anano fuiſſe fratrem natu minorem, nomine Chananjah, quem ſu-
perabat Anan, tam annis, quam peritia, in Lege. Noluerunt tamen Sapientes iſtius æta-
tis eum (Ananem) eligere Αἰχμαλωτάρχην, quòd nimis protervus, pius parum, ha-
beretur. Ideoque oculos conjecerunt in Chananjah, fratrem ejus, propter ſummam
manſuetudinem, verecundiam, & timorem Domini, qui in eo erat: atque hunc conſti-
tuerunt Principem (Judæorum in) captivitate. Ab eo tempore cepit invidia duci cum
Anan ipſe, tum unusquisque vir malus & Belial, qui relictus erat de propagine Zadok
& Baithos, meditatus ſchiſma, ſed in occulto; quòd ſibi metueret a Rege tunc impe-
rante. Ita conſtituunt iſti ſuper ſe Anan in Αἰχμαλωτάρχην. Quod ubi ad Regem
delatum eſt die hebdomadis primo, hujus ſententia compactus eſt in carcerem, die ſexto
(ſequenti) ex arbore (aut ligno) *ſuſpendendus; tanquam qui adverſus Regem rebella-* 103
verat. Fato quodam evenit, eadem cum ipſo cuſtodia detineri aliquem ex Sapienti-
bus Iiſmaëlitarum, qui etiam illo die ſexto deſtinatus erat ſuſpendio, quia ſe oppoſuerat
Doctrinæ Muhammedis. Hic Anano ſuggeſſit conſilium, dicens: Numquid in Lege
non ſunt præcepta, quæ duplicem habent expoſitionem? Reſpondenti, eſſe quamplurima,
hunc in modum conſuluit: Conſidera quomodo interpretentur illi, qui Fratrem tuum
ſequuntur: & tu affer expoſitionem plane diverſam, ita, ut ſimul probetur iis, qui faci-
unt tecum, ut tradas poſtea Vicario Regis; forte dabitur tibi copia (Regem) alloquen-
di; (qua data) humi provolutus dices, Domine Rex! An conſtituiſti fratrem meum
Rectorem unius Legis, an duarum? cum reſponderit unius; tunc dices: aſt Ego &
frater meus ſumus duarum (diſtinctarum) *Legum Moderatores. Certoque ſic eri-*
pieris, ſi ipſi declares diſcrimen, & Scripturæ pericopen, quæ cauſa diſſenſus inter te
fratremque tuum, idemque qui à te ſtant teſtentur. Poſtquam hæc ita Regi expoſue-
ris, quieſcet. Præterea Anan propoſuit ſuæ opinionis homines dolo circumvenire, nar-
rans, quaſi in ſomnio ipſi apparuiſſet Elias, pronuntians eum mortis reum, quia decli-
naſſet ab eo, quod in Lege ſcriptum habetur, quamvis aſtutia hoc fingeret tantùm. Agi-
tans itaque animo, ut ſe ab intentata morte extricaret, victoriamque (in judicio) obti-
neret, magnam pecuniæ ſummam munus dedit, quo impetravit facultatem verba fa-
ciendi apud Regem, cui dixit: Doctrina Fratris mei procedit ſecundum calculum, &
intercalationem Tekupharum. At mea doctrina ſecundum Lunæ Φάσιν atque inter-
calationem, quæ pendet ab ariſtæ (maturitate) *Quando autem in Religione Regis*
quoque ordinabant (dies feſtos) *ex præſcripto Lunæ & ariſtarum, vehementer id pla-*
cuit regi, ipſique extemplo fuit placatus, &c. Iſthæc, quemadmodum ante
alia, etſi paulo prolixiora, κατὰ λέξιν volui excerpere, tam, ut Lectores
habeant ſpecimina quædam ſtyli, & guſtum ſcriptionis Karaiticæ; qvam,
qvod Antiquorum dicta factaque recenſenti magnopere facit ad cauſæ

cogni-

cognitionem, & fidem, ipsa testium verba audiri. Tædii si forte quid adferat tenellis auribus, apud æquum judicem facile detergebit utilitas. Sic enim existimavi semper, qui in rebus dubiis Veterum gesta suis verbis,
104 pro suo arbitrio tantum proponit, istum nimium sibi sumere, si sine teste, sine tabulis, postulet sibi alios credere, quæ ipse non plus per se novit, quam cæteri; aut nimis parvi facere suos Lectores, quos, sine prævio examine & argumentis, in sua verba juraturos exspectet. Eodem igitur pacto, ex ipsis Karæis producamus, qui huic calumniæ vel objectionibus respondeant. Quatuor aut quinque Capita sunt accusationis 1. *Proterviam, & defectum divini timoris* improperantibus regerunt: אם חסר יראה היה סופו הוכיח לראשו . . . עלו על ירושלים ואחזו בה על שער יהודה לחלות את פני יי׳ והוא הושיב לאבילי ציון וירושלים והשקים דבוקים על בשרם והאפר על ראשם צפד עורם על עצמם ושחוק אין בפיהם ודרכי אבל בשפתותיהם עליהם קול ברמה נשמע נהי בכי תמרורים וגו׳ *An reverentia (Numinis) destitutus fuerit, argui potest ex sequentibus: (non responderent ultima primis)* nam *adscenderunt* (Anan cum suis) *Hierosolymam, & constanter hæserunt ad portam Jebudæ, supplicantes Deo, ut habitacula reddat lugentibus Zion, & Jerusalem. Sacci erant affixi carni, & pulvis in capite ipsorum. Cutis adhærebat ossibus, aberat ab ore risus; at contra lessus lugubris in labiis eorum. De iis*
Jer. 31: 15. *dictum*: Vox in Ramah audita est, ploratus & fletus amaritudinum, &c.
Cozri parte Ne sibi, & suis, blandiri videantur, vel hostium de iis judicium facit. Rex
III §.22.37. Cozar hoc illis perhibuit testimonium (qui inducitur haud multum ab Ananis temporibus remotus) non diffitente Doctore Rabbanita כי אני רואה הקראים משתדלים בעבודה יותר מהרבנים וכו׳ i. e. vertente Clar. Buxtorf. *Video enim Karæos in cultu divino diligentiores, & ferventiores esse Rabbanitis.* Verum, qvod *Anan* vanas superstitiones, & instituta Rabbinice *κατ' ἰδίας δεισιδαιμονίας* non magni faceret, timens Deum, non homines, hoc *defectum timoris*, atque impietatem malignè interpretabantur. 2. De *Ambitu* & petitione Rectoratus observant: toties fuisse contentionem inter Judæos de Principatu, nec ideo mutationem inductam in doctrinam; Ananem se opposuisse illorum statutis non מקנאתו כי אם מדאגה מדבר יי׳ ותורתו non *privata invidia, sed sollicitudine ob Dei Verbum, Legemque.* חלוקת הדת היתה כבר מזמן רב בזמן הבית סביב לשנת ת׳ר׳כ׳א׳ לאלף רביעי *Dissensionem de doctrina jam longe antiquiorem, & fuisse stante adhuc Templo, Anno circiter 621. Millenarii quarti*, qui in tempora Maccabaica incidit, ad quæ Josephus
105 qvoqve initia schismatum retulit. Addunt, duplicem esse Anan in antiqua recensione suorum doctorum: שני נשיאים בשם ענן האחד ענן בן

בן שפטי והשני ענן בן דויד הנשיא המפרש התורה *Unum Anan filium Saphti, secundum Anan filium Davidis, Legis interpretem:* qvibus intercesserint XIV. *generationes.* Priorem de Principatu contendisse. Et postquam ipsi accusatores fatentur, Anan doctrina & annis fratre Chananjah majorem fuisse, invidiæ & ambitionis crimen in eum & ejus fautores Rabbanitas potius redundat, qui sibi obseqventem prætulerunt Viro, quem eruditio, merita, & Lex primogenituræ poscebant. Unde etiam Karæi qveruntur: זה עשו בימי ענן והמליכו את חנניה אחיו מגזרת המלך כדי לשודד לענן וחביריו ולהשבית דת הנאנחים והנאנקים מהם וכאשר הבינו הם כי כן לבבם למרע לבטל דת אז נדברו יראי יי׳ איש אל רעהו והעמידו את ענן ראש בערה והצילו את הצאן מפיהם ונתקיים בהם והצלתי את צאני מפיהם *Hoc ausi fuerunt in diebus Ananis, quod auctoritate regia detulerint principatum Chananjæ Fratri ejus, eo fine, ut perderent Ananem ejusque Socios, & abolerent doctrinam gementium ac clamantium ab ipsis. Qui cum animadverterent, hanc ipsis mentem esse animi, incommodare atque abrogare Legem, Tunc locutus est quisque Deum timens cum socio suo, ac constituerunt Anan (sui) cætus Caput & Rectorem, eripientes gregem ex ore ipsorum, ut stabiliretur illud* (Prophetæ Ezech. 34:10.) & liberabo gregem meum de ore ipsorum, &c. Tantum abest ergo, ut hic neglectus, qvo Fratri juniori posthabitus est Anan, illum in cujusdam culpæ suspicionem adducere debeat, ut contrà nihil ipsi acciderit, qvod, ex Rabbanitarum relatu, non factum sit optimis eruditissimisque eorum temporum Viris. Pauloante Ananum, ejus quasi decessores, vixere *R. Simeon Kajira*, qvi composuit librum æstumatissimum הלכות גדולות *Hilcôt Gedolôt, neque* tamen *ordinatus est in Gaon.* Mox *R. Acba de Schebacha:* וחכם R. Abrah. Ben Dior Kabbala.
גדול היה וחבר שאלתות שלו מכל מצורות האמורות בתורה והספר מצי׳ בידנו עד היום וכל הבאים אחריו בדקוהו ופשפשו בו ושמענו שעד היום לא נמצא בו שום טעות בעולם אבל לא נסמך רב אחא משבחא זה לגאון מפני שנאת ראש גלות שנאותו הדור שהיה שונאו וסמך שמש של רב אחא ושמו רב נטרונאי וכעס רב אחא והלך לו מבבל לארץ ישראל ונפטר שם *Qui maximus Sapiens fuit, &* librum Quæstionum *super singulis* 106
præceptis per universam Legem composuit, qui etiamnum in hominum manibus versatur. Quotquot eum secuti sunt, hunc examinarunt inquisiveruntque sedulo. Audivimus autem, quod nullus in hunc usque diem error in eo fuerit inventus. Attamen iste Rab Acha de Schebacha non ordinatus est in Gaon, propter odium Αἰχμαλωτάρχου *istius ætatis, qui ipsi erat inimicus. Sed ex adverso in eum locum evexit ministrum*

R. Acha, nomine R. Nittronai. Quod indignè ferens Rabbi Acha, ex Babylonia ivit in terram Israelis, ubi fato suo est functus. Patet ex his, quomodo in Babylonia isthoc seculo obtineret illud Ennii

Pellitur è medio Sapientia, vi geritur res.

Nam si laudatissimis, & suarum partium Rabbinis, ex mera loligine odioque servum prætulerint, nullo negotio colligi potest, qvo animo, qua æquitate, cum *Anane* fuerint experti. Qui non magis sic ambitus quam R. Acha postulari potest; quia eadem de causa, pari consilio, כל בני דתו הניחו בתיהם ושדותיהם וכרמיהם לחרבה ועלו מבבל אל ירושלים *Omnes ejus Sectæ homines*, cum ipso, *relinquentes domos, agros, vineas in desolationem, ex Babele Hierosolymam concesserunt habitatum*, ut ibi lugerent, prout supra est memoratum, qvod ab ambitiosorum ingenio multum abludit. 3. Tertium, qvod illi vitio vertunt, est, corrupisse Vicarium Regis, quo ipsi in carcere detento copia fieret alloquendi Regem. Karæi ingeniosè retorquent, ועוד ואיך לענן ולבני דתו היו ממונות בידיהם להשחיר ולרבים לא היה להם להשחיר *Porro, quo tandem modo Anani & ejus opinionem secutis pecunia in promptu erat, ad munus mittendum, & non suppetebat iis* (Rabbanitis) *qui longe plures?* præterquam quod in eo nihil illiciti fiet, ad justam defensionem sibi aditum locumque parare, apud Orientales præsertim, ubi sine munere nihil agitur apud potentes. Si quid esset, propius in culpa deprehenderentur Rabbini, qui illud *decretum Regis*, qvo junior & indoctior Frater posthabito Anane, Rector & Caput est constitutus, non exigua for-
Zemach ad te pecunia redemerunt. *A diebus enim Ismaelitarum, non administrabant*
A. 687. *Αἰχμαλωτάρχαι imperium, prout conveniebat & decebat, sed acquirebant illud à*
Millen. V. *Regibus tanquam tributarii*, sicut *Rabbi David* confitetur. 4. Quarto, visum
107 *Anani* in somnio Eliam &c. quum pro versuto volunt figmento haberi, tria reponunt: nihil in eo esse insvetum, aut mirabile, si somnium habuerit & narraverit suis. Ante jam latam Legem dictum esse (Job. 33: 15.--18.) Deum peccatores *in somniis* aurem vellere, & ad pœnitentiam excitare; à peccato autem *Ananem* non immunem fuisse, vel eo nomine, quod ad impetrandam Rectoris dignitatem forte cum iis, qui *faciebant homines cadere in Lege* (ex Malach. 2: 8. id est, Rabbanitis) doctrinam suam, aut consilia initio nimium miscuisset. Tandem, אי אתם אמרתם כי אליהו היה נראה לחכמים בגלוי בבית שני יקיצים בלא שינה שהוא שקר ומכחש דבר יי׳ וקבלתם וענן אשר ספר כי ראהו בחלום ויתכן ולא יתוש דבר יי׳ ולמה לא נקבל *Quum vestri dicant, Eliam visum fuisse Sapientibus*

bus sub domo secundâ apertè, vigilantibus extra somnum, quod falsum est, verboque Dei repugnat, ac nihilominus iis credatis; quam ob rem nos Ananem narrantem à se visum in somnio, quod Legi non adversatur, verum convenit, non reciperemus? Neque hisce responsis neqvaqvam ineptis contenti, κατὰ τὸ βίαιον, tela adversariorum in eos remittunt. Quando dicuntur *viri Belial, qui relicti erant de propagine Zadok & Baithos*, se *Anani* conjunxisse, hinc suam stabiliunt (convitium non curantes) antiquitatem. גם מרברי אלה ידינו עליונה כי דתנו קדמונית טרם ענן *Vel ex iis ipsis* (hostium nostrorum) *verbis manus nostræ sunt superiores* (alludit Exod. 17: 11.) *patetque, quod doctrina nostra sit antiquior Anane.* Et dilationem suæ liberationis huic odio & divisioni potissimum imputant. ועד אשר לא יתרצו אלה על אלה לא ישוב חרון אף יי' ממנו שהרי הנאנחים והנאנקים בתוך ירושלים היו ומפני שהיו מעטים מהם זכותם לא הצילה את ישראל מרעתם *Donec illi cum illis in gratiam redierint, furor iræ Dei à nobis non revertetur; quandoquidem ecce gementes & clamantes agunt quidem Hierosolymis, ast quod aliis longe sint pauciores, illorum meritum (aut justitia) non liberat Israelem ex adversitatibus suis*, ubi jam fastus, & error Judaicus pellucent. Reliqua de consilio in carcere ab Muhammedano accepto, &c. prætereunt, quod parum intersit, utrum ita se habeant, an secus? etsi magis fabulam olere diceres, cujus sunt ingeniosi artifices Rabbini. Si quis nomen istius Regis, sub quo hæc contigerint, aveat nosse, quid propriè fuerit *Ananis* institutum? quosque habuerit ex se natos suc- 108
cessores, aliosqve eximios discipulos, memoriam servavit nobis *R. Iaphet Karaus.* והוא אשר בירר הדת האמת אל העם שנית אחרי העלמו ובירהו וגלהו בראיות ברורות ואמתיות והוראות עצומות והערה למורת נפשו והורה בזמן אבוזעפר המלך בשנת ארבעת אלפים וארבע מאות שנים לבריאת העולם והיה ראש גליות כל בית ישראל בבבל והשיב על תלמידי רב הלל וההולכים בנתיבותיו וחזרו עמו עם רב מאחינו כי בירר להם האמת ובנתיבותיו ארחו כל מי שהורה בו יראת ה' ולרבנו שאול הנשיא בנו נעתק לו ממנו... ורב שאול העתיק לרב יאשיהו הנשיא בנו והוא לרב בנימין האונדי והוא העתיק לרב דניאל הקומצי ולרב יצחק הבוצרי ולרב דוד המקאמץ גר צדק והם העתיקוה לרב נח והוא העתיק לרב שלמון בן ירוחם ולרב יוסף בן נח ולרב יעקוב בן יצחק הקרקסאני ולרב חסור בן משיח ולרב אברהם בן יצחק הבוצרי... ובזמניהם היה רב סעדיה גאון ז'ל הפיתומי והוא היה תלמידו של

ע"ל רב שלמון בן ירוחם וגו' (Anan) *ille est, qui doctrinam veritatis iterum claravit populo, postquam fuisset obscurata, explicans eam & revelans argumentis, non minus veris, quam perspicuis, validisque demonstrationibus; vitam suam* (præsentissimæ) *morti exponens. Factum hoc est tempore regis Abuzaafar, anno quater millesimo quadringentesimo & secundo à creatione mundi* (ex deficiente Judæorum calculo) *fuitque Princeps captivitatis totius domus Israel in Babylonia. Hic est qui confutavit discipulos Domus Hillel, omnesque, qui eandem viam institêre. Cumque eo se convertit numerosus fratrum nostrorum populus, quos evidenter veritatem docebat: & cuicunque cordi erat reverentia Numinis, illius vestigia premebat. Ab hoc transmissa est ad Saulem filium Principem. Et Rab Saul transmisit ad R. Josiah principem, filium suum. Ille autem ad Rabbi Benjamin Oudi. Iste tradidit R. Samueli Komtsi, R. Isak Botseri, ac R. David Mekamats, Proselyto justitiæ. Isti vero transtulerunt in Rabbi Noach; hinc accepturis R. Schalmon Ben Jerouchem, R. Joseph Noachi filio, una cum R. Jacobi Isaci Kirkaseni filio, atque R. Chasor filio Maschiach, denique* R. *Abrahamo filio Isaci Gabbozeri. Illorum temporibus fuit* R. *Saadiah Gaon p. m.* (cognomento) *Pithomi, qui discipulus fuit Schalmonis Ben Jerouchem*, & quæ sequuntur. Seriem namque prosequuntur ad sera tempora; quem-
109 admodum hic, ita alibi, à Prophetarum, quin & anterioribus seculis, ordine suos Doctores deducentes. Qui cum catalogi parum ad brevem faciant Diatriben, alias cum ipsis libris, si Deus vitam & otium concesserit, commodius proferentur. Habent tamen vel in hoc ἀποσπασματίῳ Philologiæ amatores notabilia quædam, alibi incassum quærenda. Generatim hinc intelligitur, Rabbinos, post R. *Abraham Ben Dior*, temerè & falso *Karæis* insultando exprobrare, ac si soli R*abbanitæ* successionem perpetuam suæ traditionis, suorum Magistrorum & Principum captivitatis, possent ostendere. Non minus id præ se ferunt, suoque modo præstant in Ducibus & Doctoribus suis *Karæi*, quoque majorem inveniant fidem, asserunt, והם כותבים את היחוס על עור דג שיהיה קיים לאורך ימים וזה היחס נמצא בעיר אלק'הרא במלכות מצרית אשר שם מושב נשיאי הקראים מזמן גלות ירושלים receptum esse, ut *scriberetur ista familiarum successio in pelle* (cujusdam) *piscis, quæ durat in longissimum tempus, atque eam* (quam ibi exhibet) *seriem reperiri in civitate Kairo, regni Ægypti* (metropoli) *ubi Sedes constituta fuit Principum Sectæ Karaiticæ inde à captis atque excisis Hierosolymis.* Et sanè Ægyptus densè semper Judæis fuit habitata. Rex iste אבוזעפר probabiliter mihi videtur *Chalifa*, quem *Eutychius Patricides* vocat *Abujaafar*, ע enim sæpe per F digamma exprimitur, & congruunt tempora; cœpit enim regnare A. C. vulgaris 754. 9. Jan. Alio nomine dictus *Almansor*.

Annal. Alex. part. 2.

manſor. Fuitque & bello & pace inclytus, quin & urbem nunc *Bagdad*,
(olim *Babel* populariter loqvor, nam præciſe non eodem loco eſt), amœ-
nitate loci pellectus, magnifice exſtruxit, atque *Medinat ol' Salam urbem pacis*
appellavit. Hic Rex, (dicebat ſupra *Ananis* accuſator) Neomenias cele-
brabat ut *Karæi*; non ex calculo, ſed lunæ apparitione. Si nihil aliud, hoc
certe dixit ex vero. Teſtantur id ipſum *Karæi*. R. *Eliabu in Adderet*: והנה p. ט.
מזה הצד ראוי לקבל עדות הישמעלים מפני שהם הולכים אחרי דעת
חכמינו בענייני הראייה *Videlicet hoc reſpectu eſt conveniens, ut recipiatur teſtimo-
nium quoque Jiſmaelitarum, quia ſequuntur ſententiam noſtrorum Sapientum in ne-
gotio* φάσεως. *R. Schalmon Ben Jerouchem*, hic ſexto loco à R. *Anan* memoratus,
libellum doctiſſimum ac venuſtum ſcripſit, qvem poſſideo M.S. qvo Tal-
mud, ejusqve doctrinam acri cenſuræ ſubjicit, ſed carmine: quod qvanto
elegantius Hebraicè fluit, tanto difficilius, etſi digniſſimum ſit, in Lati- 110
nam ſolutamque orationem poteſt converti. Scripſit vero nominatim
adverſus nobiliſſimum vetuſtumqve R. Saadiah Haggaon; Scholæ Soura-
næ A.C. 891. Rectorem, quem hujus *Schalmonis* aliqvando diſcipulum
fuiſſe hic legimus; ſtrenuè ab ipſo R. David Ganz, atqve aliis Rabbanita-
rum Chronologis diſſimulatum. Dum autem R. *Japhet*, *Karæus*, hiſtori-
am *Ananis* connectit cum Anno à creatione Mundi 4402. plus integro ſe-
culo anticipat: manifeſto errore, ſive jam librarii, ſive ſuo, qui revincitur
à tempore regni, quem ipſe nominat, *Abujaafari*. Annus quippe Mundi
4402. in computo Judaico idem eſt cum A. C. 642. At capeſſivit iſte habe-
nas imperii A. C. Vulg. 754. qui 112. eſt recentior. Sed indulgeamus
hoc παρόραμα homini Judæo, parumque ſcientia hiſtorica exculto, quan-
doquidem à Doctiſſimo Critico R. *Simonio* cogimur audire: *Auctorem novæ* Hiſt. Crit.
Sectæ (Karæorum) *certum quendam Judæum*, *Anan nominatum*, *vixiſſe ſub ſecun-* Vet. Teſt.
da generatione Doctorum, *quos Geonim ſive Excellentes appellant*. Cum tamen R. lib. I. Cap.
Abraham Ben Dior, accuratiſſimus inter Judæos Chronologus, diſertiſſime 29 p. m.
ſub *tertia generatione* collocet. Ac, qvi generationes diſtincte non nume- 162. a,
rant, ut R. *David Ganz in Zemach*, & alii, ad ætatem R. *Jebudæ* alligent, qui ad
tertiam generationem refertur. Ex qvo per hunc Ananem novum vigo-
rem & vitam quaſi res & doctrina Karæorum recepit, locum non modo
ſuum Hieroſolymis, qvorſum voluntario exilio cum ſuis aſſeclis ex Baby-
lonia ſeceſſerat, tueri in hunc usque diem ſeſe potuit, ſed etiam quaquaver-
ſum diffundere; ut nulla pars ſit mundi veteribus cogniti, qvo non hæc ſe-
cta, æqve ac Judæi Rabbanitæ, penetraverit; variasqve regiones atqve
urbes incolat, etſi non tanto numero, divitiis atqve potentia. Quam cum
ipſis pauperiem & paucitatem malignè objiciunt Rabbini, ſuam diſcipulo-

rum multitudinem fastuosè jactantes, eum in modum respondent Karæi, ut causas hujus paucitatis haud frivolas assignent: ex frequentia Sectatorum veritatem pendere merito inficientur, ac tandem ostendant, haud tantam esse eorum raritatem, quemadmodum vulgo existimatur. Auctor Chillouk M. S. כאשר יתפארו הרבנים כי חכמיהם היו מחנה גדול וחכמי
III הקראים אחד או שנים או שלושה ואיך מצאו האמת המעטים מהמרובים אמרתי הבין איוב בדעת האלהים מארבעה החברים ואברהם מכל גויי הארץ וכלב ויהושע מעשרה המרגלים והנאנחים והנאנקים מיושבי ירושלים ומבראשונה מעטים היו נמצאים בטוב ואל הרע רבים על כן מגיד מראשית אחרית הזהירנו בתורתו ואמר לא תהיה אחרי רבים לרעות *Quando autem magnifice se efferunt Rabbanitæ, quod ipsorum Sapientum magnus sit exercitus, & Karræorum modo unus & alter, aut tres forte; & qui sit factum, quod tam pauci præ plurimis invenerint veritatem? tunc respondi: Jobus Dei judicio sapientior fuit quatuor suis sociis & amicis; Et unus Abraham omnibus nationibus mundi. Caleb & Josua præ decem (aliis) speculatoribus. Gementes & clamantes supra (reliqvos) cives Hierosolymorum. Ac jam inde à principio longè minori numero inventi sunt, qui bono addicti essent, quam qui malo. Quamobrem (Deus) qui ab initio prænuntiat finem, nos (ejus rei) in Lege sua quoque admonuit, dicens* (Exod. 23:2.) *Non sequeris multos ad mala.* Idem inculcat R. Caleb præfat. ad libr. עשרה מאמרות *Asarah Maamarôt*: כי לעולם הצדיקים מעטים כנגד שאר העם וכתוב לא מרובכם חשק ה׳ בכם *Perpetuo enim justi fuerunt pauci, si cum reliquo populo comparentur; & scriptum est* (Deut. 7:7.) *neutiquam propter multitudinem placuistis Domino.* Causa vero, cur illi tanto inferiores numero fuerint, quam Rabbanitæ, & ante, & post Ananem, investiganti mihi triplex potissimum innotuit. 1. Prima à *genio* ejus, quam profitebantur, *Doctrinæ.* Illi namque in præceptorum expositione jam ab ævo inclinarunt in partem rigidiorem, ut supra dictum de R. Schammai; Hilleliani in remissiorem; quæ cum carni & sanguini sit gratior, omnesqve homines natura proclives ad licentiam, non aliter fieri potuit quin plurimi se eo conferrent. לפי מדה שהוו רבים תומכי ידי המקלים במצוות ומעטים היו אצל קדמונינו מפני שהיו מחמירים על כן תקפה יד הרבנים לפעמים על עדתנו. *Propterea, quod multi sunt, qui manus fulciunt eorum, qui leviora reddunt præcepta, ideo pauci fuerunt à Majoribus nostris, quoniam illi stabant pro gravitate eorum. Hinc evenit quod sæpius Rabbanitæ nostro cœtui prævaluerint.* 2. Altera fuit inconsulta quædam, ex illo aggravandi studio nata, & nimis lata extensio graduum in conjugio prohibitorum; quæ fecit, ut, cum Rabbanitæ creandi

dis liberis maxima cura ſint intenti, permiſſa etiam ſuis in Oriente poly- 112
gamia, Karæis è contrario hac ſcrupuloſa interpretatione ne mulieres
qvidem ſupereſſent aliquando, quibuscum poterant conjungi; de qvo ſu-
pra pag. 42. vidimus. Quod magnam ſanè debuit illorum familiis indu-
cere vaſtitatem. 3. Tertia eſt odium, injuriæ, & continua perſecutio,
quam ipſi, qvoties & ubi poſſunt, in Karæos movent; ubi non poſſunt, ca-
lumniis, arte, donis apud alios Principes ſuſcitant, ut ubiqve extermi-
nentur. Præter judicium Dei, communem omnibus gentibus Judæo-
rum deteſtationem, coguntur hi indies ſuorum popularium violentiam
experiri. Quid mirum ſi attenuentur: יפה התודה החכם ר׳ גדליה בעל
השלשלת בדף ל׳ מספרו שקדמוניהם מצד גאותם מרדפם השררה
והגדולה גרמו למחלוקת הדת וחלול ש״ש׳ וחלול תורתו הקדושה ינקמנו
השם י״ת מידם שמזמן החלוקה ועד עתה קלפת השנאה תקועה בלבותם
ובכל מקום שימצאו מושבות קהלותינו בעיר א׳ עמהם צוררים הם לנו
ביוכליהם בכל מיני ערמניות למחות שמנו מן העיר ומן הארץ׳ לולי ה׳
שהעיר לב המלכות מקדם ועד עתה׃ וזה מעט הצאן מוצאים חן וחסד
בעיניהם *Pulchra eſt ingenua confeſſio Sapientis (ipſorum) R. Gedaliah, qui ſcripſit
in libro Schalſcheleth pag. 30. quod Majores eorum ſuperbia, ambitione, & magnifi-
centia ſua cauſam præbuerunt, cur doctrina & hominum ſtudia in diverſas partes abi-
rent, adeoque Nomen Dei Benedicti, & Sanctiſſima Lex profanarentur. Cujus ultio-
nem Deus ab illorum manibus repoſcat. Ab illo quippe Sciſmatis tempore usque in ho-
diernum diem intemperiæ, & odium in cordibus illorum hæret infixum. Ac quocun-
que modò loco contingit cætus noſtros unam eandemquo urbem cum iis incolere, pro vi-
ribus nos affligunt, qua vi qua aſtutia, ut nomen noſtrum ex urbe, immo de terra abo-
lere poſſint.* (Et voti compotes eſſent) *niſi Deus in favorem noſtrum imperantium
corda & nunc & olim inclinaſſet, ut parvulus hicce grex gratiam in oculis ipſorum at-
que miſericordiam inveniret.* At ne vel ſic tamen effectum eſt, ut non in
Aſiam, *Africam*, *Europam* delati, ſedes ſibi per multa rerum diſcrimina iſthic
invenerint. *Aſia* illos agnoſcit, & fovet in *Judæa*, & *Hieroſolymis*; quam
regionem præ omnibus aliis petunt & diligunt; unde cognomen יושבי
החורבות *deſerta* (Patrum) *loca incolentes*, ſibi pepererunt. Porro *Damaſci*,
Bagdadi agunt, cum reliqua *Aſſyria* & *Chaldæa*. Teſtis oculatus *Moſes Be-* 113
ſchitzi, Scriptor Libri מטה אלהים *Baculus Dei*: qui non ſolum ſtudiorum
gratia per eas oras peregrinationem inſtituit, verum vel maximè eo cu-
ram & laborem convertit, כדי למצות סבת המחלוקת וזמן חלוקה שבין
הקראים והרבנים *ut invenire poſſet cauſam ſchiſmatis, & tempus, quo cepit diviſio*

inter Karæos & Rabbanitas: uti habet præfatio. ושם כונתו ללכת בארץ הקדושה ובארצות שאחריה בכל מקום שהקראים שוכנים שם בארץ אשור ובארץ כשדים אשר שם רבו כמו רבו כוכבי השמים וכחול אשר על שפת הים *Propoſuitque ideo proficisci in Terram Sanctam, omniaque loca, quæ pone eam jacent, ubi Karæi habitarent: videlicet, in Aſſyriam, in Chaldæam, ubi multiplicati ſunt, quemadmodum ſtellæ Cæli, vel arena in littore maris.* Incoluiſſe *Arabiam* & *Turciam*, non modo illud indicio eſt, quod plures & vetuſtiſſimi illorum libri Arabicè primitus ſunt conſcripti, ſed etiam *Meccæ* ſpeciatim habitaviſſe eo tempore quum Muhammedani urbem iſtam expugnabant, colligi, ſi non liqvere, poteſt ex interpretatione quam illorum Doctores, jam ante quinque ſecula, dederunt commatis XXXI. Cap. XI. Prophetiæ *Danielis*, ipſo memorante *Aben Ezra* in locum; ſub nomine familiari *Zadducæorum*, & *errantium* תועים ויש לתמוה מחכמי צדוקים שפירשו זו לעתיד ואמרו כי המקדש היא מ״כה שיחוגו עלידה הישמעלים והסירו התמיד החמש תפלות ונתנו השיקוץ עבודה זרה *Mirandum eſt, quod Zadducæorum Sapientes hoc explicent tempore futuro, dicantque, quod* ſanctuarium *iſtud ſit* Meccæ, *ubi Feſtum agitant Iſmaëlitæ.* Juge ſacrificium *quod removerint, intelligi* quinqve precationes; & abominationem, *quam poſuerunt, eſſe* cultum (illorum) Idololatricum. Synagogas Karæorum invenit *R. Benjamin Tudelenſis Damaſci, Askalonæ, &c.* In *Africa* habitata ipſis eſt *Alexandria.* Eo cum aliquando veniſſet *R. Moſes Beſchitzi, Karæus*, narrat, *Rabbanitas* non modo memoriam ſervaſſe magni ſuarum Traditionum architecti, *R. Simeon Ben Setah*, qui illuc, Jannæi perſecutione, ſe proripuerat; ſed etiam oſtendere ædificium (nunc in Moſqueam mutatum) ubi preces ſuas dicere ſoleret; quin etiam ſacrificia offerre. Quod, quia notabile eſt, excerpam: וגם בפנים יש לו מזבח שהיה אז מקריב עולות חכמים ואני אמרתי שלא יתכן זה שאיש כמוהו יעשה זאת (זולת מקום הנבחר) ונשבע לי שהוא אמת והוכרחתי אז לדעת זה אם כנים דבריו הקרתי ודרשתי מהם והורו לי אמת שכך היה ומאת הישמעלים שאלתי חקרתי על ענין המזבח והשיבו שזה אמת ואמרו שאנו מכברים אותו מאוד *Intus in eo quoque eſt altare, in quo tunc offerebat holocauſta & ſacrificia; cumque ego (Moſes Beſchitzi) regererem, non videri conſentaneum, talem tantumque virum* (ac erat Simeon Ben Setah) *id deſignaſſe (extra locum quem Deus elegerat*, quod pluribus probat in ſqq.) *jure jurando mihi* monſtrator Rabbanita *confirmavit, hanc eſſe veritatem; atque ita neceſſitatem impoſuit inquirendi, & rogandi alios, ut certo*

In Itinerario.

114

certo scirem, an sermoni ejus fides constaret? & confessi sunt mihi, negotium revera sic se habere. Apud Jismaelitas etiam investigavi, quid foret de Altari? (nam Judæo aut Christiano non licet Mosqueam intrare) *respondentes, quod esset, ut dicebant; & quod nostra Gens illud in magno haberet honore.* Si hæc adeo vera sunt, quam audacter undequaque asseruntur, habemus hic aliud veluti fanum in Ægypto, præter illud *Oniæ*, de quo Eruditis nihil adhucdum innotuerat; simulque documentum quam licenter, & sacrilegè, in mandatis vere divinis versati fuerunt *Traditionarii*, dum sua commenta humanasque superstitiones severissimè observari mandabant. Quod Christus Dominus plus semel in iis, & summo jure, castigavit. Cummaximè in maxima civitate Ægypti, *Cairo*, *Karæi* jam ab ultima memoria, in hunc usque diem, sedes fixere. בעיר אלק״הרא במלכות מצרים אשר שם מושב נשיאי הקראים מזמן גלות ירושלים *in urbe Cairo, Regno Ægypti, ubi sedes est Principum* Karæorum, *jam inde ab excidio Hierosolymorum.* In *Europa* tenet ante omnes hos *Constantinopolis*: illic est, ubi eam Synagogam reperit *Benjamin Tudelensis*, de qua Illustr. *Scaliger Elench. Cap.* 2. illic celeberrimi Doctores; p.22.marg. illic libri eorum aliqui, qvod alibi rarissimè, typis descripti; eam incolebant, qvo tempore urbs capta est à *Turcis*, & quemadmodum Græcæ & Latinæ literæ irreparabilem, sic nostri ingentem qvoqve M. S. S. Codicum tunc jacturam fecere. Hinc præcipue in reliquas regiones *Italiam*, *Moscoviam*, *Lithuaniam*, *Poloniam*, *&c.* transmigrando pervenerunt. Ita in suis narrant literis: אכן אחינו הקראים הנמצאים במלכות פולין ורוסיה ובדוכסיה גדולה של ליטא הם יצאו מבין קהלות ששוכנות בארץ ישמעל לבקשת מלך פולין ממלך ישמעל בזמן קדום מזמנים *Ceterum Fratres no-* 115
stri Karæi, qui reperiuntur in Regno Poloniæ, Russia, & magno ducatu Lithuaniæ, oriundi sunt ex iis cætibus, qui sub imperio Jismaëlitarum (Turcarum) degunt; & jam tempore admodum antiquo, rogante hoc Poloniæ Rege, ab imperatore Turcarum illuc concesserunt. Cujus facti fides sit penes auctores. Ex fine *Kabbala R. Abraham Ben Dior*, & *Iuchasin*, omnibus constat in *Hispania* seculo duodecimo floruisse; cum doctus inter eos, אבואלפראג *Abualpragus* pro Karæorum doctrina librum edidisset contra Talmudistarum λήρους; quem Ben Al Taras inferens in Castiliam plurimos, ut ait Juchasin, in errorem impulit; tum etiam commentarium in Genesin. Refutare eum conatus est quidem iste *Abraham Ben Dior*, pro modestia & mansvetudine Rabbinica, eum vocans זקן אמשאי *senem scelestum*, gloriatur se monstrasse לתלמידים סכלותו *discipulis stultiam.* Ac R. Abraham Zacut scribit, ישתחקו עצמותיו בגיהנם *Conteri istius ossa in inferno.* At vero, horum vel argumenta, vel fulmina, ad

eos cohibendos parum valuerunt, donec Rex Castiliæ Alphonsus sua auctoritate iis *silentium* injungeret. Quam, spretis honoribus atque pecunia, unicam mercedem pactus est *R. Jehuda* ab Augusto, fautore & familiari suo, pro omnibus officiis, quibus Regem insigniter demeruerat. Diffusam ita longe lateque *Karaorum* Sectam plane deprehendimus. Nec ausint negare, si qui candidiores Rabbini: *R. Joseph Chajon*, Comment. in Pirke Aboth, apud Eruditiss. *Morinum* מהכם נפוצו ונמשכו אחריהם גם היום בהרבה מקומות ובהרבה ארצות והם הנמשכים אחר המקרא לבד *Ab his* (Zadok & Baithos) *dispersi sunt, eosque sectantur adhucdum hodie per multa loca multasque regiones, qui soli Scriptura penitus adhærescunt.* R. Leo de Modena agnoscit, eos habitare *Constantinopoli, Cairi, aliisque Orientalibus locis; quin esse in Moscovia, illic habere Synagogas, suisque moribus vivere.* Quæ cum sint apertissima, an non doleam, virum eruditissimum eundemque optimum sivisse sibi à Rabbinorum ὀνειδισμοῖς tantum imponi, ut diceret: *Vix unum jam inter Judaos Karaitam reperiendum?* & merito quis miretur, in *Historia Critica Simonii*, velut aliquid notabile, appingi in extremo margine hanc observationem; *Vix amplius conspici Judaos Karaitas in toto tractu Orientis? (dans tout le Levant.)*

Libr. 2. Exercit. VII. Cap. 2. Part. 5. cap. 1.

Ligtfoot Oper. Tom. 2. pag. 148. a. Hist. Crit. V. T. Cap. 29. p. m. 160.

116

CAPUT IX.

Causa, & Capita dissensus inter Rabbanitas & Karaos pracipua: in Dogmaticis *rejiciunt omnes Traditiones planè ἀγράφους. R. Saadia pro iis scripsit, quem R. Schalmon confutavit. Morini, & Simonii sententia de hoc ad examen revocata.* Misna *jam exstitit scripta tempore Hieronymi. Controversia circà* Ritualia, Legem Judicialem, Gradus Matrimonii prohibitos. *1. Cor. 5:1.) explicatum. Mores Karaorum: Magis in Scriptura versati. Mansueti. Pii. Odium internecinum inter utrosque, &c.*

NUnc ad Doctrinam eorum, & præcipua, quæ controvertuntur, capita, transimus. Ubi tanto brevius licebit defungi, quanto jam ante Maximi Viri *Scaliger, Drusius, Seldenus, Hottingerus, Morinus, &c.* de his aliqua, hinc inde, tetigerunt, & quæ ad majora *Festa* pertinent, jam supra Cap. IV. à me sunt occupata. Sententiarum divortium, pro scribentium vel indole vel consilio, aliquando majus, minusve proponitur. *Karaorum* dogmata odiose traducunt Rabbini, & dissensum amplificant ut suis reddant magis invisos. Contra, ut pars infirmior, minuunt subinde Karæi, quo melius via sternatur ad concordiam. R. *Caleb* in Præfat. libri עשרה מאמרות, *Asarah Maamarot*: ותמצא היום שאין בינינו ובין

ובין אחינו הרבנים שום הפרש מהתקנות וגדרים וסייגים וקבלות שבידינו היום מאבותינו הקדושים· אלא במה שאין להם רמז מן התורה כ״ש היותו הפכי או סותר לדבריה *Non invenies hodie, quod inter Nos & fratres nostros Rabbinos sit differentia, quod ad Constitutiones, cautiones, sepimenta, ac traditiones, quas* (uterque) *accepimus à nostris Sanctis Patribus; sed tantum earum respectu, quibus nullum est indicium in Lege (scripta,) immò potius contrarium, & illorum verbis repugnans.* Ita *Philippus Fridericus*, apud Illustr. Scaligerum*: Jurabat* ipsi *nihil differre à reliquis Iudæis nisi in rejectione δευτερώσεων*. At hic ipse character, aliquid non habere vestigium in Scriptura, latissime patet; & in plurimos ramos sese diffundit. Quare ut hæc clariora sint, & Christianorum magis tam methodo quam captui accommodata, monstrabimus exstantiora, ubi dissentiunt in *Dogmaticis*, *Ritualibus*, ac *Lege judiciali*; tum *Mores* atque vivendi rationem, perstringemus; una cum lethali *odio* inter utrosque, quod ex hoc opinionum discrimine succrevit. Caput *Doctrinæ* palmarium, in quo dissident, qvorsum omnia reliqua queunt referri, est commentum Rabbanitarum de *Lege orali*; Melius hæc iterum ipsis *Karæorum* verbis quam meis memorabo, secundum ea quæ *R. Caleb* habet in Præfat. libri sui M. S. *Asarah Maamarôt*: Quorum mens est: * *Iam dudum tibi innotuit causas potissimum tres esse Scismatis, quod domui Israelis*, *Karæis cum Rabbanitis, intercedit. Prima causa est, quod sentiant Rabbanitæ, res multas Mosi esse dictas ore in Sinai, quæ non sint in scripta Lege comprehensæ; quas tradiderit ille P. M. Iosuæ, discipulo suo; qui tradidit Senioribus; isti denuo his, qui singulis generationibus successerunt. Ita, ut omnia Oretenus propagarentur; nec Mosis P. M. manu extarent exarata, usque dum ea inciderunt tempora, quibus, cum periculum foret, ne Lex planè oblivioni traderetur, visum est ejus ætatis hominibus consultum, ut scripto mandarent, quid, & quomodo unusquisque à suo decessore acceperat. At nos Scripturarii hæc credimus nequaquam; sed tantum ea, quæ* (*Deus*) *Benedictus præcepit* (*Mosi*) *fideli in domo sua, quæque universa in Lege perscripta habentur. De quibus dictum* (Deut. 30: 10.) ut custodias præcepta ejus, & statuta ejus (prout quodque) *in libro hujus Legis est consignatum. Cum & Iosuæ p. m. mandatum sit* (Jos. 1: 8.) non recedat liber Legis hujus ab ore tuo. Porrò, ut custodias & facias secundum omne, qvod scriptum est in eo (ibid.) *Quin de Rege etiam legimus* (Deut. 17: 18.) ut scribat sibi exemplar Legis, &c. *Idque*, ut observet omnia verba Legis istius. *Ac præter hæc dicta, alia etiamnum exstant docentia, nullum præceptum esse ore datum, quod non unà sit scripto expressum. Adeoque non aliam Legem nos habere extra eam, quam scriptam nobis tulit* (*Deus*) *Benedictus. Secunda*

Elench. cap. 2.

117

118

119

* Hebraica hic de industria omisimus, quæ supra p. 64. legi possunt.

cunda causa est, quod statuant, illa, quæ jam in Lege sunt exarata, expositionis indigere ex Kabbala repetendæ, quam ipsi pro lubitu comminiscuntur. Nos vero diversum sentimus, omnem Scripturam secum apportare interpretationem suam; & si quibusdam in rebus breviter agat, (unde nasci posset obscuritas) *alia esse loca ad manum, ubi sensus pluribus exponatur, supponente Scripturâ, sibi cum intellectu præditis rem esse. Jam notum est cuique, loquelam consensu quodam eò spectare, ut declaret, quid loquens sibi velit? quid intendat? quæ, nisi sic sit comparata, frustra est, nullaque in sermone utilitas. Optemque, mihi aliquis significet, quid tandem Deum Benedictum coëgerit* (cum clare loqvi posset) *Legem suam tali sermone, & stylo, exarare; ut à nullo intelligi queat, adhibitis etiam legitimis sensus eruendi viis, quibus mens loquentis & scopus solet deprehendi. Ut ita Benedictus habuerit necesse, verba Legis quam scripto tradiderat, declarare atque exponere per* (aliam) *oralem? Ecce, numquid ipse scripsit,* cœpit *Moses* explanare Legem hanc, dicendo (Deut. 1: 5.) *itidem scriptum est* Lex Dei perfecta est? *quod si ejusmodi explicatione indigeat* (Legis) *Oralis nulla magis erit imperfecta. Est adhuc amplius: nisi sermo clarè proponat voluntatem præcipientis, & qui monet alterum, quid mandet moneatve; ille cui præcipitur, quique est admonitus, facile poterit causari, dicens, quicquid jussus sum, feci: alia ratione illius dicta accipiens. Eodem planè modo se res habet in sensu præceptorum, adhortationum, reliquarumque Legum & judiciorum, quæ pœnis sanciuntur; jure haud poterit Deus Benedictus transgressorem punire, ob rem aliquam, de qua animi sui sententiam observaturo non satis declaravit.* Absit à Deo impietas & iniquitas ab omnipotente. (Job. 34: 10.) Judex universæ terræ nonne faciet jus? (Gen. 18: 25.) Deus fidelis est (Deut. 32: 4.) & qvis Doctor sicut ipse? (Job. 36: 22.) *Si vero excipiant, Kabbalam explicationem eorum locorum adferre, quæ ordinatione præcisa destituuntur, vel admittunt contrariam sententiam parili facilitate*, (dicendum est, rem in sese non ita esse) *sed solum ex imperitia eorum videri, qui Legem intuentur. Interim verissimè iis hoc dicitur, Kabbalam istorum suggerere expositio-*
120 *nem ejus generis, quæ à mente & sensu Scriptæ Legis planè recedit.* Taceo, qvod *ante jam* notavimus, *sæpissimè accidere, qvod illi sit adversa, & penitus aboleat. Ecce! hic non est verus sensus, nec tale* (*Dei*) *Benedicti beneplacitum, sed tantum istorum Decreta, & allusiones. Tertiam causam præbuit dictum, qvod Lex iis fecerit potestatem addendi aut demendi in his, quæ ad Legis præcepta vel adhortationes pertinent, prout Sapientibus singularum ætatum videbitur expedire; in tantum, ajunt, ut, si vel de dextra sciscerent, esse sinistram; vel de sinistra, eam esse dextram. Nos autem imus in omnia alia, quandoquidem scriptum est* (Deut. 4: 2.) non addetis ad verbum quod ego hodie præcipio vobis, nec quicquam de eo detrahetis. Ac *rursus* (Deut. 12: 32.) non addes, neque diminu s. *Et si occurrant forte quædam, ad qvæ facienda & observanda* obligamur, *quæ in Lege non tam apertè vel*

ex-

explanatè ſint definita; aut aliqua ſcribantur, quæ nos exiſtimemus haud ſecundum ſenſum literalem, quem prima fronte fundit, eſſe capienda; Si de eo nos non ſimul admoneat Scriptura, eò faciunt, ut ſcrutemur atque inveſtigemus conſequentias, quæ ſecundum Sapientiæ rationem ex lege deducuntur, atque colligi poſſunt. Lex quippe data eſt intelligentibus, qui rem unam ex alia norunt concludere. Neque tamen hinc licet inferas: ergo ibi defectus *fuit, aut hic eſt* additamentum; *cum potius hæc ſepes ſit, & cautio, ne in* Additionis *laqueos incidamus; Deusque hos (ſenſus) in Lege divina intenderit, deque iis admonuerit.* His argumentis pugnant pro Scripturæ *αὐταρκεία Karai*, & neſcio, an verbis tam paucis controverſiæ ſtatus diſtinctior poni, ac majori rationum pondere & delectu veritas adſtrui potuerit. Quibuscum ſi comparaveris illas *Rabbanitarum*, frigidæ ſunt, & tela manifeſte plumbea. Reciprocarunt hanc ſerram inter ſeſe, pro *Karais* R. *Schalmon Ben Jeroucham*, *R. Saadia Haggaon pro Rabbanitis*; qvorum non excerpam diſputationes, ne gravem meos Lectores; ſumma tamen capita delibabo, ut omnibus conſtet, quid de *traditionibus ἀγράφοις* ac *Talmude*, cenſeant *Karaitæ*. Septem rationes pro iis adduxerat *R. Saadias*, quibus peregre profecti *R. Schalmonis* gregem, aut Synagogam, ad fidem traditionum pellicere ſtudebat, quas abſens *Schalmon* epiſtola metrica ſolertiſſimè confutat: 1. Prima erat; Mandata à Deo ציצית *fila* in veſtis extremitate, & *Tabernaculorum* in feſto ædificationem, qvorum menſura tamen non ſit expres- 121
ſa. Reſpondet *Schalmon*, certam menſuram, tacente Lege, non urgendam; multa enim apud alios alia ferunt tempus, locus, familiæ & facultatum ratio. 2. Sileri מדת תרומה *menſuram Trumæ* (oblationis levandæ) quâ Iſrael ſciat, quantum debeat dare. R. factum, ut quisque daret liberaliter, pro beneplacito, ſine vinculo pactionis. 3. Traditione opus eſſe ad dignoſcendum, quis dies ſit ſeptimus, ſeu Sabbathum. R. id omnibus notum eſſe, qui ubique vivunt, quis dies ſit hebdomadis. 4. Hinc ſolum conſtare, quale *vas* ſit, qvod capax eſt *pollutionis?* R. ſatis in Lege determinatum ſi mentem modo advertiſſet (Lev. 11: 32.) *omne ſcil. vas* aut inſtrumentum, qvod inſervit *operi alicui peragendo.* 5. Ad preces eſſe obligatos, nec tamen aut preces, aut precum numerum reperiri in Scripturis. R. an non legerit apud Jerem. 29: 12. *Orabitis me*, & ſimilia. Multisque in locis precum ὑποτυπώσεις ut *Danielis*, &c. inveniri. 6. Maximopere urget, qvod indigeamus traditione, ad ſciendum numerum annorum, qui effluxerunt ab excidio Domus ſecundæ. R, ſe perlibenter velle ab eo diſcere, cujus libri (ſacri) auctoritate obligentur, ut hujus intervalli calculos ritè ſubducant? multum hîc eum laboris impendiſſe, nulla utilitate, &c. Ultimum, qvoniam ad Meſſiam attinet, proferam *αὐτολεξεὶ*: שביעית נמתח

 אנו

אנו נצרכים אל השכל ובו נתהללה לדעת בו קץ הגאולה ותחיית המתים בגבולהי שירות נביאים וכל חוזים כל אלו נזכרים ובהם נאחזים לא מדברך ושכלך הפוחזים *Septimo dixisti (Saadiah) opus habemus scire*, ut *gloriemur in notitia ultimi termini redemptionis, quaeque illi contermina est, Resurrectionis Mortuorum.* (Respondet R. Schalmon) *in Canticis, omnibus Prophetis, ac Videntibus hi commemorantur, atque continentur; ut non opus sit ex verbis tuis, aut ingenio, ista repetere.* Notare licet, quum *Karaei* asserunt *Redemtionis* Characteres, & *temporum Signa*, in *Prophetis omnibus, Videntibus, & Hymnis* passim & abundè haberi, eos sic stabilire fundamentum Evangelii; & fere gemina dicere cum *D. Jesu, Luc.* 24: 44. de Messia esse *scriptum in Lege, Prophetis* ac *Psalmis*. Et *Petro*: *Huic omnes Prophetas perhibere testimonium, &c. Act.* 10: 43. Dum *Rabbanitae* hic etiam traditiones in subsidium vocant; â Christo
122 ob suam inscitiam in eo capite merito castigandi. Quod vero Judaei com-
Matth. 16: muniter, hic & alibi, Messiae *Redemptionem* jam olim conjunxerint cum
3. *Resurrectione Mortuorum*, duplicem Apostolorum aetate peperit errorem: quo quidam, qui Christum pro Messia receperant, Redemtione jam peracta, sibi aliisqve ex hoc praejudicio persvadebant, secundum Christi ad-
2.Thess. 2:2. ventum protenus instare. Aliqui è contrario inferebant, factam jam dudum; qvoniam multi erant anni, ex qvo venerat Redemptor; utque hoc tueri quadam specie possent, tanti Mysterii & solaminis beneficium in quaesitam ineptamque Hymenaeus & Philetus converterant Allegoriam.
2. Tim. 2: Postqvam hoc modo R. Schalmon plenitudinem S. S. Literarum mascule
17. 18. defendit, mutata vice incipit ipse Traditionum arcem ac promptuarium, Pandectas Talmudicas, validissimo ariete subruere, & feliciter oppugnare. Summa est, *Legis Scriptae ἀξιοπιςίαν* firmari *testimonio* omnium Judaeorum, ubicunque sint per orbem terrarum dispersi; maximorum plerumque *miraculorum* auctoritate, *consensu* etiam τῶν ἔξω, Christianorum & Muhammedanorum, quibus omnibus fundamentis careat *Lex Oralis.* Jubet considerari, quinam harum Traditionum conditores in ipso Talmude laudentur, ac proferantur; non haberi *haec dicit Deus Mosi, Aaroni, &c.* ut solet in Pentateucho & Prophetis; ast sic *tradit* ille *Rabbi*, aut alius Doctor, qui longè *post Ezram*, obsignato dudum Canone, (inde חותם הנבואה *Signaculum Prophetarum Malachia* ab ipsis Rabbinis vocando) fuerunt in vivis. אנשים כמונו ואין רוח הקודש בינינו *Homines nobis similes, eoque tempore, quo inter nos (Judaeos) non amplius erat Spiritus S.* Demonstrat ex *stylo* & *Idiomate Talmudis.* והנה על לשון אנשים חדשים נאמרים *Ecce lingua* (non veteri Prophetarum sed) *hominum novitiorum efferuntur* sex Ordines. Quumqve

qve Mosi & Prophetis optime secum conveniat, hic perpetuam quasi contentionem, *& vociferationes* audiri: *Hic affirmat, ille negat; hic permittit, ille vetat; hic benedicit, maledicit alter, caput jurans suum, &c.* quod â Divinæ veritatis modestia & majestate vehementer abhorret. Unde opposite ad Rabbinorum solitos strepitus, atq; clamores mansuetudo Messiæ ex eo commendatur, quod *non clamabit, &c.* Ditissimum argumentorum locum suppeditat ipsa *Talmudis Materies*: ubi culpant merito, esse farraginem, in qua putidæ & aniles fabulæ, ex Apocryphis *Semi*, Noachi filii, & *Rasim*, libris supposititiis haustæ: ubi stultissima plura, immo pudenda. Liber *Chillouk* M.S. adducit exemplum כי עזרה חייב להאכי׳ שומים לאדם אטר לא׳ יתחזק אברו כדי להתחזק לנפול עם אשתו הלא׳ זה ניאוץ וגדיפה quod Ezra obligaverit maritos (ut honeste circumloquar) ad Venerem tardos allium comedere, ut excitentur. Quod fœdum & probrosum hic auctor jure pronuntiat. Nec melioris sunt commatis, quæ loguntur de *Palti* & *Paltiel* in *Gemara Sanhedrin*. Neque ignoravit hoc *B. Hieronymus* scribens ad *Algaziam*: *Quantæ traditiones Pharizæorum sint, quas hodie vocant δευτερώσεις, & quam aniles fabulæ, evolvere nequeo. Neque enim libri patitur magnitudo, & pleraqve tam turpia sunt ut erubescam dicere.* Unde simul intelligitur, (qvod alias probatur pluribus) jam isthoc tempore traditiones in *Librum* congestas fuisse. Cui cum, τῇ δυλείᾳ τῆς ὑποθέσεως, contradicit Doctiss. *Morinus*, vocabulum *Libri* ad hanc ipsam *Epistolam*, quam scribebat *Hieronymus*, detorquens, suam mentem satis prodit; at eam sanctissimi Patris manifeste obscurat, & corrumpit. De *Libro* enim *traditionum* agere, patet evidentissime, cum ex nexu, tum, quod nomen δευτερώσεις cum hebr. משניות, *Misnaiot*, prout titulus habet, plane convenit; eodemque in Novella 146. quoque appellatur. Volumen fuit, & non *Oralis* tantum Doctrina, quia poterat *evolvi*; & qui tandem quæso, nisi ex codice, in illarum nugarum, præ *Volusi Annalibus* spurcarum, interiorem notitiam pervenisset *Hieronymus?* dum bella hæc mysteria extraneos sollicite quondam celabant; à qvo more lucri cupidine, multis tribulium licet reclamantibus, hodie aliquantum Judæi recesserunt. Longa quidem satis est epistola ad *Algasiam* pro modulo epistolarum, sed in comparatione libri nimis exigua, quam ut diceret, se *evolvere non posse, quod Libri non pateretur magnitudo.* Dic, poteratne ergo *Algasia?* num ipse suas literas voluit *evolvere Hieronymus?* An non videat vel cæcus, id clare pertinere ad δευτερώσεις, & *aniles fabulas*, quæ immediate præcesserunt? Tollamus eadem opera mendum in textu, qui paulo post sequitur, quod miror perspicacissimos *Erasmi* oculos, qui hanc meam

Matth. 12. 19. 123

Cap. 2. Edit. Cocc. §. 4. p. 173.

Lib. 11. Exercit. 6. cap. 2. §. 6.

Edit. Basil. A. 1553. apud Frob. Tom. 3. pag. 171. B.

editionem curavit, fugisse; ita excusum est: *Siquando certis diebus traditiones suas exponunt discipulis suis, solent dicere: οἱ σοφοὶ δευτερώσεις, id est Sapientes docent Traditiones.* Legendum *οἱ σοφοὶ δευτερῶσι.* Cum, quia exprimit illud consvetum: תנו חכמים *tradunt Sapientes*, tum, quia *σοφοὶ* in masculino genere cum fœm. *δευτερώσεις* neutiquam congruit. Denique, ut è diverticulo in viam, arguit *Schalmon*: Lex hæc, si unquam fuerat, & scripto tradenda; Deus Opt. Max. illud à Mose fieri etiam curavisset; quod si noluit scribi, sed ore tantum propagari (ut dicunt) Rabbanitas violati Numinis esse manifestos atque mendacii: qui sine mandato sustinuerint chartis committere, quod ore custodiendum acceperant, &c. Verba sunt: צור
נתן שתי תורות כאמרתכם אחת בכתב ואחת בפיכם אם הוא כדבריכם
נמצא שקר ומרמות במעשיכם קדוש נתן לכם תורת פה עדי תהיו
אומרים אותה בפה כי כן היה בחכמת צור יפה למה חקקתם אותה
בכתב מיופה רחום אם חפץ לכתבה אז ביד מושה היה כותבה ועתה
הלא כי על פה להגות בה ולא תוחק בספר הצובה שנו דבריכם
ומהגיון פה העתיקות ובכתב הציבו אמנו דבריהם והם התעיבו...
ומפיהם העידו כי על נפשם הכעיסו· Ad eandem Dogmatum classem commodè referentur, quæ in *Talmude* de *Deo*, ejusque Natura & operibus, indigna, quin immò blasphema posuerunt: quæ R. *Schalmon* exagitat non sine causa. תועבת רבותיך אגלה אותם ואכתוב עתה מקצתם כי כלם מי יוכל לחרותם *Nunc Rabbinorum Vestrorum abominationes revelabo, ex parte tantum, nam quis potis esset omnia scribendo complecti?* mox recenset, quod dicant Talmudici, *Tres* esse *vigilias noctis, & singulis Deum rugire sicut Leonem.* Alibi *Rab Jitschak tradere, quod unaquaque noctis vigilia Deus sedeat plorans propter captivitatem* (Judæorum) *dicens: Væ mihi quod Domum meam vastavi, exussi Palatium meum, filiosque per omnes late regiones abduxi. Tum R. Jochanan nomine R. Joseph* docuisse, *unde probari potest Deum orare? ex eo, quod invenimus* Jes. 56:7. בבית תפלתי *in Domo orationis meæ*; non in *Domo orationis ipsorum*; *& quid precatur? sit beneplacitum meum, ut miserationes meæ superent iram meam, eamque remissiorem reddant.* Præterea ajunt, *Deum alligare Tephillin & Totaphot, nomenque Israel habere exaratum in Cidari, &c. Deum Benedictum ingredi Hortum Eden,*
125 *cum comitibus suis, ut bibat, saltet & lautis epulis se exhilaret, &c.* Hinc progreditur ad futilia ista, quæ *R. Ismael* garrit de *statura* maxima Angeli *Metateron*, qvi *ungulas* habeat *instar bestiæ, quarum longitudo ad tres milliarium myriadas* protendatur, &c. Pluraque alia absurda, quæ Christiani Scriptores etiam, post ipsum, in lucem protraxerunt. Nobis hæc paulo distinctius sunt

ſunt ex *Karæorum* libris M.S.S. expoſita, ut Lector eruditus hæc conferre poſſet cum iis, quæ Doctiſſimi homines *Morinus* & *Simonius* orbi literato de ſententia *Karæorum* circa *Talmud* & *Traditiones* voluerunt obtrudere. Ille Lib. 2. Exerc. 7. Cap. 2. § 1. ſcribens: *Sadducæis, Baithoſæis, Samaritanis eſſe commune dogma, traditionum contemtum, quas tamen* KARÆI *magni faciunt, Miſnam & Talmud colunt, ſed iis auctoritatem ſupremam & divinam non arrogant.* Hic in *Hiſtorica Critica:* præ- Lib. 1. cap. 29. p. m. 163. a ter *Rationem, Textum Scripturæ, illudque, quod vocamus Traditionem eſſe* DUO ALIA PRINCIPIA, *quibus (Karæi)* nituntur. At quam *Talmud colant* & *Miſnam* ex dictis ni fallor pateſcit: dum ut הבל תועבת רבנים חרפה גרפה סכלות *Vanitatem, abominanda Rabbinorum, Ignominiam, Dei Blaſphemiam, ſtultitiam, &c.* hic *R. Schalmon*, & alii aperte traducunt. Tam longe abeſt, eos *niti Traditione*, ut *alio à Textu Scripturæ & Ratione principio* fidei, ut contra non aliud ſe admittere proclament, niſi S. Scripturam, & conſequentias ex ea legitimè deductas. Præter ante memorata, explicet nobis *R. Caleb* M.S. verbis *R. Tobiæ*, quem hanc in rem quoque adducit: ואמר ר׳ טוביה העובר שכל העתקה שאנו מודים בה יש לה רמז מן הכתוב ואם יאמר אמר שהעתקה פלנית אין לה סיוע מן הכתוב אין זה אלא מקצרון יד שכלו ברמז ההוא ואין בקבלתנו דבר שאין להרמז מן הכתוב והכתוב פירושו לא שהוא פירוש לכתוב כל שכן להיות הקבלה ההיא הפכית או סותרת לענין הכתוב בתורה כמו שכן הענין הקבלה שהודו בה אחינו הרבנים׃ ולכן נחשדה קבלתם בעיני משכילנו׃ עם שיש לה עוד דברים רבים וענינים לא יכילם לב המשכיל וכבר הזכירום החכמים ע״ה בספריהם ולכן לא הודו בה כי היא דת חדשה מקרוב באה לא שערוה אבותינו הראשונים... עד שקמו אנשים אחרים ופירשו התורה על־פי קבלתם שהודו בה ושברו מלכם... עד שנכשלו רבים בזאת התחבולה ונוקשו ונלכדו בה רבים מהבאים אחריהם... *Dixit R. Tobiah Obed* (aut *ſerviens*) *omnis conſtitutio, quam nos recipimus inſinuatur in Lege. Et ſi aliquis forte dicat, hæc aut illa conſtitutio* (tua) *caret præſidio in Lege; in cauſa eſt ipſius imperitia.* 126 *Etenim non eſt Kabbala* (id eſt Doctrinæ) *noſtræ pars, nulla excepta, quæ non implicite contineatur in Scriptura; ſic ut Scriptura eam exponat, non illa* (Kabbala oralis) *exponere debeat Scripturam, quanto minus ut ſenſum S. S. Literarum pervertat, aut confutet? Quemadmodum hoc modo ſe res habet cum* Kabbala, *cui credunt fratres noſtri Rabbanitæ, quamobrem merito Doctoribus noſtris fuit ſuſpecta. Quo magis plurima in ea & res ſunt, & argumenta, quæ judicium ſanum & intelligens haud poterit ferre. Quorum jam dudum Sapientes noſtri p. m. in ſuis libris mentionem fecerunt.*

runt. *Ideo quoque* (profitentes) *se eam non probare, quoniam Lex nova est, atque in propinquo orta, quam primi Patres nostri ne per conjecturam quidem noverunt.... Itque dum surrexerunt Novi homines, qui instituerunt Scripturam explicare secundum Kabbalam suam, quam ex ingenio suo confictam profitebantur. Donec per hanc corruptionem multi offenderunt, magnaque eos sequentium turba capta est, & illaqueata.* Pergit: cum viderent, quotquot Deum timentes, tam ingens offendiculum poni in Israële, alteram Legem! & eadem facilitate posse aliquando alias & alias noviter superinduci, separationem ab iis fecisse, secundum Dei mandatum, ut Legem sensu simplici interpretarentur, neque ex ingenio: עד שיהיו אור השכל ופירוש התורה על פי הכונה האלהית nisi *quousque lux Rationis, & explicatio Legis cum scopo Dei* (loquentis) *conveniunt.* Hæc eqvidem, qvæqve plura præcesserunt, tam difficulter cum dictis Clariss. *Morini & Simonii* conciliare queam, quam facile est conjicere, cui scenæ hæc serviat assertio, illi, qui modò Critices perlegerit præfationem. Adeoqve immeritò mihi videtur hic *Seldenus ὁ πάνυ* à Critico notari, ac si minus rectè scripserit, *Karæos hæreditaria avitarum explicationum transmissione uti* quidem, sed *non Traditionum, quæ traditionum*, hoc est, qvæ *sola tradentium auctoritate niterentur*, non probatione scripturaria, quasque ad S. Scripturæ normam & sensum examinare, rejicere, aut corrigere non liceret, cui unice vim obligandi deferunt Karaitæ. Ast merito forte habebuntur instabiles isti, & *αὐτοκατάκριτοι*, qui hic scribunt *Karæos Talmud & Misnam colere*, Traditiones, ut distinctum à S. S. Literis credendi

Hist. Crit. V. T. Cap. 29. p. m. 162. b. Seld. ux. Hebr. lib. I. cap. 3.

127 principium, admittere, &c. & alibi tamen, ubi ingenuè agunt, atque inter suos, contrarium rotundè coguntur fateri. Audite *Joh. Morinum*, in Literis ad Illustrem Virum *Petrum à Valle: Talmudistæ Samaritanos, quos Butæos* (Cutæos opinor) *vocant*, τοῖς קראים *adnumerant; hoc est, Hæreticis quibusdam* QUI TRADITIONES NULLAS ADMITTUNT. *Aridæque literæ mordicus adhærent.* Idem confirmat in suo responso nobilissimus *de la Valle*, qui plures eorum in suis peregrinationibus vidit, *Seldenumque* planissimè tuetur. *Contra oi Quarraim... literalem tantum sensum observant, nulla admissa interpretatione, neque traditione Majorum.* Differunt qvoque in modo & ordine legendi פרשיות & *Sectiones Legis*, cum *Haphtarot* Sabbathis in Synagoga: eumque in finem תקון *peculiarem dispositionem*, quo tempore quidque prælegendum, à Rabbanitis discrepantem, sequuntur. Qui passim exstat inter M. S. S. hoc initio: זה ענין תקון הקראים אשר תיקנו אותו חכמי ישראל הראשונים אשר קמו אחרי הנביאים ותיקנו זה בעבור להיות יודעים איך יקראו התורה על השנה פשוטה ועל השנה המעוברת וגו׳

Antiqq. Eccles. Or. Epist. XIII. p. m. 159.

ibid. p. 165.

וגו' *Hæc ordinis ratio est* Karæorum, *quem ordinarunt Primi Sapientes Israelis, qui surrexerunt post Prophetas, eo fine, ut notum foret, quonam modo Legem prælegerent cum simplici anno, tum intercalari, &c.* Speciatim dicunt, hunc morem fuisse observatum à ר' גנאי ברוך ראש בית דינו של עזרא כוהן גדול *R. Gannai Benedicto, qui caput fuit Senatus Ezræ summi Sacerdotis.* Ad quam formam *R. Anan* Princeps & alii rursus lectiones revocaverint. Tanti non est hæc singulatim exponere; id modo notamus, majorem Karæos curam & judicium adhibuisse, quò lectionum ordo sic disponeretur, ut suo tempori, & loco materies melius quadraret; eandem Paraſcham, si opus sit, quidem duobus Sabbathis repetentes, aut geminantes duas, si sic argumentum sequentis *Paraſchæ* suo diei rectius congruet. Finiunt mense *Tisri* Legis lectionem Sabbatho, & sequenti demum Sabbatho rursus incipiunt. Dum inani δεισιδαιμονίᾳ Rabbanitæ eodem die, qvo desinunt, iterum redauspicentur: ut ansam calumniæ Diabolo præcidant: quasi *absolvissent Legem quidem, sed nollent amplius legere.* Si quis, qvomodo sese hic gerant, specimen velit, de fine & principio illorum *Tikkoun* audiamus: ubi dixisset aliquos
Sapientes absolvere Legem die octavo *Azeret* Festi Tabernaculorum, subdit: 128
אבל יותר טוב ונכון שיתחילו בשבת וכן ישלימו בשבת כל כתיקן המשכילים והמלמדים ואם יפול המועד שמיני עצרת בשבת משלימין בו בשבת ובשבת אחרת מתחילים התורה שהוא יום עשרים ותשעה לחודש תשרי ובשבת שרוצים להתחיל התורה כשישלימו זהתפלה יושבים הקהל כמנהג וכתיקון משימין לפניהם תורות חומשים ומתחיל הרב והנכבר שבקהל ברכת תורה ומתחיל ואומר זכרו תורת מושה או יוי' חפץ כמנהג ואחר כן אומר אישור על התורה בניגון ובטעם... ומנגים נגון גדול חצי הפסוק אומר המתחיל וחציו הקהל ועוד משנה הפסוק המתחיל ומשלים אותו וקוראים כל הקהל כל הפרשה וכו' *At melius longe est & convenientius, ut initium Sabbatho fiat, & finis, secundum constitutionem Sapientum & Doctorum. Quod si festum octavi* (diei) *Azeret in Sabbathum forte inciderit, tunc isto Sabbatho absolvunt: alteroque* (sequenti) *Sabbatho rursus inchoant Legem, qui dies XXIX. Mensis Tisri. Eo autem Sabbatho, quo visum est Legem incipere, peractis precibus, tota sedet congregatio more recepto secundum constitutionem, & ponunt ante se Leges* πεντατεύχους. *Quique in eo cœtu est Doctor, & maxime honoratus incipiens, præmissa Benedictione Legis, dicit:* Mementote Legis Mosis (Mal. 4:4.) *vel* Dominus sibi beneplacet, &c. *prout obtinet consuetudo. Postea recitat* ischour (Beatitudinem) *super Lege, modulamine suo & accentibus* (adduntur quædam preces) *ac* tunc *cantillant cantu maximo; dimidium commatis inceptor, aliud*

aliud dimidium congregatio. Deinde repetit versum inceptor, idemque eum absolvit. Totusque cœtus Parascham perlegit, &c. reliqua omittimus. Hæc sufficiunt, ut possit curiosus Lector cum Rabbanitarum more conferre; Et si hæc revera tam essent antiqua, quam præ se ferunt, hoc est, à *R. Gannai* Præside Senatus sub Ezræ tempus instituta, qvod nos haud præstamus, isthinc nonnulla Judaici ritus illustrare. De quibus in Ritualium & *Festorum* negotio
Vide suprà præprimis contenderent, ante jam est à nobis occupatum, quum actum est
Cap. IV. de Sectæ hujus antiquitate, quæ illinc validè adstruebatur. At, quia tunc parum, aut nihil, de *Festo Azymorum*, cum Paschate conjuncto, diximus, id jam verbo agamus: ubi denuo, manifesto vetustatis indicio, inveniemus, eos cum *Domo Hillelis* disputantes. *R. Aaron, Ben Eliahu* M. S. his verbis
129 סדר חג השבועות Tractationem *Festi Azymorum* incipit: יש לדעת כי
החלקה רבתה בין ב״ם ובין ב״ה *Sciendum est, hic magnum esse dissensum inter Scripturæ asseclas & Discipulos Hillelis.* In quatuor capitibus modo videamus.
1. Disputabant, quis dies foret מחרת השבת Lev. 23: 10. 11. quo offeren-
Vide supra dus *Manipulus*. An postridie Festi; primi diei Azymorum, an postridie
p. 28. Sabbathi Hebdomadarii, de qvo non opus, ut aliquid dictis addamus; con-
Horæ Hebr. in suli possunt Clarissimi Viri Ligtfootus & Meyerus. 2. De *operibus*, quæ
Lucam sint licita vel illicita in Festo Azymorum, E. C. *Depsere Domus Hillel* hoc tem-
Tom. 2. p. pore permittebat, quibus non ita consentiebant Karæi; distinguentes si-
512, b... mul inter vocabula שבת *Sabbathum* & שבתון Lev. 23: 39. hoc insigniri ait
De Festis *R. Aaron M. S.* קצת המועדים. שיש בהם התר מעשה אוכל *ex parte Festa, in*
Hebr. Adderet *quibus opera, quæ ad esum pertinent, concedentur*, quod dubites, an satis solidum sit,
Eliahu si conferas vers. 32. 3. Quousque sit exterminandum *Fermentum?* Verba
חג mandati *Exod.* 13: 7. ולא יראה לך חמץ ולא יראה לך שאור בכל
המצות גבולך *non conspicietur apud Te (tibi) fermentatum; neque videbitur apud te fermen-*
p. m. מג *tum in cunctis limitibus tuis*, sic aliquando *Hillelis discipuli* eludebant, ut ve-
Init. & seq. xantes voculam לך *apud Te*, crederent satisfactum officio, si fermentatum ex domo sua, & potestate, translatum Gentili venderent, aut muto darent; tantumdem post septem dies recepturi, אומרים שיבטלנו מלבו *dicentes, qvod aboleant affectu* aut *corde suo.* Quem fucum & vafritiem merito exagitant *Karei*, quoniam Deus perdendum & comburendum sancivit. 4 Quartum est de *Festi duratione Exod.* 12: 15. & 13: 6. 7. &c. Jubentur comedere Hebræi infermentatos panes *per septem dies*; at *Deut.* 16: 8. invenitur; *sex diebus comedes Azyma, &c.* Quid hic Rabbanitæ? ex relatione R.
p. m. מד Eliahu in Adderet בעלי הקבלה אומרים שהיא רשות ולא חובה מפני
vers. שהכתוב אחד אומר שבעת ימים תאכל מצות וכתיב אחר אומר ששת ימים

ימים תאכל מצות וביום השביעי עצרת ליי׳ אלהיך׳ ודרשו מזה ואמרו כי אחר שהכתוב חייבו בשבעה ואחר כן חייבו בששה לבד ויצא השביעי מכלל וגו׳׳ *Doctores Kabbalæ ajunt*, hic homini *relictam libertatem*; & *non* (*ad septem dies*) *esse obligatum ; propterea quod Textus unus dicit :* septem dies comedes Azyma, *at sequens* : sex dies comedes Azyma, & die septimo erit collecta Domino Deo tuo. *Hinc ita colligentes dicunt, cum prior Scriptura obstrinxerit ad septem, posterior solum obligat ad sex, & septimus ab illa regula eximitur.* At hisce saniores *Karaitæ* recte contendunt, cum ex aliis locis, tum 130
Conjunctione ו, *septimum* eodem censu comprehendi; ideoque tantum distingui, qvod officii & sanctitatis adhuc aliquid præ reliquis superaddatur. *Sabbathi* utrique, tam Karæi quam Rabbanitæ, sunt rigidi observatores: sed tamen apud hosce affectatio major & παρατήρησις, apud istos plus ingenuæ simplicitatis. Præcipua adeo, quæ hic inter eos viget, controversia est, qvod, quæ in Scripturis Sabbatho prohiberi videntur, Karæi nudè & simpliciter accipiunt; Alii exceptiunculis suis & traditionum prætextu non raro elevant, aut, quod Christus ait, ἀκυρῶσι. V. gr. disputantes inveni de *Opere*, quousque debeat processisse, antequam Sabbathi violationem inferat? *R. Eliahu* כל העושה חלק מחלקי מלאכה אחת יקרא עושה מלאכה הפך דעת בעלי הקבלה שאמרו שאם לא השלים לא יקרא עושה מלאכה *Quicunque partem faciet alicujus operis* (vetiti) *censetur, ac si opus fecisset, contra sententiam Doctorum Kabbalæ, docentium eum, tamen haud appellandum, nisi opus compleverit totum.* De *Personis*, quarum ministerio liceat uti: Traditionarii tenent, si in Civitate, ubi Gentiles, aut alius Religionis homines, unà habitant cum Judæis, si hi aliquod opus Sabbatho peragant in proprios usus, permissum esse Hebræo isthoc uti & frui ipso Sabbatho; contra Karæi apud *R. Eliahu* אמרו שכל מה שיאסר לישראל בשבת אסור לישראל ליהנות ממנו בשבת אפילו אם עשהו גוי *Statuunt, quod, quicquid vetitum est Israëlitæ agere in Sabbatho, interdictum est illi ex eo utilitatem quoque capere in Sabbatho, etiamsi actum sit ab extraneo.* Potissimum vero contendunt de quibusdam *rebus*, quæ, & qvousque prohibitæ aut permissæ paulo ante parare, ut Sabbatho inserviant. De duobus tantum monebo, quæ non modò acerbissimæ litis *Rabbanitas* inter & *Karæos* vetus fuere suscitabulum, verum etiam ipsorum Karæorum secum invicem sententias & praxin commiserunt. Exstat mandatum in Lege, Exod. 35: 3. לא תבערו אש בכל מושבותיכם ביום השבת *Non accendetis ignem in omnibus habitaculis vestris die Sabbathi.* Dignum argumentum, in qvo se non exerceat, sed fatiget Ju-

Matth. 15: 6.
Adderet p. כט.
ibid. p. לד.

daica

daica cùm ſuperſtitio tum ſubtilitas : tam acriter multisque ſeculis de hu-
131 jus præcepti mente contenderunt. *R. Eliabu* in celeberrimo libro *Adderet* ·
in ענין שבת p. לר. hoc Textu laudato ait : חכמי ישראל נחלקו לשתי תודות גדולות התודה האחת הם בעלי הקבלה אשר אמרו שהמבעיר והמכבה אחת מארבעים אבות מלאכות פחור־ת אחת ופרשו פסוק שהטעם חבור האש בפתילה ביום השבת עצמו ואמרו כי אם יבעיר ישראל האש או הנר ביום ששי וימצא בשבת בוער אינו באסור ובכלל התירו כל המעשים נולדים בלי חבור המתחיל שנעשים מאליהם כגון לפתוח התעלה מיום ששי להשקות הגן בשבת ולאכור הריחים לטחון בשבת ולהעגי־ל הזיתים מיום ששי להיותם זכים בשבת ולהדליק הנר מיום ששי שיהיה דולק בשבת כל אלה והדומים להם אשר יקראו מעשים נולדים בלי חבור המתחיל לבד בנגיעה אחת כפי החכמים· והתודה השנית הם חכמי הקראים אשר אסרו כל המעשים הנולדים בשבת ואמרו שהמעשים הנולדים בכלל לא תעשה כל מלאכה על דרך מעבר' *Sapientes Iſraëlis hic diſcedunt in duas magnas Sententias* (*confeſſiones.*) *Una eſt Doctorum Kabbalæ, dicentium, quod, ſi quis* accendat *aut* extinguat, *ſit una ex* Matricibus operum *quadraginta minus una* (agnoſce eandem loquendi rationem Judaicam 2. Cor. 11: 24.) *atque Verſum*(citatum)*hoc ſenſu exponunt : quod vetetur tantùm flammæ immiſſio in ellychnium ipſo die Sabbathi. Cenſentque, ſi Iſraëlita ignem accendat vel lucernam ſexto die, ita, ut reperiatur adhuc ardens die Sabbathi, haud eſſe interdictum. . . . Et generatim permittunt omnia opera, quæ effectum ſortiuntur ſine præſenti concurſu (conjunctione) inceptoris, etſi illis cauſam præbuerit. V. gr. aperire aquæ ductum dum adhuc dies ſextus eſt, ut hortum irriget Sabbatho. Alligare molas, ut molere poſſint Sabbatho. Premere olivas, cum adhuc dies ſextus, ut deſtillent in Sabbatho, & planè eodem modo allucere lampada die ſexto, ut ardeat Sabbatho. Hæc omnia & his ſimilia vocantur ipſis ex ore Sapientum*, Opera producta ſine præſenti concurſu inceptoris, *qui tetigit impulitve unica tantum vice.* (die licito) *Secunda vero Sententia eſt Doctorum Karæorum, qui vetant, omnia opera Sabbatho in effectum deducenda. Judicantque, omnia acta, quæ ſic producuntur in genere*, præceptorum negativorum *eſſe reputanda* opera *per modum tranſitus* (aut Reſidui.) Arguunt præterea Karaitæ, ſi nihil aliud verbis illis (Exod. 35: 3.) innueretur, illud jam ſatis interdictum fuiſſe generali Lege *de nullo opere faciendo* ; verum ideo Deum hoc ſpeciatim caviſſe, ne, quum lampades ſolerent accendi in uſum Sanctuarii,
132 illa res à privatis traheretur in exemplum. Quid hic propriè juris fuerit & quæ mens Legiſlatoris, Doctis lectoribus integra permittens arbitria, hoc

hoc ſcio, ſive jam obſequio ſive ſuperſtitione, apud multos Judæorum antiquitus eum rigorem fuiſſe obſervatum, ut focus Sabbatho non luceret. Ita quidem Alexandrini interpretes, vulgò LXX. ſub *Ptolemæo* videntur accepiſſe, dum transferunt: *Οὐ καύσεται πῦρ ἐν πάσῃ τῇ κατοικίᾳ ὑμῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων. Non ardebit ignis, &c.* Et hinc explicandus eſt omnino *Rutilius* ſcribens in ſuo itinerario de gente Judaica:

Radix ſtultitiæ cui frigida Sabbatha *cordi,* verſ. 389.
Et cor frigidius Relligione ſua eſt.

Cujus epitheti cauſa Doctiſſimis viris vel in ignavia Sabbathinæ quietis, vel in ceſſatione perſequendarum litium paulo longius quæſita, hinc proximè repetenda fuit, quòd Judæi Religioſiores ignem Sabbathis haud nutrirent, ipſique brumæ tempore cum foco ſuo frigerent. Talis erat ille *Judæus conductor*, qui inſuper *aquam* à *Rutilio* & comitibus *libatam*, *grandia* clamabat ſibi *damma* inferre, qvoniam ſic integer liquor à Gentilibus polluebatur. Interim neceſſitas, omnibus ratiociniis potentior, eo *Karæorum* aliquos adegit, ut lucernæ ſaltem uſum, ne longa nocte & tædioſiſſimis tenebris candidiſſimo ſacroque die damnati torperent, in quibusdam regionibus poſtmodum admiſerint. Hinc diſſenſus in hunc usque diem, & diverſa obſervatio viget inter Karæorum Synagogas Ægypti, Damaſci, Terræ ſanctæ, &c. Et Lithuaniæ, Poloniæ, &c. quarum illæ damnant accenſionem lucernæ in uſum Sabbathinum etiam pridiè; qvam ad ſeptentrionalem plagam vergentes admittunt, ſecuti *R. Jehoſuah*, alioſque mitiores Doctores. Et ſanè quemadmodum inanis & ſcrupuloſa fuit in Karæis iſtis anxietas, tantum laborare, ut vetitus Lege appareret *Lucernæ uſus*, qvi non modo innocens, ſed meditationi Scripturarum pietatisque officiis admodum utilis & neceſſarius multis locis temporibusque intelligitur, præſertim, quum taceat Scriptura; Ita ab altera parte vana ſuperſtitione & ſuperbia Rabbanitæ inciderunt in *ἀμετρίαν τῆς ἀνθολκῆς*, non modo libertatem tuentes, quod facile poterant; ſed jam, quod nuſpiam exſtat, adhibendæ lucernæ mandatum urgentes ac ſummam neceſſitatem: dum 133
lucernam accendens præfari debet: ב'א'י'א' מה' אשר קדשנו במצוותיו Buxt. Synag. Jud.
וצונו לדליק נר של שבת *Benedictus tu, Domine Deus noſter rex mundi, qui nos præceptis tuis ſanctificaſti, & Lucernas Sabbathinas juſſiſti accendere.* Sic amant in Cap. XV.
alia, quantum poſſunt, atque extrema ferè ire factiones.

Stulti, dum vitant vitia, in contraria currunt. Horat. lib. 1. Satyr. 2.

Pariter, ut in negotio conjugalis *συνουσίας*, interdicunt iſta Sabbatho *Karæi.* ענין
R. Eliahu in *Adderet*, & liber *Chillouk* M. S. in fine; uterque adfert aliam, & השבת pag. ל"א.

quidem analogicam, rationem: prior quia *Sanctificandum* eſt *Sabbathum*; atque ad *Sanctificationem* etiam facere hanc abſtinentiam, declarante ipſo Moſe, Exod. 19: 10. 11. coll. 15. *Chillouk* minus probabiliter: ואמרו כי העבר משרת ביום חה עבדך ביום עבדך בלילה והוא שכב עם אשתו ויולירה והילדים יהיו לארוניו ככתוב האישה וילדיה תהיה לארוניה ועל
Buxt. ib. זה יהיה אסור כי הוא עבורה E contrario, adhortatione & promiſſis ampliſſimis maritos, præſertim Sapientum diſcipulos, ad amplexus ea nocte invitant Rabbanitæ. At, quanto ſatius fuerat hæc aut omittere, aut mittere Eleuſin? nec hujuſmodi impuris determinationibus ſanctiſſimæ Legis caſtiſſimas ceremonias fœdare. Alius locus eſt qui crucem figit expoſitoribus *Karæis*, Exod. 16: 29. על כן הוא נותן לכם ביום הששי לחם יומים שבו איש תחתיו אל יצא איש ממקומו ביום השביעי *Propterea dat vobis die ſexto panem duorum dierum, manete quisque apud ſe, neque egrediatur quisquam è loco ſuo die ſeptimo.* Quem literaliter haud capiendum docent, quia motus homini naturalis, ad multa naturæ & pietatis officia neceſſarius, præſertim adeundum locum Sacrorum, &c. Unde quidam Hebr. תחת hic definiunt cujusqve *domum* aut *tentorium*. Et מקום de *urbe* aut *ca-*
in Adderet ענן שבת p. לב. *ſtris*. Alii aliter ſe expediunt apud *R. Eliahu*, qui plures adducit; Etiam ipſum R. *Anan* Sectæ inſtauratorem, qui inceſſum admiſerit Sabbatho ad duo millia cubitorum; ut de termino itineris Sabbathici paria fere cum Rabbanitis faciant, niſi quod itionem magis ad loca, vel exercitia ſanctitatis reſtringere videantur. *Sabbathi originem*, quos ego vidi, *Karæi* repe-
134 tunt ab inſtitutione & temporibus Moſis. Dumque aliquando mota inter eos fuit difficultas num Sabbatho circumcidere liceret, quòd in eo multa opera concurrerent? concluſum eſt licere, inter alias hac ratione,
ubi ſuprà p. כח verſ. teſte R. *Eliahu* in *Adderet*: ואומרים שהיא מצוה ראשונה מזמן אברהם אבינו ע״ה קודם נתינת מצות השבת ולכן היו מלים בשבת וכשבאה מצות שבת אחרי כן אי אפשר שבאה לבטל המילה ביום השבת... ולזאת הסבה בעצמה התירו גם זבח הפסח לעשות בשבת מפני שהיא מצות קודמת ממצות השבת וכו׳ *Dicebant, quod* (Circumciſio) *eſſet antiquius mandatum jam à tempore Abrahami Patris noſtri p. m. dudum ante datum præceptum de Sabbatho, ideoque* libere *eo die circumcidunt. Quoniam, cum Sabbathi præceptum poſtea demum ſupervenerit, fieri non poteſt, datum eſſe illo fine ut circumciſionem* (octavo die, etſi ſit) *in Sabbatho aboleret. . . . Et hac ipſa eademque de cauſa conceſſerunt quoque, Sacrificium Paſchale peragi in Sabbatho; quia & hoc præceptum*

ceptum est, quod Sabbathi institutionem antevertit. Gemina planè diversis verbis, sensu eodem, inveni in libro M.S. quantivis pretii *R. Aäron filii Eliæ*, post nobilissimum librum *Adderet* summæ doctrinæ & auctoritatis, qvem במצות
cum paucis tanquam pretiosissima λείψανα Bibliothecæ Golianæ mihi שבת
comparavi. Admonet tamen unà, R. *Anan* illustrem illum, & *R. Joseph* Cap. 17.
Kirchcseni maluisse, circumcisionem administrari in fine Sabbathi, ut sanandi cura & labor incideret in diem profestum. At contrà de *Rabbanitis* ait: ב"ה חייבו המילה בשבת מפני שמצות עשה והשבת מצות לא תעשה ועשה דוחה את לא תעשה וגו׳ *Domus Hillel potius obstringebat homines ad Circumcisionem in Sabbatho; quandoquidem hoc præceptum affirmativum est, & Sabbathi illud Negativum. Affirmativum vero pellit negativum, &c.* Hinc habemus, quo jure & confidentia istis Servator oggerere potuerit Joh. 7:22. *Vos circumciditis hominem in Sabbatho.* Quamque firmo talo nitatur ejus conclusio vers. 23. Εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως; ἐμοὶ χολᾶτε ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ; præcipuè, si regula non modo observetur utriusqve Sectæ communis: סכנת נפש דוחה את השבת *discrimen vitæ Sabbathum jubet postponi*, sed etiam admittatur pulcherrima distinctio, quam tradunt *Karæi* apud eundem *R. Aäron* M.S. inter *opera Dei, & nostra.* Ideoque tam emphaticè Legislatorem dixisse Exod. 20:9. *Sex diebus facies.* כל מלאכתך *Omne* OPUS 135
TUUM. להורות כי מלאכתנו אסורה ומלאכת שמים הוא כהתר *ut doceat quodcunque opus nostrum* (vitio semper, aut labore marcidum) *Vetari; Cæli vero opus cummaximè licere.* Et quid est *Cæli opus?* ἀγαθοποιῆσαι. *Decet* Luc. 6:9.
itaque Sabbatho benefacere, & hominem incolumem præstare. Sic ἡ πίστις ἔργον τοῦ Joh. 7:23.
Θεοῦ. Sed, quo me non abriperet benigna materiæ ubertas? Progredien- Joh. 6:29.
dum est ad quædam *Vitæ civilis* ac *Legis Forensis* specimina. Ubi merito primæ debentur quæstioni, perplexæ non minus quam magni momenti, quousque se, ex Legis Mosaicæ mente, extendat graduum cum sanguinis tum affinitatis matrimonio jungendorum interdictum? Ad minutias usque ac περιεργίαν hic scrupulosi sunt & omnia contulerunt, examinarunt, excusserunt *Karæi*, ubi plus semel illorum, cum labore ac studio, ἀγχίνοιαν subiit mirari; quam sagaciter omnia quæ ad istam causam faciunt indagent, aut odorentur. Integros de hoc argumento scripserunt tractatus, quos compilare harum non est angustiarum. Vulgatiores modo canones Karæorum, & notabilia quædam disputationum cum Rabbinis capita memorasse, Lectorum curiositati atque instituto faciet satis. Primò disquiritur generatim, an illi gradus recensiti Lev. 18. sint tam strictè accipiendi,

piendi, ut nihil ultra x mente Dei, hic Israelitis prohibitum fuerit, nisi quod totidem syllabis ibi legitur expressum? an verò in harum Legum expositione & observantia Analogiæ & argumentationi à simili, vel à minori ad majus, &c. sit locus? Prius Traditionariis placet, posterius Karæis videtur, *mutatis* velut *clypeis*: dum qui solent ex divinis præceptis plura extundere, quam quidem in iis est, hic intra *τὸ ῥητὸν* amant consistere; quique literæ magis adhærebant, obligationem hic latè extendunt.

Adderet Eliahu סדר עריות Cap. 4. p. צו.

חכמי ישראל בענין העריות נחלקו לשתי תורות גדולות התודה האחרת הם
בעלי הקבלה שאמרו שאין הקש בעריות אמנם דרכו על הכתוב
לבד .... התורה השנית הם חכמי הקראים שקיימו ההקש בעריות ואמרו
שהכתוב הודיענו הערת ההקש בענין העריות בכמה מקומות *Doctores Israelis in causa incestus* (aut vetitorum graduum) *dispescuntur in duas admodum contrarias opiniones. Una est eorum, qui stant pro Traditionibus, & tenent, quod non admittenda sit sequela vel argumentatio in negotio incestus; ideoque incedunt unice*
136 *secundum id, quod scriptum habetur. Altera opinio est Sapientum inter* Karæos, *qui argumentationes in casibus incestus propugnant, asserentes S. Scripturam nobis indicare per consequentiam aliquid pro vetito gradu habendum pluribus in locis.* Fundamenta quibus utraque se tuetur sententia, prout R. *Eliahu* Karæus exhibet, reducam in compendium, ne excrescat nimis commentatio. Ajunt Traditionarii, si Deus voluisset locum relinquere syllogismis & comparationi, postquam vers. 12. vetuerat *revelare nuditatem amitæ*, superfluum erat vers. 13. meminisse *nuditatis materteræ*; & ita vers. 9. post *filiam Patris, Matris* qvoque *filiam* interdicere, qvandoquidem hæc ex *Analogia* facillimè tum colligerentur. Contra respondent *Karæi.* 1. Si jam in omnibus clare nequeant exponere, propter curtam scientiæ supellectilem, cur aliis tacitis hæc tam diserte voluerit exprimere Legislatur, in quibusdam tamen id satis intelligi. Præceptum Sabbathi quidem terdecies repeti, cujus repetitionis ratio nihilominus non adeò sit in propatulo. Et qvid ni dicamus, pauca hæc expressa esse speciminis loco, ut exemplo Moses præberet quomodo in similibus esset procedendum? 2. Hanc esse Legis naturam & constitutionem ut sequelas, modo proximas & evidentes, in sua expositione non recuset, constanti ipsorum Rabbinorum exemplo: dicente R. *Eliahu*

Adderet סדר עריות Cap. 4. p. צו vers.

הנה בבטול ההקש במאמרים הנבויים תפול כל התורה בכללה
והנה ר׳ אברהם בן עזרא ור׳ משה המימון זכרו לברכה כל מה
שדברו בטעמי המצות וטעם ספורי עניני תורתנו הכל מיוסד מהקש מצות
אחרות שנתבאר בתורה סבותיהן וטעמיהן *Si quis collationem illationemque ex-*

excludat in dictis Propheticis, ecce tibi, necesse est, ut tota Lex concidat. Quamobrem, quicquid R. Aben Ezra, atque R. Moses Maimonides benedicta memoria commentati sunt de sententia praeceptorum, & ratione enarrationum sensuum nostrae Legis, id totum fundamentum babet suum in comparatione aliorum mandatorum, quorum causa & rationes in Lege explicatius traduntur. Consequens est, iniquum videri, quæ exponendi methodus per universam Legem regnat, velle eam hoc capite Lev. 18. exulare. 3. Quoniam res ipsa docet, multa esse in vetitis habenda, quæ tamen nominatim non recensentur hoc loco, sed per argumentationem eliciuntur. Quorum quædam exhibent indicia: הא׳
שהכתוב לא הזכיר אסור הבת וידענו זה מהקש קל וחומר אחרי שאסר 137
בת הבת כל שכן בת עצמה (א׳) *Scriptura non meminit interdictam esse filiam; quia id satis intelligitur* argumento à minori ad majus, *postquam filiæ filiam vetuit duci* vers. 10. &c. ב. שהכתוב אמר ערות אחי אביך לא תגלה ומהקש גזרה שוה ידענו אסור אחי האם ואחר גם כן אסר אחות האם והריח מקום להקיש בעריות (ב) *Ait Scriptura: Nuditatem fratris patris tui non revelabis* Lev. 18: 14. *inde concluditur* argumento à pari, *Fratrem Matris eadem ratione vetari. Modò iterum interdicit* sorore Matris vers. 13. & *ita relinquit nobis* hic *locum concludendi* similiter de *vetitis* ejusdem generis. ג. מדרך השכל שהאסור על חברו מפני עלה כשתהיה העלה ההיא בעצמה במקום אחר ראוי להיותו באסור להקיש מהכתוב אל הבלתי כתוב אחרי שמשפט אחד להם מפני שנתנה התורה לחכם להבין דבר מתוך דבר (ג) *Ex* dictamine sani judicii *babetur: quod uni vetitum est propter causam, quæ eadem obtinet in alio, esse consentaneum, ut hoc isti pariter sit interdictum; & de eo, quod scriptum est, colligi debere, quod alibi non disertè scriptum reperitur, ex parili jure. Data qvippe Lex est intelligenti, qui potest unum ex alio elicere.* Hoc volunt, quod Jurisconsulti: ubi eadem est ratio, illic idem jus meritò obtinere. (ד) Retorquent exemplum *Rabbanitarum*, qvi prohibent fœminas XIX. diversi gradus, & conditionis, quas omnes R. *Eliabu* enumerat: אף על פי שאמרו שאינו לא מן הכתוב אלא מדברי הסופרים *etiamsi dicant, hoc non esse ex Scriptura, sed verbis Scribarum.* Et sanè R. Aben Ezra cogitur ipse fateri, hic ultrà literam progrediendum, quod in textu non *interdicatur uxor Avunculi*, sed *Patrui uxor* tantùm vers. 14. quarum tamen par est conditio. Comment. ad Levit. 18: 14.
Exinde conatus inferre *Kabbalæ* necessitatem: והנה מה יעשו הסומכים במצוות על התורה לבדה כי לא אסר הכתוב אשת אחי האם ולא אם

אם האב ולא אם האם על כן אנחנו צריכין לקבלה *Et vide, quid hic facient, qui in præceptis sola Lege nituntur? Neque enim Scriptura* (disertè) *vetat* ducere *uxorem fratris materni; nec Matrem sive Patris, sive Matris; ideoque indigemus Traditione*, quæ hunc suppleat defectum. Ad quod *Aben Ezra* dictum utile fuerit tria verbo admonuisse: primum est, eum, *R. Schelomo*, aliosque recentiores *Rabbanitarum* Doctores, & Interpretes isthæc interdicta latius
138 extendere, quam habet τὸ ῥητὸν; adeoque cum suprà p. 135. fin. & 136. init. *R. Eliahu* affirmat, *Traditionarios hic unicè secundùm illud, quod scriptum est, incedere*; videri id strictius aliquanto de *Domo Hillelis*, quacum sæpius disputant, aut orientalibus Rabbinis, ubi auctor noster vixit, intelligendum. A quibus hi in diversum abierint; ut sæpe pro locis, & tempore, in qvibusdam variat Doctorum opinio; manente tamen utrobiqve hoc discrimine, qvod ejusmodi prohibenda *Rabbini* ab auctoritate *Mosis*, per *Kabbalam*; *Karæi* ex S. *Scripturæ* dictatis per legitimam *sequelam* arcessant. Quarè secundò, ignorat vel dissimulat adversariorum suorum sententiam *Aben Ezra*, quando iis imputat, ac si *Lege niterentur* eousque, ut nihil tenerent, nisi quod Scriptura totidem verbis tradit. Cujus contrarium antea patuit. Tertiò denique, nullius ponderis esse argumentum, quod hinc cudit pro *Kabbala*; quia ex Analogia Scripturæ, & justa consecutione hoc satis firmatur interdictum, vel ipso judice: ויתכן שלא הזכיר אשת אחי האם כי נלמוד מאשת אחי האב. *Et rectè se habet, quod mentionem uxoris avunculi hic omiserit, nam datur hoc intelligere* ex eo, quod legitur *de uxore Patrui*. Cur igitur necesse est hic *Kabbalæ* opem implorare? At vero, si ad omnia, quæ singulis fere incisis disputantur, excurrerem, finis non esset, & in proximo tædium. Alius hæc sunt instituti. Octo Canones aut *Vias* solum producam, unde vetitos gradus repetere solent, aut æstimare *Karæi*, ex quibus
in Adderet p. צו. facile Lectoris sagacitas de reliquis judicium feret. Ita R. *Eliahu*, juxta mentem antiquioris Magistri, שהזכירם החכם ר״ שלומה הנשיא *qui eos commemorat, R. Schelomo Principis* Captivitatis: הדרך הראשון יקרא הקש הערך והוא הנקרא בפי החכמים גזרה שוה כמו שאסר הכתוב אחי האב באמרו ערות אחי אביך והקשנו בזה בשווי הערך ואסרנו גם אנחנו אחי האם *Prima est Via Argumentum à* Comparatione. *Quod in ore Sapientum sonat paritas judicii, vel rationis: Quemadmodum, quando Scriptura interdicit Patris fratre* (*Lev.* 18: 14.) *dicendo*; turpitudinem Fratris Patris tui (non revelabis) *inde nectimus argumentum à comparatione similium, & nos interdicimus quoque fratre Matris.* הדרך השני יקרא הקש קל וחומר כמו שאסר הכתוב

הכתוב בת הבת ומקל וחומר אסרנו הבת וגו׳ *Secunda via est Argumentum* à minori ad majus: *Sicuti cum prohibet Scriptura filiæ filiam* (verſ. 10.) *hac* 139
ratione magis ipsam filiam probibemus. הדרך השלישי הקש מעלה כתובה
כמו ערות אשה ובתה לא תגלה את בת בנה ואת בת בתה לא תקח
לגלות ערותה שארה הנה זמה היא׳ והודיע הכתוב עלת האסור שהוא
מתוך שאר באמרו שארה הנה זמה היא והנה העלה בזה הפסוק כתובה
Tertia via est, argumentum ex cauſa, *quæ legitur* expreſſa. *Ex gr. Turpitudinem Mulieris & Filiæ ejus non revelabis. Filiam filiæ ejus non accipies, ad revelandum turpitudinem ejus, quia caro illius sunt. Ecce! hoc ſcelus est* (ἀσέβημα LXX.) *ubi indicat Scriptura causam interdicti, quæ est ex carnis* (proximitate) *dum dicit:* Caro ejus eſt, ecce hoc eſt ſcelus! *ita causa hoc commate perſcripta est.* הדרך
הרביעי הקש מעלה מוצאה כמו ערות בת אשת אביך מולדת אביך
אחותיך היא לא תגלה ערותה כי ראו החכמים עלת האסור בזה שהוא
שני שארים על שני שארים מפני שהם עקר ופרח על עקר ופרח
והקישו מזה לאסור כל שני שארים וארת העלה תקרא עלה מוצאה
בחלוף העלה הכתובה בפסוק הקודם כי היא כתובה באמרו שארה הנה
זמה היא *Qarta via est argumentum ex* cauſa exeunte (conſequentia) *ut* (quando dicitur) verſ. XI. *Turpitudinem filiæ uxoris patris tui, prolis patris tui, Soror tua est, non revelabis turpitudinem ejus: animadverterunt sapientes, causam interdicti in eo esse, quod sint duæ proximitates juxta duas proximitates; quia radix sunt cum suo germine juxta radicem cum suo germine; propterea hinc intulerunt, vetandas esse duas ubicunque proximitates, & hæc* cauſa *vocatur* exiens (vel *consequentia*) *ideo quod supra scriptum extat in commate* 17. Caro illius ſunt, ſcelus eſt. הדרך
החמישי הוא הכתוב רצוני לומר העריות שנאסרו מגלוי הפסוקים שזכרנו
Quinta via est Scripturæ litera. *Volo dicere turpitudines, quæ vetantur apertè in Versibus* (Lev. 18.) *à nobis memoratis.* דרך הששי מה שנודע לנו מההעתקה
שכל ישראל מודים בה והוא אסור הששה שארים ואף על פי שלא
נזכר הבת *Sexta via est, illud, quod notum est ex constitutione, in quam consentit universus Israel; estque interdictum sex proximitatum,* (Parentum, liberorum, nepotum, utriusque ſexus) *etiamsi filia* (in Lege) *haud memoretur.* Tum VIImo. eſt ממשמע כוח הדבור ויקרא אל פחוי כמו אסור אח האם עד
למעלה מאמרו אמך היא *Quod ex vi Sermonis* (aut *rei dictæ*) *intelligitur, & vocatur El Pachoui, quemadmodum vetatur Matris frater, & porrò in lineâ adscen-* 140

denti,

denti, vi hujus dicti verſ. 13. *Matris tuæ eſt caro.* Tandem VIIIvo. שהאסור על חברו מרוך השכל גם הוא אסור עליו כמוהו בין שיהיה מעלה כתובה . . . ובין שיהיה מעלה מוצאה *Quicquid interdictum eſt alicui, hoc etiam, dictamine intellectus, vetitum eſt ejus ſocio, qui ipſi eſt ſimilis* (per Analogiam nos diceremus) *ſive jam ſit ex cauſa, quæ ſcripta . . . ſeu, quæ per conſequens elicitur.* Aliam adhuc viam *R. Jehoſua* tentavit דרך ההגברה *ſed Sapiens Rabbi Joſeph Videns*, cæterique Karæi non probarunt, & iſta quidem hactenus.

Quæ autem de gradibus conjugii vetitis ex Lege huc usque diſputata fuerunt, novo inſuper & inſigni errore, ſic Rabbinorum Schola accepit, tanquam ſi Hebræos natalibus & antiquo genere, quos Paulus dicit φύσει Ἰουδαίους, modo tangerent, neutiquam προσηλύτους, & in morem Judæorum transgreſſos obligarent. Cum enim Proſelytus novus homo, & כקטן שנולד *ut infans recens natus* haberetur, quo Petri locutio reſpexit 1. Pet. 2: 2. inferebant ſubtiliſſimi Doctores, quod, cum antiqua religione, omnem patriam quoque cognationem ejuraverat, omnem neceſſitudinem ex animo deleverat; adeoque nulla priſci ſanguinis eſſet vel memoria vel cognatio. Ex *Maſſechet Jevamoth* id clarè notarunt *Maimonides*, *Bartenora*, alii bene multi. Ille in *Hilcot* אסורי ביאה sic ſcribit: כותי שנתגייר ועבר שנשתחרר הרי הוא כקטן שנולד וכל שאר בשר שהיו לו כשהוא כותי או כשהוא עבד אינן שאר בשר. *Cuthæus (quivis gentilis) ex quo factus eſt Proſelytus, & ſervus, poſtquam eſt manumiſſus, ecce cenſetur tanquam infans natus. Omnisque carnis propinquitas, quæ illi fuit, cum adhuc Gentilis eſſet vel Servus, jam non amplius propinquitas reputatur.* Quod tam univerſè hic ponitur, admittit nihilominus quandam reſpectu *Matris* (יג׳ ſequenti) limitationem: גר אסור בשאר האם אחר שנתגייר מדברי סופרים ומותר בשאר האב אף על פי שיודע בודאי שזה שארו מאביו *Proſelyto interdictum eſt cognatione ſua Matris poſt ſusceptam Religionem, ex ſtatutis Scribarum: ſed licita eſt ipſi propinquitas Patris, etiamſi liquidò conſtet, carnem eſſe Patris.* Nec aliter *Bartenora*: גרים אין להם שאר מן האב *Proſelytis non ſunt propinqui reſpectu Patris.* Cujus, inter Patrem & Matrem, diverſitatis cauſa, ne hoc caput nimis excreſcat, alibi melius reddetur. Hoc itaque fundamen-
141 to poteſtatem fecere à Gentilium vanitate ad fidem veri Dei transgreſſis, quamcunque mulierem, ex familia Patris, ducere, quæ allubeſceret, abolita videlicet per novam Religionis profeſſionem omni antiquo propinquitatis vinculo; *quod*, uti *Gemara* habet, דרחמנא אפקרה לזרעם כזרע בהמה *Miſericors* (Deus) *commune ducit ſemen illorum, quemadmodum illud Beſtiarum*

Jebamoth Cap. XI. Cap. XIV. §. XI.

Ad Miſn. Jebamot Cap. XI. §. 2.

rum. Quamobrem *Maimonides*, ſecundùm mentem Rabbanitarum exinde concludit: לפיכך נושא הגר אשת אחיו מאחיו ואשת אחי אביו ואשת אביו ואשת בנו אף על פי שנשאת לאחיו או לאביו או לאחי אביו אחר שנתגירו *Propterea ducere poteſt Proſelytus uxorem ſui Fratris paterni, vel uxorem patrui, quin & UXOREM PATRIS, & uxorem filii; etiamſi ducta ſit fratri, PATRI, aut Patruo, modo ad Judaicam Religionem tranſierint.* Quod obſervare placuit, ut expoſitionem iſtius caſus matrimonialis adjuvemus, qui exſtat 1. Cor. V. 1... Nunquam enim mihi perſvadere potui, aliquem inter Corinthios, quorum fidem & gratiam Paulus tantopere extollit Cap. 1. iri repertum, qui eo prorumperet audaciæ, ut Novercam ſibi matrimonio jungeret; vel ipſam Eccleſiam negligentiæ, ut tale crimen utcunque toleraret impunitum; niſi aliquis color & defenſionis ſpecies objecta fuiſſet. Non alia autem benignior, aut magis in promptu ſuccurrit, quam ſi ille jam factus Chriſtianiſmi Proſelytus, putaverit, ſe hac recepta Proſelytorum conditione uti citrà noxam poſſe, quæ inter Judæos, qvorum ingens Corinthi copia, obtinebat; quo magis eandem Legem Moſis *Chriſtiani* cum *Hebræis* habebant communem, ideoque jura ſe æque latè extenderent, ut nomen & Religio frequenter ab Ethnicis confundebantur. Cum itaque Noverca privignum, & juniorem, ſpe lucri & blanditiis, in ea mollitie morum & civitatis, fortè pelliceret ad nuptias, ille facilius, ut arbitror, hoc prætextu & defenſione uſurus, conſenſit. Nec vetus admodum videtur iſtæc impia definitio, certè præcipuus iſtius aſſertor & proxeneta, auctori *Ceſeph Miſna* ad locum *Maimonidis*, laudatur *Rabbi Akiba*, celeberrimus ille Traditionum architectus. דגר מותר באשת אביו כר״ע וכל׳ *Proſelyto permiſſa eſt Uxor Patris, ſecundum R. Akibam, &c.* qui, cum eſſet Pauli σύγχρονος fere, & acerrimus hoſtis Evangelii, tanto magis horribili & conſpicua omnibus pœna Apoſtolus tradi voluit inceſtuoſum *Satanæ ad carnis perniciem* verſ. 5. 142 Non modo, quod carne peccaſſet, & gliſcenti malo ad exemplum ſpectanti efficaciſſimum initio, ad alios deterrendos, remedium par eſſet adhiberi, verum etiam, ut de infami ac ſpurcâ Magiſtellorum traditione, atque σρεβλώσει, Chriſtianæ Doctrinæ ſanctitas & verecundia ſpectabili Dei judicio ita triumpharet. Debuit utique ſingularis ſubfuiſſe ratio, cur Paulus, præter morem ſuum, fuerit in peccatorem tanta uſus ſeveritate. Exiſtimat Celeberrimus Ligtfoot, hunc Corinthium copulaſſe ſibi novercam, dum *Pater adhuc eſſet in vivis*; eo referens cum aliis interpretibus verba 2. Cor. 7:12. *Scripſi vobis non ejus reſpectu, qui injuria affecerat, nec ejus reſpectu, qui injuria affectus erat*, qui injuria affecerat, *plane eſt inceſtuoſus* ...

Ad 1. Cor. 5: 1.

 qui

qui injuria affectus, *Pater absque dubio.* Non magnopere quidem intercedam, deliberandum tamen censeo: Si vivens Pater, erat etiam factus Christianæ fidei Proselytus, vel non erat? Si quoque Christianus, quæ solvendi conjugii occasio? Quæ licentia? Si mansit Ethnicus, ut credibile est, unde tanta illi cum Paulo necessitudo, tam magna ejus habita ratio, ut propter *injuriam*, qua *affectus erat* gentilis, ignotus, & de qua rumore Paulus tantum inaudierat 1. Cor. 5: 1. unicè crederetur Epistolam ad Corinthios exarasse? Illud 2. Cor. 7: 12. commodius forte alii aliò, & ad ipsum Paulum retulerunt, præcipuè si vers. 2. & temporum historiam conferas, quod nunc non agitur. Tum, aut Pater retinere voluit uxorem? Et sic nulla Lege aut via, sive Judæorum sive Gentilium, potuit contrahere cum filio. Aut ante, facto divortio, expulerat; & quæ tam gravis *injuria* tunc illi *fiebat*, si filio cederet, quam omnibus permiserat, declarans jubensque res suas sibi habere?

Cæterum meretur non minus aliquanto accuratius ab eruditis expendi, quæ proprie sit *Karæorum* de Polygamia, & plurium uxorum contubernio, sententia? Dudum est, qvod Maximi viri orbi voluerunt persvasum, Karæos *Polygamiam* aut *digamiam* damnare, & ita *exponere* locum Lev. 18: 18. quasi eo prohibeatur.

Vide Biblia Crit. ad Lev. 18: 18.

Testis datur *auctor Pesikta* ita scribens: „quot errores errarunt Caræi „qui dixerunt *Mulierem ad sororem ejus non accipies*, istæ sunt duæ uxores, &c Magno mercarer vir summus locum paulo propius, ubi hæc leguntur, in
143 *Pesikta* indicasset! nam neque ad locum Lev. 18: neque in tota illa Parascha, nomen *Caræorum* invenitur, qvod pro illorum antiquitate novum cæteroquin suppeditaret argumentum, qvoniam illic veterum Rabbinorum commentationes enarrantur. Utor autem editione Veneta optimæ notæ. Reprehenduntur ibi quidem שאמר שתי נשים בעלמא אסורות *qui dicerent, duas uxores vulgo interdictas*, & pro ratione adducitur, partim שאין להם דת ולא חוק *quod nullum tale possint proferre decretum aut Legem*, partim exempla Patriarcharum & Davidis, Salomonis, &c. piorum sub V. T. Verum an hi Caræi? An Christiani? An alii sint? nullo nomine in meo quidem exemplari ad Lev. 18: 18. innotescit. Absit tamen, ut fidem honoratissimi merito viri in dubium vocem; potuit habuisse aliud exemplar, potest alio loco reperiri. Cumque integrum librum evolvere mihi per otium nunc non liceat, lubens ipsius testimonio acquiescam, & sunt non nulla sanè in textu indicia, unde colligas, forte Karæos scriptoris animo obversatos fuisse; id ergo tantum unà monebo, si hæc olim fuerit eorum opinio, mirè Doctores, & tempora variasse. Pauci etenim, quos ego

ego legi, nunc nihil exhibent tale. Quocunque potius modo illud אשה אל אחותה לא תקח וגו׳ *feminam ad sororem ejus non accipies &c.* omnem quercum excutientes, exponunt; quam ut de muliere unâ, alia vivente non ducenda, generatim interpretentur. Immo clarissimis verbis velut rem inter suos notissimam, certâ conclusione, affirmat *R. Eliahu auctor Adderet* contrarium: סוף דבר מותר לישראל לקחת נשים כמה שירצה לצא (Seder Naschim Cap. ק״ה. c. p.)
לאופן צרור בעונה על שיוסיף בשנית ולגרוע מהראשונה אלא להיות
מספר העונה בכלן בשוה. וכן בשאר דברים כגון שאר וכסות׳ ו״בה
אמרו שלא ישא אדם יותר מארבע נשים׳... לא לפי דעת האומרים
שמאמר לא תקח מופסק והטעם שלא יקח כל עקר צרה לאשתו וכו׳
Summa tandem huc redit, quod licet Iisraelitis tot ducere uxores, quot libet, ea tamen Lege, ne sic coarctet τὴν συνουσίαν, ut secundæ uxori adjiciens, priorem defraudet. (vide Exod. 21: 10.) *Verum officium conjugale per omnia æquiparetur, quemadmodum in reliquis victu & amictu, &c. Contra traditionum Patroni sciscunt, non capiet homo plures quam quatuor uxores... neque secundùm mentem dicentium, quod locutio* לא תקח, non capies, *sit præcisa; sensus namque est & intentio, ne causam det* (radicem capiat) *qua uxor ipsius ad angustiam redigatur.* Hæc, & similia, quæ 144
apud *Karæos* occurrunt, quandoquidem ego cum iis, quæ hac in re de *Karæis* eruditissimi homines tradidere, qui meus est stupor, conciliare non possum, aut statuendum est, *Karæos* in re maximi momenti, & quotidiani usus sibi turpiter in os contradicere, nulla adhibita excusatione vel Φαρμάκῳ; aut circumspicienda doctioribus erit ratio, qua hæc *Eliæ* axiomata cum superioribus, utraqve cum veritate, bonis avibus, queant in gratiam redire.

Ubi jam nullus sanguinis gradus, Lex nulla obstat, quo minus puellam *eligat, & dicat: Tu mihi sola places*, dispiciendum est, qvo vinculo ipsi despondeatur. Hic iterum à nostris hominibus discrepant Rabbanitæ, ex (Cap. 1. p. קכד pag. col. 1.) *Massechet Kiddouschin* & ס׳מג *Mosis Mikkotzi* sic instituentes: מצות עשה לקדש אשה בכסף או בשטר או בביאה וכלן בעדים *Præceptum affirmativum est, desponsare sibi feminam vel Arrha argenti, vel syngrapha, vel congressu maritali, ita tamen, ut testes sint conscii.* At Karæi non unum ex his, sed omnia simul requirunt; sic R. *Eliahu* in *Adderet*: בעלי הקבלה הרבו לדבר בענין
הקרושין על דעתם שהאשה נקנית באחד משלושה דברים שזכרנו ולפי
זה יקרו להם ערמות אמנם חכמינו עמדו על הרשום בכתב אמת כפי
מה ששערה החכמה האלהית להיות קדוש האשה בשלשתם יחד שאם

 יחסר

יחסר אחד מהם לא תהיה מקודשת ולפי זה לא יקרו להם ערמות *Doctores Kabbalæ multis exponunt negotium Desponsationis, & secundum eorum sententiam uxor acquiritur uno quoque* modo *ex* tribus, *qui sunt memorati: unde ipsis doli* (aut *malæ fidei*) *aliquando emergit occasio. Verum nostri Sapientes firmiter inhærentes ei, quod exaratum est in Scriptura veritatis, & quod visum cœlesti Sapientiæ, ut Desponsatio uxoris fieret per hæc tria simul, &, sivel unum deficiat, non sit* (legitimè) *desponsata, & ita omni dolo ansa præciditur.* Sanè cautè admodum, & graviter hac in re procedunt. Quando enim placitam & consentientem quispiam sibi cupit desponsare, secundùm Scripturam ajunt (credo respicere Ruth. 4: 2. . .) colligit in unum decem Viros, ex honoratissimis, qui istic loci sunt, & Sapientes maxime, qui eum de gradibus vetitis, & officio, &c. queant instruere; atque in manu capiens illud, quod dotem constituit, dat Patri ejus, vel Tutori, vel (quod rarius) illi ipsi: & tum
145 solenni formula pactum nuptiale concipitur, ipso profitente: בברית הר סיני ובחקי הר חורב אני מארש ומקדש אר־ת פלונית בת פלוני הזור־ת לי לאשה על טהרה וקדושה במוהר בכתב ובביאה כדת מושה וישראל הטהורים והקדושי... וא״חך נותנים המוהר ההוא בידי הנער־ה וכותבים שטר וחותמים עדים כמשפט *In Fœdere Sinai, & in institutis Horeb ego mihi conjungo & despondeo τὴν δεῖνα, filiam τȣ͂ δεῖνα, ut mihi uxor sit in sanctitate & munditia, juxta statutum Mosis, & Israelis puri & sancti . . . Exinde dotem tradunt puellæ in manus, scribunt tabulas & testes pro jure recepto obsignant.* Nunc unicum caput in Judiciali Lege modò adjungimus, quia jam olim controversum, & finis esto; nempe de *Pœna*, quâ *falsus* de industria *testis* plectendus venit, si alius necem volens & sciens perjurio fuerit machinatus. Vocatur hic Hebræis ער זומם *Testis falsum excogitans, dolosus*; de qvo sine exceptione tenent *Karæi*, post Scripturas, cujuscumque criminis fratrem suum accusaverit falsò, ejus pœnam sententia Judicum ipsi luendam. ספר דינים *Judiciorum Liber* Karaiticus M. S. ער זומם לענוש אותו כאשר זמם בכל דבר ודבר שנאמר ועשיתם לו כאשר זמם לעשות לאחיו *Testis falsus puniendus est ea ratione, quæcunque tandem sit, quam alii moliebatur inferre, quoniam scriptum est*, atqve illi facietis quemadmodum iste fratri cogitaverat *Deut.* 19: 19. Aliter tamen visum est Traditionum patronis: qui testem in capitali delicto mendacem nihilominus morte plecti noluerunt, cum scelus tempori deprehenderetur; uti in Talmude videre est. Unde observari potest, cùm Sectæ hujus iterum Vetustas; quandoquidem hæc res

jam

jam ætate *Simeonis Ben Setah*, adeoque diu ante Christum natum, inter Rabbanitas & nostros, disceptata fuit, qvemadmodum ex *Juchasin* est intelligere, ubi istius Rabbini vitam describit. Tum etiam quibus auctoribus, & quâ spe freti, testes mendacissimi in Christum Servatorem tam promptè, & impudenter prosilierint. Neque reverenter magis, aut benè cum tota *Lege Talionis* Rabbanitæ fuerunt experti, quæ exstat commate seqventi 21. *Anima pro anima, oculus pro oculo, dens pro dente, &c. oculus tuus non parcet*; cujus τὸ ῥητὸν urgent & observant *Karai*; è contrario, admissa redemptione, in כופר *mulctam pecuniariam* Rabbanitæ pridem hanc pœnam commutarunt; uti videre est in *Cozri* & R. *Schelomo* in loc. De ratione & 146
methodo, qua jugulanda sint animantia, & aves, acerrimè quoque disputant; sed quia hæc lanionibus magis, quam doctis, conveniunt, cum aliis missa faciemus. Cozri part. III. §. 46. & 47.

Quandoquidem autem nihil plus animos dirimit, qvam, qui ex Religionis diversitate, ejusqve doctrina, oritur, dissensus, præprimis in populo, cujus animi non minus superbi sunt, quam iracundi; cuivis facilè patet, quantum eorum, omni articulorum genere diffidentium, hinc factum fuerit χάσμα atqve discidium. Ita tamen, ut non paulo mitius tractent Rabbinos *Karai*, quam Karæos *Rabbanitæ*. Prout fere semper videmus, qui pro humanis stant commentis, longe acriores, quam qui pro Dei Lege; dum, quod causæ deest, impetu supplent animorum. Odium plus qvam Vatinianum ex hisce colligi poterit. 1. Quod vix in eadem civitate commorari queant, nisi Magistratus auctoritas Karæos validissimè protegat, adeo ipsis omni parte & modo non solum incommodant; sed infestissimi ad necem usqve Rabbini eos persequuntur; ut in Hispania factum ante memoravimus, & Karæi passim conqueruntur. Atque ea ratio potissima videtur, qvod in his oris publicè nulli vivant, nec, si sint forte, innotescant, quia tantus est numerus & potentia Rabbanitarum, ut iis resistere non possent. Ubi vero regia protectione tuti degunt, in eadem urbe ut in Polonia, Cairo, & Constantinopoli, &c. sese separant quantum possunt. Constantinopoli ita habitant, ut muro intergerino disjungantur. Cum illic peregrinaretur *R. Benjamin*, erant circiter *duo millia Rabbanitarum, & quingenti Karai*, isti ab uno, hi ab altero *latere* וביניהם ובין הרבנים שהם תלמידי חכמים מחיצה *atque inter eos & Rabbanitas, qui sunt Discipuli Sapientum, est maceria, faciens separationem*. Quo habitandi more illud Pauli Μεσότοιχον Eph. 2: 14. qveat illustrari. 2. Consequens est, qvod nec mensa, neqve cubili se invicem dignentur. Utrique hoc pariter refugiunt. *Karai* testantur, eousqve spectasse divortium עד שאסרו עליהם מאכלם

In Itinerario pag. m. 44.

מאכלם ונשואיהם *ut interdixerint eorum* (Rabbanitarum) *cibis & matrimoniis.*
Tom. 2. cap. 5. § 37. Tantundem, & majore cum contemptu, statuerunt Traditores, apud *R. Mordechai Japhe*, in celeberrimo suorum Jurium Syntagmate, dicto לבוש.
147 הקראים אסור להתחתן בהם *Cum Karæis vetitum est contrahere affinitatem.* Notarunt id jam Doctissimi Viri *Leo de Modena*, & post eum *Clar. Buxtorfius.* Sed ratio, quam adferunt, quod *Karæi* sint ממזרים *spurii*, non videtur mihi literaliter capienda. Karæis enim major castimoniæ cura est, & strictiora connubii jura, qvam Rabbanitis; tantillum in ritu sponsaliorum discrimen, qvod supra nos quoque tetigimus, pactum solennis conjugii illegitimum reddere nulla specie potest. Ita deberent omnium gentium liberi pro spuriis reputari, qvod absurdissimum. Sed notio istius vocabuli hic potius sumenda sensu metaphorico, ut sint spurii ratione Religionis, Doctrinæ, atqve istius *conjugii*, quod *Deus* iniit cum suo populo; quo sensu & Prophetæ Hos. 1. & 2. Capp. & antiqui Rabbini haud raro usurparunt; ac Christus ipse eorum se usui loquendi attemperans Pharizæis exprobravit, qvod essent γενεὰ μοιχαλὶς Matth. 12: 39. neqvaquam filii Abrahami. Joh. 9: 39. 40. 3. Quod iram Divinam, & *anathemata* sibi invicem terribili ratione denuntient. In libello M. S. חלוק *Chillouk* Karæi querelas & punitiones Dei apud Prophetas in malos pastores, Rabbanitis applicant: & Legis scriptæ corruptioni longissimam imputant captivitatem. Postquam de statu Ecclesiæ Judaicæ degenere ultima illius ætate quædam præmisere, subdunt: ועל רועי גלותינו אמר על הרועים חרה אפי ואם רועינו אל משכנות תורתנו ירעו אותנו למה יחרה אף י״י עליהם וישמירם לעתיד ויצילון מידם שנאמר והצלתי את צאני מידם וג״ו ואם בתורתנו נלך למה ארכה גלותינו ולא נמצא צרי למכתינו והלא מלכות דהבה ובספא נתמעטו ימיהם מצדקת הצדיקים אשר בימיהם אף על פי שהיו הם הנכבדים ונחשא הריקנו על רוב אשמותינו... והיא מלכות יון ופרזלא עם חספא על מה ארכה מלכותם והיא מלכות אחת מלכות אדום והם הגלונו והם יעבידונו עד היום ותמיד אנו זועקים זכור י״י לבני אדום וגו׳ *Atque de Pastoribus captivitatis nostræ dictum est* (Zach. 10: 3.) exarsit ira mea contra Pastores. *Quod si ad caulas Legis nostræ Pastores nostri nos deduxissent, quare ira Domini contra istos efferbuisset? Ideo custodiet eos futuro tempore & vindicabit eos ex manu ipsorum, eò quod dictum est*, (Ezech. 34: 22. &c.) & eruam gregem meum ex manu eorum. *Quod si in Lege ejus am-*
148 *bulamus, quare in tam longum protenditur captivitas nostra, & non invenitur opobalsamum*

Leo part. 5. cap. 1. Synag. Jud. Cap. 39.

amum nostris plagis? Numquid enim Regni Aurei & argentei *dies imminuti sunt propter justitiam justorum, qui istis erant diebus* (Confer phrasin Matth. 24:22.) *etiamsi essent gravissima? tum &* Æneum *nos evacuavit* (c. ἐκένωσε Phil. 2:7.) *quod* Græcum *est imperium*; *At vero* ferrum cum luto, *quod unum est imperium, nempe regnum* Edom, *cur tandem tam diu prolongatur? ut nos captivos detineant, in servitutem adigant ad hunc usque diem*; *licet continuò clamemus: Memento Deus, Filiorum Edom, &c.* qvo Christianos designant. Volui hanc totam exhibere pericopen ex M. S. tam ut videat Lector, quomodo, & de quibus Prophetias, nominatim somnium, & statuam Nebucadnezaris *Karai* interpretentur; quam quia Christi concionibus luculentum adferunt domestico testimonio firmamentum, de Judaicorum pastorum apostasia & corruptelis, itidem sæpe ex Prophetis, perorantis. Tandem meritò veteribus dictum, Judæos quotidie contra Christianos precari, quod tamen plerumque hodie dissimulant, aut inficiantur. Vicissim ab altera parte Rabbanitæ multò acerbius diris devovent *Karæos*. Vocare istos שמותיים *excommunicatos*, Cap. 2. jam declaratum. Curiosum est, quomodo solenni ritu Hierosolymis illa fuerit peracta quotannis excommunicatio; id *Rabbi Abraham Zachut* in יוחסין memoriæ posteritatis reliquit, enarrans *Tabernaculorum Festo* Rabbanitas, in eo tractu habitantes magna frequentia, in *monte Oliveti figere tuguria, sibi invicem gratulari, benedicere, &c.* והמינים חונים כנגדם בשני חפישי עזים והיו הרבנים מוציאין ספר תורה ומחרימין שמות המינין בפניהם והם שותקין כמו כלבים אלמים לא יוכלו לנבוח *At verò Heretici* (Karæi) *castrament antur è regione ipsorum, veluti duo parvi greges caprarum* (1. Reg. 20:27.) *tunc Rabbanitæ, producto Legis codice, anathemate percutiant nomina Hæreticorum, in ipsorum præsentia; illi autem tacent, quemadmodum muti canes, qui nequeunt latrare, &c.* 4. Eousque hoc odium procedere quidam tradunt, post *Leonem de Modena*, ut, si vel pœnitentia ductus *Karaita* ad cœtum sese Rabbanitarum adjungere vellet, eum hi nequaquam reciperent. Et sanè claris verbis id tradit R. *Mordechai* in לבוש: ואין מקבלים אותם אם רוצים לחזור *Neque recipiunt eos, etiamsi velint redire.* Sed tamen verbo admonendum est, hæc simpliciter & generatim posita ab Eruditis, 149
admittere suas quandoque limitationes, ne quis se induat in errorem. De admissione ad communionem Rabbanitarum debuissent Viri Docti distinguere inter eos, qui singuli, & ultro forte accedunt, tales difficulter admittunt; veriti dolum, & ne reliquos suis antiquis præjudiciis corrumpant. Sed qui *victi* potentia & auctoritate Rabbanitarum *coacte* ad illorum ritus & fidem alicubi *redeunt*, recipi *R. Mordechai* non diffitetur. *Iis quoque*

p. קכט vers.

Buxt. Syn. Cap. 1. p. 3. Simon Suppl. Leonis, &c. Loc. cit.

ait *permissum connubio jungi.* מותר להתחתנן בהם. Ast non alio jure, aut more, quam fit cum *Proselytis*; *ubi sponsalibus vel repudiis nullus est locus.* Quod verò Clariss. *Simonius* inquit, *accepisse se, in Oriente talem Karæum elocari mancipio,*
Supplem. ad Leon p. n. 154. *&c.* distinctius legi potuerat in memorato *R. Mordochai* libro: ועוד רובם מתחתנים בע״א וכשחוזרים אינם אלא כגרים המותרים בישראל *Quod persæpe* (non semper) *tales desponsent* conjugi *alterius Religionis* (non præcise *mancipio*) *& si tunc se convertant, non esse in alio ordine, quam Proselytorum, quorum matrimonium Israelitis permittitur.* Atque ex hac consvetudine, ni fallor, istud, qvod vulgo jactatur, manavit, Karæos à Pharizæis in suam societatem non recipi immediatè, sed aliam ipsis prius fidem V. gr. Muhammedis aut Christianismi profitendam, & ex hac tunc mediatè admitti. Quod verum non est de ipsorum personis, id tantum, qvod frequenter fidei alius compari copulentur. Istud etiam, quod de lethali odio dictum est, diversam cùm hominum respectu, tum temporum habet rationem. Ante Ananum, & obsignatum Talmud, familiarius se mutuo utebantur, quandoque communi operam dantes præceptori. Ita *Mar Sutra*, & *Rab Houna* in utriusque sectæ catalogo tanquam Doctores recensentur; & *R. Jochanan*, ille inclytus, *Ben Saccai*, היה תלמידו של הלל הזקן ושמאי *discipulus fuit*
Juchasin. p. ס vers. In Vita *& R. Hillel Senioris & R. Schammai.* Permissa tunc videlicet cuique plenissima libertate amplectendi sectam, quam, & quousque, vellet; uti Josephus suo ipse exemplo testatur. Sed, postquam *Ananis* ope vulnus antiquum recruduit, tunc maximè aversio in legem abivit. Ipsa Karæorum observatio est: שנאוהו הרבנים והיו רוצים להעבירו מן העולם... וגזר לזיעתו להנתק ולהתנזר מכל וכל מן הרבנים *Rabbanitæ* (Ananem) *penitus oderant,*
150 *adeo, ut studerent illum è vita tollere . . . . ideo ille suæ partis hominibus præcepit, ut sese avellerent, & abscinderent omni loco, & ratione, à Rabbanitis.* Non parum quoque diversa hominum indoles illi rigori addit, vel demit. Generatim loquendo, maxima est inter utrosque aversio; at hoc non impedit, quo minus humanius aliqui sese gerant, & colloquantur. R. *Saadiah Gaon*, qui non nimis diu floruit post R. *Anan Hannasi* & cujus commentaria in Danielem exstant in Magnis Bibliis Venetis, discipulus fuit R. *Schalmon Ben Jerouchbam*, insignis Karæorum signiferi. Qui R. *Mosen Beschitzi* Karæum circumduxit per Alexandriam, & multa monstrans, varios cum eo sermones miscuit, de quibus ante, erat Judæus Rabbanita. *Aben Ezra* in Lev. VII: 19. Karæ-
pag. 113. 114. um amicè secum contulisse sub nomine *Zadducæi* commemorat. Et Judæus aliquis ejusmodi, non ita diu est, literas mihi ab Karæo attulit; etsi non

non raro etiam accidat, si in Rabbanitarum manus venerint, quod resignent, scindant, aboleant. Hæc eò pertinent, ut odium sectarum sane quam ingens; homines tamen sectæ addictos non omnes æque inhumanos, ut quoque usuvenit in schismatis Christianorum, credamus.

CAPUT X.

Articuli fidei Karaitarum X. Celebris R. Japhet in eos commentarius. Unde A. Ezra tam accuratus sensus literalis interpres? Sententia illorum de S. Libris & horum interpretatione. De Deo & attributis. De Creatione ex nihilo, & de Adamo. Ejus immortalitate, esu carnium permisso. De Libero arbitrio. De statu animæ separatæ. Hortus Eden. Gehenna. Instituta Practica quædam. Fides. Adoratio non tribuenda Angelis, &c. Eorum mores. Et vivendi ratio à Gentibus aliis sejuncta, &c.

PRoposueram hisce defungi, & ubi præcipua dissensionis capita jam fuimus exsecuti, rivos claudere; sed, quia opellæ hujus compages & complementum quasi exigere videtur aliquid de illorum Dogmatis, licet non controversis, & moribus addere, in hoc caput placet ἀθρόως modò conjicere. Articulos fidei, quos Rabbanitæ, *Maimonidem* fere secuti, tredecim numerant, quibus nihil est notius vel obvium magis, *Karæi* ad decem contraxêre. Quos hoc ordine dispositos inveni. הקראים פה 151
אחד מסכימים אל אלה העשרה עקרים ; העקר הראשון שכל זה המציאות
הגשמי ר״ל הגלגלים וכל אשר בהם נבראו ב. שיש לחם בורא ולא ברא
נפשו ג. שאין לו דמות והוא אחד מכל צד ד. כי הוא שלח משה
רבינו ע״ה ה. כי הוא שלח עם משה רבינו תורתו התמימה ו. לדעת
המאמין לשון תורתנו ופירושה ר״ל המקרא והפירוש ז. שהשם י״ת נבא
שאר הנביאים ח. שהשם י״ת שמו יחיה בני אדם ביום הדין ט. שהשם
י״ת נותן לאיש כדרכיו וכפרי מעלליו י. שהשם י״ת לא מאס לאנשי
הגלות אמנם הם תחת יסורי השם וראוי להם בכל יום לקנות ישועתו
על ידי משיח בן דוד *Karæi omnes uno ore consentiunt & confitentur hos decem Articulos fundamentales. Articulus I. Quod omnis existentia materialis, videlicet orbes, & quicquid in iis est, sunt creata. II. Quod horum creator ipse sit increatus. III. Quod nulla illi similitudo, ipseque unicus ex omni parte. IV. Quod miserit Mosen Magistrum p. m. V. Quod cum, & per Mosen, nobis demiserit Legem suam perfectam. VI. Quod tenetur fidelis linguam scire nostræ Legis ejusque expositionem,*

hoc est Scripturam ejusque interpretationem. VII. Quod Deus Benedictus Spiritu Prophetico duxerit reliquos Prophetas. VIII. Quod Deus Benedictus vivificabit filios hominum in Judicii die. IX. Quod retribuet Deus Benedictus unicuique juxta vias suas, & fructum operum suorum. X. Quod Deus Benedictus non reprobavit populum in captivitate (antiqui præjudicii reliquiæ Rom. XI: 1. 2.) *etiam dum castigationibus Dei subjacent; sed conveniens est, ut vel unoquoque die accipiant Salutem suam per Messiam filium Davidis.* In hos X. Articulos celebratissimum scripsit commentarium, præter alios, *R. Japhet Levita, magnus Doctor*, quique testibus Karæis היה רבו ומלמדו של ר׳ אברם אבן עזרא *Rabbi fuit & Magister R. Abraham Aben Ezra*; quod notatu dignum confirmat, non solum, quæ modo de commercio inter utriusque sectæ homines, haud penitus interclusο, monebamus: verum causam pandit qvoq;, unde *Aben Ezra* Karæos plus, quam ullus aliorum Interpretum Judaicorum, ad partes vocet in suis commentariis, quia nempe propius noverat; & cur פשט *literalem sensum* Scripturæ melius ac nervosius, quam quisquam tribulium, exponat, quia in juventute â præceptore in hoc genere studii versatissimo didicerat. In
152 explicandis hisce suæ fidei articulis non pauca adducunt, & stabiliunt *Karaitici* Doctores, quæ sunt *καλὰ κόμματα*, atque in apricum produci merentur; nunc tamen non nisi extremo mihi digito quasi per satyram attingenda. Adorant plenitudinem Scripturarum, ut satis vidimus, admissis etiam scriptis Prophetarum, contra, quam aliqui perperam putarunt. Immo illos מקרא *Mikra* per excellentiam vocari observant, quia præcipuè clara voce *legebantur*. הכ״ד ספרים ספרי קודש *Viginti quatuor libri*, iidem, qui Rabbanitis & Protestantibus, iis sunt *libri sacri*: Apocryphorum nulla reverentia, vix ulla mentione. In linguas eos vertunt quoque vernaculas; Versionis eorum *Arabicæ, G·æcæ*, quam magni æstiment, &c. meminit jam Clariss. *Simonius*. Hoc tamen faciunt magis ignorantia plebis & temporum coacti, quam animo lubenti. אם לא תוכל במה שתרצה תרצה במה שתוכל *Cum non potes, quod vis, velis, quod potes:* ait de hoc negotio *R. Eliahu*; adornatas enim has versiones, eò quod *homines istius ætatis non essent linguæ sanctæ satis periti*. At si illorum consilio votisque esset locus, omnes linguam sanctam â teneris addiscerent, qvò articulus VI. spectavit. Duasque ejus mandati officii adferunt rationes. Quod licet mens Dei ex versionibus qvoque queat intelligi, haud-quaquam haberi eâ vi, claritate, & elegantia. Deinde observant כי יש השאלות שונות לכל לשון ולשון ואי אפשר שיועתקו בלשונות אחרות *esse diversos in singulis linguis loquendi modos, metaphoricos cummaximè, quos vix possibile sit in alias linguas*, (ubi

Adderet Eliahu in ענין תפלה p. כ״ו vers.

Hist. Crit. lib. II. cap. I.

(ubi non obtinent iſtæ metaphoræ) *rectè transfundere.* Probant, cùm exemplo *Hebræorum* & *Arabum*, qui *Græcos Philoſophorum libros* in ſuum quisque idioma verterunt, nec eadem ſemper ratione, unde *aucta* ſunt *dubia*. Tum *gentium* experimento; האומות שהעתיקו ספרי הקודש אל לשונם לא יכלו להעתיק כל המלות אשר בכם וכתבו אותם בלשון הקדש לקושי העתקם Quoniam *gentes, quæ tranſtulerunt ſacros libros in linguam ſuam, nequaquam potuerunt omnia, quæ in iis ſunt, vertere vocabula. Ideoque* ſæpe *ſcripta reliquerunt lingua ſancta, propter interpretationis difficultatem.* Sed hoc in animalium, gemmarum, &c. nominibus, ac dictionibus ἅπαξ λεγομένοις modo uſuvenit. Lubensque hic R. Eliam interrogem, ſi eruditiſſimi hic hærent interpretes, collatis etiam aliis linguis, & hiſtoriarum ope, an melius ſeſe expediet promiſcuum vulgus? Ipſi Karæorum Docto- 153
res orali inſtitutione verum iſtarum vocum ſenſum ſciunt tradere, vel non ſciunt? Non ſciunt? hærent itaque in eodem cum interpretibus luto. Sciunt? Doctos beabunt, ſi genuinam proferant ſignificationem! quamque erit tunc facile hanc notionem, emendata verſione, ſuis locis inſerere? & ſic levatum erit, qvod movet Translationibus obſtaculum. Interim, quod Linguæ S. ſtudium tantopere ſuis auditoribus commendent, ut jam ab anno qvinto vel ſexto ætatis pueros illi diſcendæ admoveant, merito probamus; quæ porrò diſcipulis & Magiſtris ſaluberrima ſuggerunt monita, jam ſicco pede transeuntes. Laudabilis Interpretandi Scripturas apud eos lex obtinet, ut Rationem qvidem adhibeant, tanquam ſcrutinii inſtrumentum, ipſas vero Literas ſanctas, & dictata Prophetarum ut lapidem Lydium, & unicum fundamentum. סוף דבר כל דרוש ודרוש שנמצא אמתתו על ידי החקירה מהמתאחר אל הקודם ומסכים למאמרי הנבואה נאמר שחקירתנו חקירה אמתית ותולדת החקירה מסכמת לאמת ותהיינה שתי הנרות בשתי ידינו נר דתנו ונר חכמתנו ובשלא תסכים בהם נאמר שלא ירדנו לסוף דעת החקירה והיא בידיעה האנושית ונקבלה ממאמרי הנבואה ואם היה מן האפשר לדעת השכל האנשי כלל המושכלות לפי דרכיו והקדמותיו לא היה צורך אל הנבואה אמנם הנבואה באה כדי להשלים ידיעת המשכלות שלא הגיעו בידיעת השכל ולכן באה באותות ומופתים משונים בטבעי הנמצאות כדי להודיע לבני אדם שהיא ירדה לסוד העניינים כדי שיאמנו דבריה באותם שלא יבינם השכל האנושי וגו׳ *Summa rei eſt, quod omnis expoſitio, cujus*

R. Eliahu in Adderet.

veritas eruitur ope ratiocinii, ex uno aliud inferentis, si *cum dictis Prophetiæ conspirat, de ea dicemus, nostrum scrutinium est verum scrutinium; quoniam ejus conclusio consentit Veritati. Suntque velut duæ lampades in duabus manibus nostris, Lucerna Legis nostræ, & Lucerna intellectus nostri. At vero si forte iis* (Prophetiæ dictis) *non consentiat, tunc dicendum est, quod ad fundum & finem hujus examinis penetrare non queamus humana sagacitate; &* (fide) *accipiemus, quod dictat Prophetia. Etenim, si possibile fuisset humano intellectui, omnia, quæ intelligi debent, secundum omnes vias suas, & propositiones, notitia complecti, Prophetia non fuisset opus.* (No-
1.Pet.1:20. ta omnes Scripturas vocat הנבואה *Prophetiam*, planè ut *Petrus* προφητεία
154 γραφῆς) *Verum jam data est Prophetia, ut suppleat intelligendorum notitiam; hac parte, quâ per lumen intellectus ea attingere nequimus. Propterea venit* comitata *signis & prodigiis, quæ entium* qvandoque *naturam immutarunt, ut vel hoc ipso hominibus significetur, illam pertingere ad intima rerum & sensuum arcana, qvo illius* (Legis) *verbis habeant fidem, in iis etiam, quæ humanus intellectus haud capit.* Egregie! De DEI natura multa qvoque philosophantur quæ probes: *necessariam* ei sua perfectione asserunt *existentiam.* Perfectiones Dei, & cognomina, quæ illi in Scripturis tribuuntur, dispescunt trifariam; מהם לנפש [illegible] לעלה ומהם לא לנפש ולא לעלה. Vocant לנפש qvæ nos *Essentiæ* aut *vitæ* possumus interpretari; שמתחייבים בעצמותו תמיד *quæ semper & necessario insunt illius essentiæ.* Videlicet, qvòd sit נמצא חי יודע רוצה יכול *Existens, vivens, sciens, volens, potens.* Quædam לעלה ut *Causæ operanti.* כגון שיכונה לו תאר מה בעבור פועל שיעשה בעת מה... כגון רחום בזמן שמרחם וקנא בזמן שמקנא וגו׳ *sicut, quando cognomen accipit ab aliquo opere, quod facit certo tempore. V. Gr. Misericors eo tempore, cum miseretur, zelotes, quoties* ζηλοῖ. Alia iterum לא לנפש ולא לעלה *proprie nec ejus Essentiæ, nec illi, ut operanti,* tribui ajunt, sed in relatione ad alia, & *operatione nostræ mentis*, ut ראשון נבדל קדמון *Primus, separatus* à materia, vel peccato (confer Hebr. 7:26.) *antiquus, &c.* Omnium autem attributorum, quæ Deo vere competunt, agnoscunt identitatem ex parte Dei, adeoqve *simplicitatem*, ut nos appellamus. וקראו אותם ספורים עצמיים והטעם הם עצמו ועצמו הם ואינם [illegible] בר חוץ מעצמו *illa vocant Attributa essentialia, ea de causa, quod illa sint Ipse, & Ipse illa, nihilqve aliud sunt præter Ejus essentiam.* An non sic sanior est Judæorum, quam Christianorum qvorundam, de Deo doctrina? numnam hoc idem cum eo: *Nihil esse in Deo, quod non sit ipse Deus?* Diversitatem tamen admittunt in effectis, qvod Solis illustrant exemplo, qui emollit, indurat, ex-

exſiccat, vivificat, &c. nulla ſui vel pugna vel diverſitate. Hinc & ſtabi-
liunt Dei *immutabilitatem* אמנם הוא לעולם אחד בלי שנוי . . . כי החלוף
והשנוי הוא מצד המקבלים לא מצד הפועל *Ille revera unus idemque eſt*
in æternum; *Et* (quæ contingere videtur) *varietas ac mutatio*, *fit ex parte* obje-
ctorum, *quæ* actionem *recipiunt*, *& non ex parte ipſius Operantis*. De Creatio- 155
ne hæc quidem profitentur: הבריאה על דעת המאמנים היא על שני
פנים יש בריאה שיתהוה דבר מן דבר ויש שיתהוה דבר מלא דבר אמנם
הבריאה התמידית היא דבר מדבר לפי מה שאנו רואים כי האפרוח
מביצה והאדם מזרע . . . והבריאה שהיא מלא דבר תהיה לפי רצון השם
ותעלה להודיע עוצם גבורתו *Creatio, ex credentium ſententia, peragitur duplici* Adderet
modo: *Eſt creatio, qua res exiſtit ex re alia*; *& eſt Creatio, quæ fit ex nihilo. Per conti-* Elialu,
nuatam Creationem (Pſ. 104: 30. id eſt, conſervationem) *una res ex alia produ-* Seder עשר
citur, *ceu videmus pullum gallinaceum ex ovo*; *hominem ex ſemine* . . . *ſed Creatio ex* העקרים
nihilo illa eſt, *quæ fit ex Beneplacito ſummi Dei*, *ad ſignificandum robur potentiæ ſuæ*.
Hæc non male concinunt Doctrinæ Apoſtolicæ; quibus ratione *termini à*
quo (ut loquuntur in ſcholis) eſt מלא דבר ἐκ τῶν μὴ φαινομένων Hebr. 11: 3.
Cauſæ efficientis, Apoc. 4: 11. διὰ τὸ θέλημά σου (Θεοῦ) εἰσὶ καὶ ἐκτίσθησαν, id
eſt, לפי רצון יי'. Reſpectu denique *intentionis* uſusque, ut inde perſpice-
rentur ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις, καὶ θειότης Rom. 1: 19. להודיע עוצם גבורתו.
Adeoque חומר הראשון *materiæ primæ* æternam negant exiſtentiam, quam
Dei Beneplacitum antevertit, & produxit; quod argumentis haud contem-
nendis contra הפילוסוף *Philoſophum* (Ariſtotelem reor intelligunt) eunt
probatum. Primum hominem credunt factum non modo *bonum*, verum
& *immortalem*. ואמרו כי הנה אדם הראשון אם לא היה אוכל מעץ
הדעת לא היה מת . . . אמנם היה חי לעולם *Docent porro*, *ecce! Adam pri-*
mus, *ſi non manducaſſet de arbore Scientiæ*, *non fuiſſet mortuus*, *ſed revera vixiſſet in*
æternum. Didici quoque ex R. *Aaron* M. S. illos jam inde ab Adamo jus tri-
buere hominibus, & conſvetudinem mactandi animalia in ſuum alimen-
tum. Probantque ex *Dominio*, quod Deus Opt. Max. Adamo in omnia *ani-* Gen. 1: 28.
mantia volucres & *piſces* tribuit, ex *tunicis pelliceis*, quibus primos parentes De- Gen. 3: 21.
us induit; ex diſcrimine *mundorum* & *immundorum animalium*, cujus ratio ma- Gen. 7. 8.
ximè in victu habetur, quod jam ante diluvium obtinuerit. Tandem
quod הנזון עם המזון תחת זוג אחד וכו' *nutrimentum cum eo*, *quod nutritur*,
ejusdem conveniat eſſe generis, *&c.* *Providentiam* Dei extendunt ad omnia; &
multis Chriſtianorum oculatiores, curam ejus & regimen tam latè patere
ſciſcunt

156 ſciſcunt atque ejus Scientiam, pari nempe paſſu ambulantes. סוף דבר פסקו ואמרו שכמו שהידיעת היא בכל דבר כן ההשגחה בכ״ל דבר *Res huc redit; definitè ſtatuerunt, quod, quemodmodum Scientia Dei eſt omnium rerum, ſic etiam ejus Providentia circa omnia & ſingula verſatur.* Quod ſi quædam nobis minus rectè atque ordine videantur accidere, illud omne לקוצר דעתנו *defectui intellectus noſtri* acceptum ferri debere. In iis verò quæ Legem, Juſtificationem, & Naturæ vires attinent, &c. communi Judæorum fermento apparent fere inquinati. Omnem Moſis Legem tenent immutabilem in perpetuum. Homini poſt lapſum *liberum* in virtute ſequenda aſſerunt *Arbitrium. ideoqve ſcriptum* הנה נתתי לפניך את החיים ואת הטוב וכו׳ ubi pro הטוב, quod vitioſe excuſum, leg. המות *Ecce propoſui tibi vitam & mortem, &c. elige* ergo. Subſcribuntque profanæ illi ſententiæ, dictoque ſacrilego *Veterum* Doctorum: בעבור זה אמרו הראשונים כל בידי שמים חוץ מיראת שמים Qui *propterea dixerunt, omnia ſunt in manu Dei, præter timorem Dei.* Quemadmodum hoc idem à Rabbanitis etiam laudatur. Non negant quidem influxum Dei atque auxilium, (de qvo aliàs, illuſtrandis Pauli cum Iudæis diſputationibus, uberius, bono cum Deo, dicemus) verum unà tenent ejus determinationem & eventum ab homine pendere. והטעם אף על״פי שהמזג מוכרח בפעולותיו אמנם הנפש היא בעלת בחירה ורצון *Senſus eſt, licet ille divino indigeat neceſſariò influxu in ſuis operibus, anima nihilominus manet domina ſuæ electionis & voluntatis.* הכנה præviam *diſpoſitionem* quoque in homine ponunt, undecunque jam repetatur à *natura, ſtellis, temperamento, &c.* ſecundùm quam *formam* & influxum *bonitatis* recipiat. יקבל כל אדם צורה כפי הכנתו *per funiculum* (inſtrumentum diviſionis olim) *gratiæ ſe expandentis accipit unusqvisqve formam ſecundum diſpoſitionem ſuam.* Quod ὕψωμα cordis humani, liberrimæ liberantis Gratiæ diſpenſationi audacter ſeſe opponens, Paulus totiesſideo convellit, & deturbavit: 1. Cor. 12: 11. *Spiritus S. diſtribuit unicuiqve κατ' ἰδίαν ſicut ille*, non homo, *vult.* Rom. 11: 6. 33-36. 1. Cor. 4: 7. Eph. 2: 8-10. *Servati per fidem; non ex operibus, ne quis glorietur.* Et ſi per fidem *non ex nobis, Dei donum eſt.* Cumque ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς *in bonis operibus* vivimus, non no-
157 ſtra *diſpoſitio* eſt prævia; ſed προητοίμασεν ὁ θεὸς, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν, *præparavit ipſe Deus, ut in iis ambularemus.* Denique, quicquid & quantum hic eſt, θεοῦ ἐσμὲν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ *Dei ſumus figmentum, creati* (ex rudi & terrea maſſa) *in Chriſto Ieſu, &c. Ipſe fecit nos, & non nos ipſi, populum ſuum, & oves paſcui ejus.* Pſal. 100: 3. Cæterum non deſunt inter Karæos, qui *quatuor* תכונות *diſpoſitiones animæ* pridem notarunt: generatim, *Mortis*

Deut. 30: 19.

Maſſ. pirke Aboth.

Mortis & *Vitæ*, *Sanitatis* & *ægritudinis.* Mortuæ *cognomine appellatur*, *quæ majorem in modum peccatis est inquinata*, *&* alias רשע *improba* dicitur. Viva *habetur*, *quando immunis est à morbo peccatorum*; *atque in bonis operibus incedit*, *cujusmodi Vir* justus *vocatur.* Sanitas *est*, *quando rerum existentiam*, *nexum*, *ordinemque rectè apprehendit*, *id est* sapit. *Ægritudo est*, *stultitia ejus*, *talisque homo cognominatur* stultus, *aut* plebejus. *Istæ dispositiones*, *inter se* rursus *permixtæ*, *sex adhuc alias pariunt constitutiones*: *quarum duæ sibi invicem oppositæ simul esse nequeunt*; vivens *videlicet &* mortua; sana & ægra. *At quatuor reliqua dari possunt*, *quemadmodum* Viva *&* Sana, Viva *&* ægra; Mortua *&* robusta, Mortua & ægrota. *Quæ* in primo censu est *Viva & Sana adhærebit seculo superiori*, *secundum id*, *quod scriptum est* 1. Sam. 25: 29. *Anima Domini mei colligata sit in fasciculo viventium*, & ita de reliquis. Si nihil aliud, docent ista quam ex usu, quam intelligibiliter, quam apposite! Christus & Apostoli, ad Judæos fere verba facientes, peccatores ut *mortuos*, & *ægrotos*; Sanctitati studentes & regenitos tanqvam *vivos*, *sanosque* passim descripserint, cum apud Hebræos olim, & ad sera usqve tempora, hæc adhibita fuerit metaphora. Ita ne-
mini latere potest, qvo sensu, qua elegantia dixerit Servator: *Sine mortuos* Math. 8:22.
suos sepelire mortuos. Sani medico non egent, *verum ægroti. Quæ cupiditati in-* Math. 9:12. 1. Tim. 5:6.
dulget, *vivens est mortua*, & ejusmodi sexcenta. Sic ratio patet ac respectus Tit. 1: 13.
plurimarum Scripturæ Phrasium, quæ huc alludunt, hoc præsupponunt. 2: 2.
Quid sibi vult apud Apostolum *Sani in fide? Sana Doctrina? Sani sermones?* si 1. Tim. 1:10.
non suppar ejus, quod Karæi vocabant בריאה h. e. Veritatis, Sanctitatis & 2. Tim. 4:3.
cœlestis Sapientiæ pleni? De *animabus* per mortem à corpore solutis te- Tit. 1: 9. 1. Tim. 6: 3.
nent, pro suis statim meritis, præmium aut pœnas consequi: סוף דבר 2. Tim. 1:13.
158 אמרו שמה שראוי להאמין כל בעל אמונה בזה הוא שהנפש אחרי המות אם זכתה לעלות בעולם השכלי אשר הוא נקרא עולם הבא וגן עדן להרחק במושכלה תהיה חיה לעולם ואם היתה נזופה ומגורשת ממענה מצד עבירות חלאתה תהיה בצער ודראון ותולעתה לא תמות ואשה לא תכבה וזהו הנקרא גיהנם *In summa dixerunt illud quod conveniens est*, *ut quisque vere fidelis credat ea de re*, *hoc est*: *quod mens post mortem*, *si digna est*, *adscendet in mundum intellectualem*, *qui* Seculum *vocatur* futurum, *&* Hortus Eden (confer Luc. 23: 43.) *ut intellectualibus affixa vivat in æternum. At si culpæ obnoxia sit*, *& repulsa* ab habitaculo (Deut. 33: 27.) *propter transgressiones suas dolebit*, *vivetque in anxietate & ignominia*, *ubi vermis ejus non moritur*, *nec ignis extinguetur*, *& id est quod dicitur* Gehenna. Addit *R. Eliahu*, *quosdam* opinari, *malorum animas* detrudi in *corpora Bestiarum* per *μετεμψύχωσιν*, & hanc *pœnam* illis

Oo im-

imponi, &c. Sed merito illud ridet, vocans דעת מקולקלת *pravam opinionem*. Palmarium caput est de *Messia*; ultimo loco positum, non, ut ejus dignitatem elevent, sed, quia, ut venturus, adhuc expectatur. Lustremus, qvomodo illum describant, unde? & quando? credant adfuturum. Pingunt regem terrenum, & violentum victorem, in qvo veterum præjudiciorum & perfidiæ vestigia observes, neutiquam characteres Prophetarum. צריך שתדעהו שהמלך המשיח יהיה מזרע דויד ע"ה ולא יוסיף על הכתוב ולא יגרע ולא יבטל דבר ממנהג העולם ולא יעשה שום חדוש במעשה בראשית ולא יצטרך בקיום היותר משיח בעשיית נפלאות ולא לחיות מתים אמנם יקבץ נדחי ישראל וילחם מלחמות השם וינצח כל האומות מסביביו ויבנה המקדש במקומו ועוסק במצות כדוד אביו ויכריח כל ישראל ללכת במצות התורה וחקיה: אמנם אם לא יעשה אחד מאלה דע שאינו מלך המשיח אבל הוא כאשר מנהיגי האמות שבאו אחר דוד *Scitu opus est, quò eum rite cognoscatis, Messiam Regem futurum ex semine Davidis p. m. qui nihil adjiciet, nihil detrahet de Scriptura, neque rem ullam de consuetudine Seculi abrogabit, aut quicquam innovabit in opere creationis. Non necessaria erit adeo ad probandam Messiæ excellentiam Miraculorum patratio, vel suscitatio mortuorum. Verum ille expulsos Israelis congregabit, bella geret Domini (Nominis) & omnes populos circumquaque subjugabit, exstruet sanctuarium loco suo,*

R. Eliahu Tract. עשירה העקרים Cap. X.

159 *observationi mandatorum studebit, ut David pater ipsius, cogetque omnem Jisraelem incedere in Legis præceptis & institutis. Quod si vero ex his nihil fecerit, scito, quod non sit Rex Messias, sed velut unus ex rectoribus populorum, qui Davidi successerunt.* Hujus loci non est, ista vel expendere, vel confutare. Quivis videt, quam laxa, quam tenuia hæc sint; cùm pro magnificentia cœlestium bonorum, quæ Prophetæ prædixerunt; tum pro tot seculorum ἀποκαραδοκίᾳ. Quid, quod prima illa *Jesu Nazareno* quoque conveniant, qui ex semine Davidis, nihil addidit Legi vel dempsit Matth. 5:17. &c. Quum vero *Miracula* ex censu judiciorum Messiæ expungunt, hoc ipso & Prophetis obloquuntur Jes. 35:5.6. &c. & ab antiqua Majorum discedunt doctrina, qui omnino ab eo Miracula expectabant Joh. 7:31. Causæque tandem suæ desperationem produnt manifestissimè, qvod nulla ejusmodi divinæ missionis aut virtutis documenta de suo fictitio Messia ausi sperare, talem modò effingunt, qualem qvivis turbo & rebellis Judæus, modò fortis sit & felix, numeroso exercitu instructus, possit repræsentare. Et quando tandem, rogo Karæos, Judæi talem virum pro Messia amplectentur? Antequam *vicerit & templum ædificaverit?* Sic nondum satisfecit γνωρίσμασιν hic ab *Elia* datis;

tis; ſic fides in eum nullo fundamine nitetur; ſic facile à quocunque impoſtore decipi poterunt, ut ipſum *R. Akiba* per Ben *Cosba* circumventum memorant hoc loco: בזמן ר׳ עקיבה היה בן כוזיבה המלך והיה ר׳ עקיבה חושב שהוא המלך המשיח והיה נושא כליו וא״ח נהרג ומזה ידעו שלא היה המלך המשיח *Temporibus R. Akiba vixit Ben Cozba Rex, Putabatque R. Akiba, hunc eſſe* promiſſum *Regem Meſſiam, ideoque tulit ejus vexilla; ſed poſt, illo occiſo, agnitum fuit, illum Meſſiam non fuiſſe.* Cui Judæo accidere non poterit, quod ſapientiſſimo illorum Doctori, ſi propere etiam judicium ferat? exſpectabit igitur, credo, prudens Hebræus donec omnia hæc ante peregerit? Quando itaque, & per quos bella geret, vincet, ædificabit ſibi relictus ille Meſſias, ſi hunc eventum omnes debebunt prius præſtolari? Ita dum Scripturis diſſona adoptant, ne ſibi quidem conſentanea loqui comperiuntur. Meſſiæ comitem *Prophetam adjungunt* נביא עמו. Ut pariter videmus Joh. I: 25. etſi ab Elia illic, & Meſſia quidam diſtinguere videantur, cum *Prophetam* de *Elia* Karæi explicent, ſecundum id, quod ſcriptum eſt: *Ecce ego mitto vobis, &c.* Adventum hujus, *articulum fidei* ſtatuunt certum, & nunquam vero fideli inficiandum. כי ביאתו על דרך האמונה מחויב *Ejus namque adventus via Fidei eſt neceſſarius. Signa* verò *temporis* qvando aderit, nulla adhuc diſtincta & preſſa apud eos inveni. Idem iis, qvod fratribus *Rabbinis*, accidit; dum genuina ex Scripturis neglexere, alia, quibus fidant, non habent. Immo æque, ut iſti, *numerare fines* prohibent: כי אין ראוי לחשוב קצים בזמן ביאת המשיח כי כבר טעו בו רבים *Conſultum haud quaquam eſt, fines computare de tempore adventus Meſſiæ, quoniam multi dudum in eo errarunt.* Tamen על דרך השכל *quantum ingenio colligi poteſt* אפשר קרוב *fieri poteſt* (ait R. *Elias in Adderet*) ut *ſit propinquus.* אמנם אנו מיחלין אותו בכל עת ככתוב פתאם יבוא אל היכלו *Nos certè Eum omni tempore exſpectamus, ſecundum illud, quod ſcriptum eſt: citò ad Templum ſuum veniet.* Mal. 3: 1. Quod citi adventus promiſſum cum teſtudineo ſui Meſſiæ gradu illi tam difficulter conciliabunt, quam allatas tarditatis cauſas forte probabunt cordati Lectores. Duæ potiſſimum extant apud *R. Eliahu*: una eſt: לפי דעת בעלי חכמת הכוכבים אם נתאחר הוא לסבה שכוכב שבתי הוא כוכב ישראל והוא מאחר במהלכו ולכן בבוא הקץ ברצון השם יבוא *Ex ſententia eorum qui Aſtronomiæ ſunt periti, ſi moretur (Meſſias) ea de cauſa eſt, quod ſtella Sabbathi* (Saturnus) *ſit ſtella Iſraelis;* ille *autem in curſu ſuo ſit tardior. Quapropter cum terminus aderit, veniet ex beneplacito Dei.* Altera

160

 petitur

petitur ab ipsis Judæis, qvod se non dignè satis ad hanc gratiam consequendam præparaverint: אין המנע הישועה כי אם מצד אנשי הגלות לכן ראוי להם לקוות כל יום ישועת השם כי הוא מדרכו להשפיע למוכן לקבל השפע *Nullum est Salutis obstaculum, nisi ex parte hominum ipsorum, qui in Captivitate versantur.* ideoque *convenit, ut* (vita in melius mutata) *unoquoque die Salutem Domini* (vid. Luc. 2: 30.) *præstolentur. Hæc quippe illius via est, influere in eum, qui* bene *dispositus est, ad recipiendum* Gratiæ *influxum.* Quasi fortuna Populi Hebræi, qvi Deo solo duce & rectore gloriatur, à positu penderet irrationalium stellarum! Saturnum tardigradum non novisset Omniscius, qvum velocissimum tamen Uncti sui adventum polliceretur!

161 Aut denique præviæ hominum dispositioni beneficium referri debeat acceptum. Quod ex mera liberrimæ voluntatis bonitate indignis Deus promisit; ivitqve nihil tale scientibus vel petentibus oblatum, Jes. 65: 1.

Quod *Mores* & vitæ instituta Karæorum attinet, hæc visum est breviter notare. Domi, sive in vita privata, habetur exacta cum munditiæ, tum frugalitatis ratio, qvod ad victum amictumque. Discrimen ciborum mundorum & immundorum, horumque interdictum propterea mandatum putant: כי ממקצתם יקרו חלאים טבעיים וממקצתם יקרה עובי הנפש החיונית אשר היא משכן הנפש השכלית ויתעורו עיני השכל מלראות יה בארץ החיים *Partim, qvod morbi quidam naturaliter inde proveniant*, (V. gr. ex porco lepra) *partim, qvod anima vitalis inde hebes fiat & nubila, qvæ habitaculum quasi est mentis rationalis, & obcæcati fiant oculi intellectus, ne videant Deum in terra viventium.* Ubi jam abest immundities, severissime prohibent, ne quis stomachum licitis nimium gravet, quoniam *Propheta* dicit אל תהי בסובאי יין בזוללי בשר למו והוא אזהרה שלא יאכל אדם בשר יותר מדי שבעה ר״ל יותר מקיום נפשו ואם יאכל יותר מהם הוא הדין לכל מאכל חייב סקילה כי בטן רשעים תחסר ne sis inter compo-

Prov. 20: 13. tores vini, & carnis helluones. *Quo admonemur, ne homo plus carnis comedat, quam requiritur ad ejus nutrimentum, hoc est, ut sese vegetum sustentet; quod si amplius comederit* (*eadem quoque ratio de aliis alimentis*) *judicio lapidationis tenetur:*

Prov. 13: 25. *venter* quippe *impiorum indigebit.* Si gravior hæc pro delicto pœna cuipiam videatur, attendat, eos non statim eò & temere prosilire, sed demum post varia hortamenta, increpationes, flagellationem; quæ omnia si spernat, lapidandus est. מיסרין אותו בדברים או בשבט ככתוב ויסרו אותו ואם הוסיף ושנה סוקלים אותו *Castigant eum primo* verbis, *deinde* virgâ; (huc allu-

allusit Apostoli sermo 1. Cor. 4: vers. 16. *παρακαλῶ adhortor, &c.* vers. 21.
τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς; secundum illud, quod scriptum est, & casti-
gabunt eum, *at, si nihilominus pergat redeatque ad ingenium, lapidandum tradunt*. Deut. 21:18,
Præterea considerant hoc vitium *ἀσωτίας* non ut simplex aliquod pecca- 21.
tum, sed radicem & principium omnium scelerum reliquorum. Ubi
enim patria abligurierit bona, qvidvis committet, ut pecuniam corradat,
quæ in sumtus novos queat sufficere; ישפוך דם לקחת ממון למלאת תאותו
eousque, *ut sanguinem* non vereatur *effundere, qvo nummos acqvirat, ad explen-
dam cupiditatem.* Quare principio obstantes prodigum, sua dilapidantem 162
bona, eadem censura involvunt. וכן הנותן ממונו במאכלות ובמלבושים
יותר משויונם והמפזר ממונו יותר מכוחו יקרא זולל וסובא וחייב
סקילה כל זה כשירבה בעשייתו *Eodem modo se res habet cum eo, qvi pecuni-
am suam dispendit in* delicatis *cibis, & vestibus* pretiosis *ultrà, quam par est; & num-
mos prodigit ultra facultates, talis* merito *vocatur* Comessator, & Potator, &
obnoxius sit lapidationi, si multum & perseveranter hoc egerit, & si castigationes
minores præcesserint, ac *Domus* stet *Judicii*; *qvi, ut tradunt Sapientes*, (in mi-
tiori istac censura) *adjurabant tales, ne pergerent in peccatis.* Quod si perse-
verarent tamen, lapidatio sequebatur; non modo ob peccatum, sed per-
jurium & contumaciam Deut. 17:12. Ac pertinaciter ita in peccatis versa-
tus *κατ᾽ ἐξοχὴν* חוטא *Peccator* iis salutatur. שההולך בדרך זו ארבא יקרא
חוטא *Qvi in hac via iterum iterumqve ambulat, peccator vocatur.* Inde claret,
quid proprie in N. T. sit *ἁμαρτωλός*. Intelligendum vero est, pœnam
hanc exerceri in eos salva Republica Hebr. at captivitatis tempore בנדוי
censura *Separationis* in eum animadvertunt. Audiat hæc Christianorum
qvorundam mollities, & resipiscant!

Parsimoniam licet & temperantiam ubique sectati, ab altera parte
tamen solliciti refugiunt superstitiosum ciborum delectum, atque absti-
nentiam affectatam, in qua nullam vel mercedem reponunt, vel utilita-
tem; *Paulo* concinentes: Col. 2:21, 23. 1. Tim. 4:3, 4. לכן ראוי לכל אדם Adderet in
שלא יאסור על עצמו אלא דברים שאסרה התורה כי בזולתם לא יהיה ענין
לו שכר׳ ועל כיוצא לאלו אמר שלמה אל תהי צדיק הרבה ואל תתחכם הנהגת
יותר למה תשומם *Ideo indecens est unicuiqve homini, ut sibi interdicat ullius rei* גופו Cap. I.
*usum, ultra eas, qvas vetuit Legislator: exceptis namqve his, nullum illi erit emolu-
mentum. Ac de similibus dixit Salomo:* Ne esto nimium justus, nec nimis sa- Eccles. 7:16.
pias tibi, cur enim desolaberis?

De *tonsura* capillorum suas quoque regulas habent, post Mosen,

 Barba

Barbæ vero cum maxime; quam, quousque datur, intonſam promittunt, ad decus & gravitatem. נהגו חסידי ישראל שלא לגלחו אלא בכדי שלא ימנע המאכל ומנהג טוב הוא *Solent enim pii Iſraelis eam non tondere, niſi in quantum opus eſt, ne eſus impediatur, quæ conſuetudo optima eſt.* Verum his minutiis non lubet immorari. Tota victus, & indumenti ratio huc potiſſi-
163 mum ſpectavit: כל מי שהוא מזרע הקודש אסור לו ללכת בדרכי הגוים
Ibidem in ענין ע״ז Cap. 3. בין בלשונו בין בהליכתו בין באכילתו ובמלבושיו ut *omnis, qui erat ex ſancto ſemine, prohiberetur in gentium inſtitutis, ſive quod ad ſermonem & mores, ſive quod ad cibum & veſtitum, ambulare. Parentes* in ſummo jubent *honore* haberi, ex quinto præcepto. Eumque honorem ad omnia, quæ pietas vel præſtare poteſt vel exigere, retulerunt כבוד בכל אופן בין בדברים בין במעשה *honorandi omni modo atque reſpectu, cùm verbis, tum opere. Verbis* ſic colunt, ut in
Ibid. Cap 4. *bonum de iis loquantur; nomen ſine bonore non memorent*, iis aliquid *dicentibus non* audeant obſtrepere, aut uſpiam *contradicere, excepto, ſi quid Lex* aliter habeat. &c. *Opere* autem, partim officiis civilitatis: *aſſurgendo, obviam eundo, ut Salomo matri*, ſeſe *incurvando*, &c. partim re ſua, *nutrientes, veſtientes pro* co[illegible]ra *dignitate & ſua virili.* Diſſimiles adeo *Pharizæis*, in quibus contrariam ſæpe *ἀςοργίαν* & inhumanitatem Chriſtus juſtiſſime reprehendit Matth. 15:4, 5. Ingens etiam, immo nimius, honos eſt, quo proſequuntur ſuos *Doctores*, imprimis מפורסמים בחכמה *ſapientia excellentes.* Præter *occurſum*, & alia modo memorata, inſuper licitum haud eſt, *locum*, quem illi ſolent, *occupare*; in eorum *præſentia conſidere, niſi præcipiant, ſede!* Ita *neque apud illos conſiſtere, niſi dicant: conſiſte! Nefas vero illinc abire, niſi veniam, rogans, impetraverit, & tunc recedet, neutiquam illi tergum obvertens, ſed gradietur retrò, facie illius faciem ſpectante. Si videat eminus præceptorem, ibit huic in occurſum, deducetque ad locum quo tendit. Non ſimpliciter nomine ſuo appellabit, ſed addet* מורי ורבי *Dominus meus & magiſter.* Non poteſt diſcipulus jam idoneus ad docendum *ſcholam aperire, etiamſi in remota regione* אלא ברשות רבו *niſi permiſſu ſui Magiſtri*, &c. *Qui præcedit in Eccleſia, tenetur tota congregatio illi bonorem exhibere, & voci ejus auſcultare.* Quando tres aut plures unà ambulant, לעולם תלמיד חכם והיה באמצע *diſcipulus ſapientis æternum erit in medio.* Satisne hæc ſunt? ſed longius adhuc provehi ſuſtinuere. לא יסתור את ת[illegible]רי׳ החולק על׳ רבו חולק על השם *Non confutabit Magiſtri ſententiam*: Et, *qui diſputat cum Præceptore, eſt tanquam ſi diſputet cum ipſo Numine.* Iſthæc, & plura, quæ omitti-
164 mus, oſtendunt non exiguum in *Doctoribus Scripturariis* quoque faſtum & *αὐθάδειαν*, adeoque, ſi illos *γραμματεῖς* Matth. 23. de *Karæorum* Magiſtris,
pag. 63. poſt *Origenem*, explicemus, de quo abunde dictum eſt, ſat cauſæ fuiſſe Chri-

Christo Domino, cur iis quoque superbiam, affectatam nimis auctoritatem, & *προκαθεδρίαν*, titulorum *Rabbi*, *διδάσκαλε*, similiumque ambitum merito exprobraret vers. 6, 7.... Quin paria hac parte fecisse cum Rabbanitis, ut merito junxerit Servator, hoc indicio esse potest, quod illorum sententiam, ac notissimum effatum, quo amor patris præceptoris honori postponitur, adoptent quasi, & imitentur. *R. Eliahu* scribit: *Kabbalistici Doctores dicunt, quod major honos habendus Magistro, quam Parenti: ac, si uterque simul fuerit abductus in servitutem,* Magistrum *prius potiusq;, quam Patrem, redimendum. At, si forte Pater quoque sit* תלמיד חכם *doctus, aut doctoris discipulus, etsi non eo gradu quo Rabbi, tum præferendus est Pater.* Multum ad gratiam contulisse antiquis doctoribus oportet, si vera sunt, quæ scribunt de iis, & se eos imitantibus *Karæi*: quod *gratis* fere docuerint, nisi premente admodum temporum necessitate. אינם נוהגים כמנהג חכמי הרבנים לעשות להם אלהי כסף ומנהיגי זהב שלומדים על מנת להקרא רב ועל מנת לאסוף ממון אכול לשבעה ולמכסה עתיק רק מנהגם כמנהג החכמים הקדמונים שהיו משתכרים אפילו במלאכות פחותות כדי להחיות נפשם והיו עושים תורתם קבע ומעיינים בחכמה *Non solent agere Karæi ex more Doctorum Rabbinicorum, ut deos argenti faciant sibi, & duces auri, dum docent hoc fine scopoque, ut Rabbi vocentur, magnam vim pecuniæ congerant; ut comedant ad satietatem & pretiose vestiantur* (Jes. 23: 18.) Ecce! quam justa & verax est, ipsis Judæis testibus, *Jesu Nazareni* querela! modo viderent ipsi censores *manticæ quod in tergo* fuit aliquando, si non *est*, addunt namque, *sed consuetudo Karæorum eadem est, quæ sapientum antiqvissimorum, qvi vilioribus subinde opificiis operam dare haud detrectabant; quo se ipsos alerent, ac certas nihilominus horas legis studio vacabant, sapientiæque erant intenti.* Hinc, nisi fallor, ratio, una saltem ex potissimis, elucescit; quid *Paulum* moverit Apostolum, cum summo jure, quod astruit aliquoties, posset vivere impendiis Ecclesiarum, tamen maluerit Evangelium suum *ἀδάπανον τιθέναι*, & manibus operatus sibi victum qværere *σκηνοποιός*. Videlicet, ne amore, industria, & generoso opum contemptu videretur cedere illis saltem Judæorum doctoribus, qui gratuitam institutionem subdolè venditabant; adeoqve, ne suspicioni vel calumniæ ansam præberet, quasi suum in Evangelio commodum, non suorum auditorum salutem, tam calide consectaretur. Illuc verba respiciunt: *ἵνα μὴ ἐγκοπήν τινα δῶμεν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ.* 1. Cor. 9: 12. Et quamquam hanc charitatem de se solis prædicent *Karæi*, inficiandum non est, si non tunc, succedente saltem ætate, Rabbanitas aliqvos gratuitam pariter institutionem Legis vel scriptæ, vel oralis, induxisse, de qua re dispu-

[Margin notes: ibid. cap. 6. — Matth. 23: 5. 7. 14. — 1. Cor. 9: 18. — 165 — Act. 18: 3. & 20: 33. 34.]

diſputant in *Miſna tractatu de Votis.* Cæterum hoc erat, ceu Paulus multis rationibus, & exemplis commonſtrat, non mandati, ſed indebitæ libertatis; prudens conſilium pro iſthoc loco, & tempore; nequaquam perpetuum inſtitutum. Æquitas enim, & lex utriusque Teſtamenti ſancit: Quod, *qvi altari ſerviunt, una cum altari partiantur.* 1. Cor. 9: 13. 14. Ipſa natura iſtud ethnicos docuit, inter qvos innumera exſtant cum dicta, tum facta magnorum virorum, quibus palam faciebant præceptori, à qvo animi culturam, cum virtutis ſtudio hauſeris, magnam ſatis mercedem ſolvi, honoremque exhiberi non poſſe. Vulgata ſunt Alexandri in Ariſtotelem, Gratiani in Auſonium, Valentini Junioris in ſuum præceptorem apud *Themiſtium*, exempla. Quin *Eumenius Rhetor* in oratione ſua commemorat, ſe *Galliarum juventuti* erudiendæ præfectum *à liberaliſſimis Principibus juſſum*, præſertim à *Conſtantio*, *Salarium in Sexcenis millibus nummum accipere.* Quod hic repeto, ut cogitent ſerio docti, num ſummi Viri correctio, qvam hujus loci habent commentt. ad Svetonii Othon. cap. IV. mutans *ſexcenis* in *ſexagenis*, eo qvod tanti philoſophantium ſtipendium fuiſſe tradat *Tatianus*, ipſa non indigeat emendatione? Etenim præter codicum ſidem, eadem ſumma adhuc cap. XVI. ac cap: XIV. in ipſa Cæſaris Epiſtola, iteratur. Fuerat *Eumenius* Imperatori *Memoriæ Magiſter*; munere, qvod non abludit multum ab eo, qvem jam *Cancellarium* vocamus, qvomodo & Hebræis מזכיר *Maſcir* appellatur. Ut, hoc relicto, *Profeſſionem Oratoriam repeteret*, majori ſanè, qvam ordinario Magiſtrorum præmio, oportuit invitari. Dicit ideo clare Cæſarem *tercena illa ſeſtertia, quæ Sacræ Memoriæ Ma-*
166 *giſter acceperat, geminaſſe, addita pari ſorte.* Numnam putabit Vir eruditiſſimus in illa honoratiſſima ſtatione tantum *triginta* ſeſtertia *Eumenio* data, quorum *ſexaginta* ſint *ſors geminata?* Deniqve ad collapſæ *ſcholæ*, magniqve *operis reſtitutionem* ſuum hocce *ſalarium deſtinabat* optimus Rhetor, ad quam *inſtaurationem* qvi poterant quæſo ſufficere ſexagena? Verum hoc ἐν παρόδῳ.

pro Reſtaur. Scholis cap. II.

Vidimus, quantopere præceptores coluerint; de Amore *proximi* qvid teneant, nunc indagemus. Pharizæis hic aliquanto ſanius, ſed longe tamen infra perfectam Evangelii ſanctitatem philoſophantur. Ex qvo hanc, omnis æquitatis inter homines certiſſimam aureamqve regulam, forte tranſſumſerunt: Ne qvid alteri faciamus, quod nobis factum nolimus. Idem enim iisdem pæne verbis inculcant: הענינים שלא יקבלם האדם לעצמו כן אין ראוי לעשותם לאחיו וגו׳ *Omnia, quæ homo non libenter in ſeſe admitteret, nefas eſt, ea adverſum fratrem tentare*; hinc inferunt quoque (præter multa particularia, quæ tranſimus) *vetitum eſſe, fratrem, ſive in te peccaverit,*

R. Eliahu in Adderet. כבוד אב Cap. 3.

verit, ſive in Legem, ſtatim publice, vel *multis audientibus redarguere; ne te oderit*, &c. *At ſi non convertatur de via ſua mala, in pudorem agunt, & ignominia illum afficiunt coram pluribus, donec reſipiſcat. Quod ſi non reſipuerit, ſola Domus Judicii eum devovet diris.* Nunquid hæc gemina ſunt diſciplinæ gradibus, & modo, qvem legimus in Chriſti Eccleſia uſurpatum? Matth. 18: 15. . . . ſi *frater in te peccaverit, corripe eum ſolus inter te & ipſum* & quæ ſequuntur. Rurſus: *qui peccant* apertè, *redargue in præſentia omnium, ut cæteri quoque timeant*. 1. Tim. 5: 20. Et ſi illi dicunt hoc fieri ad incutiendum *pudorem*, idem dicit alibi Apoſtolus 2. Theſſ. 3: 14. *Notate non obedientem . . . ut erubeſcat.* Quin ut *Karæi* hanc cenſuram in propatulo appellant התוכחה ברבים *increpationem inter multos*, *Paulus* eodem ſignat vocabulo 2. Cor. 2: 6. *ἡ ἐπιτιμία ὑπὸ τῶν πλειόνων.* Interim tamen non magis ac Pharizaici doctores capiunt, quam latè pateat *Proximus*, reſtringentes ad *fratres* ſuos, & gentem Hebræam. Neque qvousque charitas & remiſſio procedant: *Amicis* volunt beneface-
re, *veniam petentibus quidem ignoſcere*, אמנם לאנשים אשר גמלו רע ולא
חזרו למוטב לקבל מחילה אינו אסור לנקום ולנטור מהם *Sed vero viris* 167
qui malum rependunt, nec ad benefaciendum revertuntur, ut remiſſionem poſſint *accipere, nullo modo interdictum eſt eos ulciſci; & adverſus eos iram ſervare.* At quanto benignius, caſtiusqve doctrina jubet Evangelii, Matth. 5: 44. *Sed Ego dico vobis, inimicos diligite, benefacite iis qui vos oderunt, &c.* Ex qua utriusque doctrinæ comparatione clariſſimum ſimul evadit, quibus *ἀρχαίοις* id eſt Hebr. קדמונים ſuum id *Ego dico* Chriſtus opponat? non Legi videlicet; ſed iis qui, contra Legem, erant tam parcè *φιλανθρωπεύοντες.* A domibus & foro in Synagogas, & ad exercitia divini cultus potiora procedamus. De lectione Legis, & Scripturarum meditatione jam eſt occupatum. *Precandi obligationem*, & mandatum repetunt ex Lege, ratione, ipſiusque hominis indigentia. Nomina quibus orationem ad Deum indigetant ſeptem imprimis recenſent. שבח ותודה ודוי ובקשה תחנה צעקה וקריה והם שבע Quorum תודה & שבח cum *εὐχαριστίᾳ*, תחנה & ודוי cum *προσευχὴ* & *δέησις*, בקשה, ac duo alia, cum, *ἔντευξις*, apud Paulum 1. Tim. 2: 1. commodè poſſunt conferri. *ἔντευξις* enim *Heſychio* eſt *ἀπάντησις κατὰ τῶν πλημμελησάντων intercessio contra eos, qui agunt inique.* Et hujusmodi *petitio* protectionis & auxilii ad Deum ardenter, & elato *clamore* ſæpius dirigi ſolet. *Ordinem*, quo preces inſtituendæ, haud male diſponunt hoc modo. 1. Primum initio eſt *laudatio Dei propter opera ſua.* 2. *Deinde profeſſio veritatis, potentiæ, Majeſtatis ejus, &c.* aliarumque perfectionum, quas in *mundo creando & conſervando manifeſtat.* 3. *Confeſſio peccatorum.* 4. *Petitio* veniæ, & *remiſſio-*

Adderet עניו תפלה Cap. 1. &c.

missionis iniquitatum. 5. *Deprecatio*. הטעם להתחנן השם על העונות שישלחם בדרך חסד *ea de causa ut Deus propitius sit ex gratia peccatis; eaque remittat per viam* immeritæ *benignitatis*. *Locus* precum publicarum est *Synagoga*, aut *Beth Hammidrasch*; ut olim cummaximè *templum*, פאת השתחויה במקדש היתה לפאת מערב הפך אמות העולם שהיו משתחוים במזרח כפי אמונתם בצבא השמים *Angulus vero versus quem adorabant in Sanctuario* (ut hodieque) *erat angulus occidentalis; opposite ad gentiles per mundum, qui se prosternunt versus orientem, propter fidem eorum in exercitum Cælorum. Numerus* ejusmodi precum quibusdam *septenarius* ex Ps. 119:164. aliis *ternarius* Ps. 55:
168 18. *dualis* plerisque constituitur: *Mane & Vesperi*, circa horam jugis sacrificii, cujus occupant locum; quia & עלות השחר היא תפלת המלאכים *in adscensu auroræ precationis Angelicæ* ipsis tempus habetur, ex Job. Cap. 38:7. Ut omnia redigam in compendium, quas requirunt in precaturo conditiones præcipue *personas* attinent, vel *materiam*, vel *gestus*, aut *linguam* qua preces fundentur. In persona exigunt ut sit בוגר *pubes*, בעל ידיעה *intelligens*, נקי *purus*; etsi de eo adhuc disputent an טמא *impuro* precibus interdictum fiet? Inque signum puritatis postulatur ut *conditio ab eo qui preces dicet, ut manus pedesque lavet*, quia id faciebant *sacerdotes sacrificaturi*, ובגלות התפלה תמור קרבן *& tempore captivitatis oratio cum oblatione permutatur*, cum maximè tamen *manus*; secundum illud Psal. 26:6. *Lavo manus meas in innocentia, & circumeo altare tuum Domine!* Tum, ut *intentio ejus* non vagetur; sed *defixa sit in precibus suis*. Sinceritatem quoque urgent ante omnia להיות לבו שוה עם פיו *ut cor ori examussim respondeat*. Sed de fiducia in Messiam, aut ejus merita, altum est silentium. *Materiam* orationis magnam partem constare volunt *ex decem fidei articulis*, prout hi ad laudandum, aut petendum aliquid conducunt. Ingentem quoque cautelam atque *delectum* præscribunt *in* titulis & *epithetis Dei*, quæ precum initio veniunt adhibenda; ut gravia sint, apposita, non multa nimis: quam enim Christus in precibus Βαττολογίαν increpuit Matth. 6:7. & illi explodunt לא ירבה בשיחה בטלה בתפלתו *Nequaquam inanem sermonem* (idem est Hebr. qvod λόγος ἀργός Matth. 12:36.) *quispiam in precibus suis multiplicabit*. Hujusmodi quædam epitheta enarrat *R. Eliahu* Init. Cap, VI. Inter alia illud *Unitatis*, ubi mihi istud notabile videtur, quod eum ait אחד ולא באחד *unum, & non in unum*; qua phrasi Hebraica, nisi fallor, *Johannis* Apostoli itidem Hebræi locutio, & discrimen istius ἕν, & εἰς τὸ ἕν 1. Joh. 5:7. 8. optimè queat illustrari. Non conveniunt vero satis Karaitici doctores, qua ratione preces sint concipiendæ? quidam carmine volunt, alii ex verbis Prophetarum, alii tandem distin-

distinguunt: ut *preces necessariæ* statæque sint ex dictis Propheticis; alia, quæ
intermiscentur, carmine juxta cujusque intentionem. Exhibet porro R. E-
liahu specimen septem illorum generum orationis, quæ distincto nomine
principio insigniverat. Nempe תפלת חובה *Oratio debita* diversas illas 169
orandi *vias*, aut rationes *septem*, quas memoravimus, *in se* sæpe *comprehen-*
dit. Sicut in eorum oratione solenni, ut ipsi observant, invenitur שבח
laudatio: *Psalmus* videlicet XXXIV:2.... cum קומו *surgite*, &c. Neh. IX:
5..., ההוראה *Confessio*; *audi Jisrael*, &c. cum *Psalmo* 136:1-26. *Benignitas*
ejus durat in æternum, ubi *est memoria veterum miraculorum*, *quæ Deus fecit Jisrae-*
li, &c. Hinc *cum bis jungit Psalmum diei*, *qui quoque est confessio*. *Postea sedens*
confitetur in hæc verba: *Et nunc quid dicemus Deus noster? &c.* Ezræ 9:10...
Inde dicit *Domine clamavi ad te*, &c. 141:1... Ubi *modus est* בקשה *rogationis*:
dum ait, *disponatur oratio mea tanquam suffitus coram te!* &c. *Rogatque ut obla-*
tiones fiant in veritate & ipso facto, *non solis modo dictis*, *dicendo*: *Benefac secundum*
beneplacitum tuum Zioni, *extrue muros Jerusalem*; *tunc delectaberis sacrificiis justi-*
tiæ, *holocausto*, *& solidis*, &c. Ps. 51:20.21. *His copulat Psalmum* XXIX:2. *Date*
Deo gloriam filii potentium, &c. *In quo itidem confessio habetur*, *cujus est sensus*,
quod omnia ex manu ejus pendent, *id est*, *quod per decretum suum* (*hoc enim* vox *hic*
significat) *omne quod ipsi collubitum est facit*, &c. (confer Eph. 1:11.) *mox subdit*
Psalmum qui sensum habet deprecandi aut petendi, *ex orantis arbitrio*. *Exinde Psal-*
mum cui titulus *precatio Mosis*. Psalm. 90:1... *Ut notam faciant captivitatis suæ*
difficultatem, *supplicantes & quærentes* Finem Salutis. *Secundum id quod scri-*
ptum est: *Appareant opera tua servis tuis*, *& decor pulcherrimus Domini Dei nostri su-*
per nobis! v. 16. *Addit hæc Jeremiæ commata*: *Cap.* 14:21... *ne spernas propter no-*
men tuum, &c. Atque *hæc exhibent* צעקה *Vociferationem ad Dominum*, *ob me-*
moriam fœderis; *quod cum patribus percussit*, (inde Judæorum conversionem
suo tempore futuram Paulus etiam repetivit Rom. XI:27, 28.) *Adjungit iis*
quinque Sanctitates, *in quibus est* קריאה *exclamatio*, *respondentes quinque libris Le-*
gis: Prima est: ואתה קדוש Ps. 22:4. *Et tu es Sanctus*. *Quod refertur ad librum*
Geneseos, ubi *per novam mundi productionem*, &c. *Dei existentia* comprobatur.
Secunda est: Ies. XLVII:4. *Redemtoris nostri nomen est* יהוה *Exercituum*, *San-*
ctus Jisraelis. *Alludit* istud ad *librum Exodi*, *in quo est historia liberationis ex Ægy-*
pto. *Tertia est*: Jes. 6:3. *Sanctus, Sanctus, Sanctus est* י״י *Exercituum!* *Quod oc-*
culte referunt ad librum Leviticum; *in quo monita sunt Sanctitatis per sacrificia*, &c. 170
qua Jisrael reliquis gentibus antecellit, & separatur. *Quarta est*: Ezech. 3:12.
Benedicta sit gloria יהוה *de loco suo*, quod cum *quarto libro* convenit (Numeri)
ubi *est ordinatio vigiliarum Tabernaculi*, *& modus profectionis Nubis in qua erat Glo-*
ria, &c. Quinta est: *Audi Israel Dominus Deus tuus Dominus*, *unus* Deut. 6:

4. *Illudque loco quinti est libri in quo hoc comma habetur. . . .* אמנם הוא אחד פשוט מכל צד בלי שום רבוי מאופני הרבוי *Revera ille unus est simpliciter; ex omni parte, sine ullo modo multiplicationis, quicunque* tandem esse possit. Post aliqua adhuc, & recitationem *Parascha Zizith*, & qvasdam Dei legisque laudes ex *Seder*, &c. *cadit in faciem dicens, in te confisi sunt Patres nostri* Ps. 22: 5. *petitque supplicans remissionem & misericordiam, pro se, & pro populo suo Israel, & instauratione Jerusalem, &c. Tandem obsignat, & finem facit tacita prece, secundum illud quod invenimus de Hanna* 1. Sam. 1: 13. Hæc ferè summa est, ac ratio orationis & cultus verspertini inter *Karæos*, à quo matutinæ preces non multum, nisi qvorundam Psalmorum, qui mane magis conveniunt, permutatione differunt; qvam visum fuit hic breviter occasione oblata exhibere; ne, qui Rabbanitarum preces ad unguem novimus, hæc penitus ignoremus.

Jam licet ad *Gestus* progredi, qvibus *Karæi* inter orandum utuntur. Ubi annotatam inveni פרישת ידים *Expansionem manuum*, secundum id qvod scriptum est: ופירש ידיו אל הבית הזה *& expanderit manus suas ad domum hanc* 1. Reg. 8: 38. Ubi Karæus ex memoria laudans hoc dictum ידיו scripsit pro synonymo כפיו *palmas suas*, quomodo in omnium optima edit. Veneta Bombergi 3. Vol. fol. aliisque est excusum. Deinde בריכה, כריעת ברכים *flexionem genuum*, & *προσκύνησιν*. *Juxta illud Psalm* XCV: 6. *Venite procumbamus & genuflectamus.* Singula vero sic probant & discriminant: השתחויה היא שחות הראש *Histachaviah est inflexio capitis.* הכריעה *Hacceriah cum crura adhærent* (applicantur) *suis ligaturis.* Forte erit ut Turcæ sedent, aut Chinenses. הבריכה *Habbericha*, est *cum quis genubus suis nititur* (consistit hebr.) ut scriptum est 2. Chron. 6: 13. *& incurvavit se in genua.*
171 והקידה Et *Hakkida* est *demissio verticis*, cujus inflectio humilior est qvam in *Histachaviah*; qvod ex Gen. 43: 28. parum firmiter, meo judicio, probant. ונשיאת ידים & *Elevatio manuum*, juxta id Ps. 134: 2. *Tollite manus vestras ad Sanctuarium.* ונשיאת עינים & *Sublatio oculorum* ex scripto Ps. 123: 1. *Ad te levavi oculos meos.* העמידה & *Statio: ut stemus tempore matutino.* Nehem. 9: 5. *Surgite, benedicite Domino.* והרמת קול בצעקה *Elatio vocis per clamorem*; secundum illud Ps. 77; 2. *Vox mea ad Dominum & clamavi*, &c. ותפלה בלחש & *Precatio submissa voce; ad* imitationem *Scripturæ* 1. Sam. 1: 13. *Labia tantum ipsius movebantur, at vox non audiebatur.* Tanti vero faciunt ista, & de genere hoc alia, ut *sine iis*, suo quæque loco, *preces vix* videantur *suis numeris absolutæ; ratio est quia omnia membra ad Dei cultum, & hymnos, apta nata sunt: ex eo quod scribitur* Ps. 35: 10. *Omnia ossa mea proloquentur: quis tui similis est Domine?* Neqve his contenti alia adhuc reqvisita de *vestitu*, *loco* &c. adjungunt.

ויש עוד תנאים אחרים שהשכל גוזר אותם כגון תקון הגוף תקון המלבוש ותקון המקום תקון הגוף הוא להשוות רגליו זה בצד זה ועינים מכונים למקום השתחויתו ולהניח ידיו אל לבו הימני על השמאלי לא על חלציו עומד באימה ופחד כעבד לפני אדוניו תקון המלבוש צניעות החשובים כמנהג החשובים ומנהג המשרתים לפני מלכם תקון המקום ר׳ל בקרקע gunt. חבגרים מהלאה וכ׳זל *Ac sunt præterea aliæ conditiones, quas ipsa sciscit ratio; uti sunt statura corporis, dispositio vestimenti; & loci ratio. Statura corporis est, ut pari ordine pedes ponantur, hic juxta illum, ut oculi recta dirigantur ad locum suæ adorationis, ut reponantur manus in cor, dextra super sinistram, nequaquam vero in lumbis suis, atque stat in tremore & timore* (μετὰ τρόμου καὶ φόβου Phil. 2:12.) *velut servus coram Domino suo. Dispositio vestium: ut alæ vestimenti sint ultra se invicem, adeoque cum transgressæ, qui eo vestitur. Secundum morem* החשובים *eorum qui sunt in æstimatione*, (eadem plane phrasis quæ Gal. 2:9. οἱ δοκοῦντες) *& rituum ministrorum coram suo Rege.* Loquitur ex consuetudine suæ regionis. *Ratione loci* commonent cum *Rabbinis*, ut precans *depressiori loco consistat.* (יעמוד) Proprie magis itaque quam vulgus assequitur interpretum Poëta dixit: Vid. Saubert. de precib. Jud. cap. 4. Juvenal. lib. I. Sat. III. v. 296.

Ede ubi CONSISTAS? in qua te quæro Proseucha?

vultumque habeat obversum Hierosolymis. Monentes unà, *non esse consentaneum ut loca suæ precationis multiplicet, sed unum condictumque locum* observet. Cui præjudicio, libertatem N. T. tuiturus, contrait Paulus, precationem etiam solita ipsis metonymia per נשיאת ידים *Elevationem manuum* innuens, dum *vult viros in omni loco precari, puras manus levantes* I. Tim. 2: 8. Respectu denique *sermonis*, est oratio quæ *elata voce* clarè profertur, ut ordinariò; vel בלחש *tacito murmure*, atque hoc modo orant בביאת המשיח ולבנות היכלו וזולתם *pro adventu Messiæ, ædificatione Templi ejus, &*, quæ huc pertinent, *pluribus*; sive jam hæc submissa rogent voce, ut eo intimior sit animi affectus; quemadmodum ad *Hannam* modo provocabant; sive, quod magis suspicor, id fiat ob metum gentium ubi habitant, quarumque excidium, cum adventu Messiæ sui, & exspectant, & precantur. Quod ad *personas*; oratio est vel *plurium*, ut in Synagoga, &c. Vel *unius*, & privatim. Prior tamen longe majoris ipsis habetur efficaciæ: אף על פי שבתפלת יחיד יצא מידי חובתו אין תפלת יחיד כתפלת הצבור כי אין השגחת הכלל כפרט כי ההשגחה בכל בעצם וראשונה ובפרט בשנית *Licet enim aliquis prece solitaria satisfaciat officio; non est oratio unius comparanda cum oratione totius congregationis, sicut non æqua est providentiæ cura erga genus & individua; nam providentia erga genus per se ipsam est, & primo loco; erga particularia tantum secunda-* 172

 rio.

riò. Quicquid de hac sit ratione, quæ nauci; gemina mens tamen Rabbanitarum comperta est; qvi ideo decem requirunt ad minimum ut in *congregatione Jisraelis* promptius oratio exaudiatur; de qvo viri doctissimi bene multa tradiderunt: & quorsum nos verba Christi aliquatenus respexisse credimus Matth. c. 18. Judæi numerum sectantur inter precandum; atque inde certam & faciliorem exauditionem sibi inepte promittunt; ego vero in uno *nomine meo* hoc vobis addico, & si jam non *decem*, sed vel
Matth. 18. 19. *duo in quamcunque rem consenserint in terris ut eam petant; iis à Patre meo in Cœlis obtingit.* De *Lingua* vero, & idiomate, qvo preces debent constare, *Karaitici* Doctores sic scribunt: רוב חכמים פסקו שלא יתפלל המתפלל אלא בלשון הקודש לא זולתו מפני שלשוננו שפה ברורה שאין בה שמות לעניינים מגונים ועוד שהכתוב חייב לקרא בשם יהוה ממש וזה לא יתכן בזולב לשון הקודש *Maxima pars Sapientum definitâ statuunt sententia,*
173 *precari non debere quemquam, quum precaturus est, ulla alia lingua quam sancta. Quandoquidem lingua nostra est lingua pura, in qua non sunt nupta verba, aut sensus obscœni.* (id non usque quaque verum esse, facile noverit qui quid sit שגל & similia habuerit compertum) *tantoque magis, quod nos Scriptura obligat ad vocandum Deum nomine ipso* יהוה *proprie, quod non quadrat in alium sermonem præter sanctum.* Objiciunt sibi quidem exemplum *Danielis qui Chaldaice oravit* cap. 6. Sed respondent, *Danielem id non fecisse ex ignorantia linguæ S. verum ut intelligere possent, qui ei erant præfecti*; Atque ita suspicionem amoliretur. *At si fuisset inter filios Jisrael, illum lingua S. precaturum fuisse.* Præter rei qvæ agitur probationem, hinc duo non temnendi usus datur intelligere: Primo Judæos *Karæos* non esse tam superstitiosos atque sunt *Rabbanitæ* in proferendo Dei nomine τετραγραμμάτῳ, dum *obligatos* sese profitentur ad *appellandum* eo Numen ממש *proprie*, & in *substantia sua*, adeoq;, ut ego capio, qvemadmodum in se sonat, suisqve vocalibus exauditur. Deinde ex tali opinione Hebræorum, quæ preces non nisi lingua sancta concipi voluit, natus videtur iste dissensus in Ecclesia *Corinthiorum*, & ex dissensu Paulo necessitas de eo aliquid monendi ac statuendi 1. Cor. cap. XIV. Haud diffiteor fuisse qui donum, quo pollebant, linguarum fortassis sic intempestive ostentarent: sed putem quando vers. 14, 15, 16. de *precibus*, *hymnorum cantu*, & *gratiarum actionibus*, loquitur, *ignota lingua* quibusdam Corinthi in fidelium cœtu peractis, ad *quas idiota Amen respondere* nequiret, Paulum hoc ulcus tangere, & hanc potissimum linguam respicere; qua, velut sanctiore, ex Judæis conversi (qvorum non una de causa magna erat in credentium conventu auctoritas) concipere preces solebant: quas Corinthii, & qui cre-

crediderant ex gentibus, neutiquam aſſequebantur. Multa id ſuadent. Illud *Amen reſpondere*, qvod urget tanquam argumentum ad hominem, nuſpiam gentium, niſi inter *Iudæos* obtinuit. Hac linqua orantes ſe *πνέυματι*, non interno ſolum Spiritus motu, ſed & ipſis *Spiritûs S. verbis* בדברי נביאים ut ſupra, orare poterant gloriari. Quin quæ hic enumerantur ſpecies *προσευχαὶ*, *ψαλμοὶ*, *ἐυχαριςίαι* ipſæ illæ ſunt תפלות, מזמורים, תודות quas Hebraica dialecto celebratas in Karæorum liturgia modò videbamus.
Unde, ſi quis accuratius adhuc vellet inquirere, ſuſpicari poſſet, ex Karai- 174
tica maximè ſchola iſtos prodiiſſe. Cùm quia eorum plures videntur ad
Evangelium, quam Pharizæorum, transgreſſi; ut pote Chriſto propio- pag. 66.
res, de qvo ante diximus; tum, quod linguam S. in precibus conſtanter magis & rigidè hi urſerint quam Rabbanitæ: qui קריאת שמע *Keriath Schemah*, conſequenter & preces dialecto Chaldæa, Græcaque reddi, ceu notum eſt, permiſere; quòd præſtaret nota lingua dicere, quam nulla. Ex hoc tamen *Karæorum* ſtatuto nihil iis præſidii eſt, qui ſacra ignota populo celebrant lingua, quia Hebraicam iſti notam habent inter ſuos; & quo vulgo ſit notiſſima, articulo fidei VI. unumquemque ad illius ſtudium obligant, puerosque applicant jam teneros, & ſexennes. Quam commendant precaturis ſacræ Literæ *fidem* & *pœnitentiam*, non obliviſcuntur etiam *Karæi*: צריך להוות בתשובה וביראה תמיד כדי שינצל מרשת הרשע וזה לא יהיה כי אם בתפלה *Neceſſarium eſt* (homini) *ut in reſipiſcentia & timore perpetuo verſetur, quo cripiatur ex reti improbi, quod niſi per preces non poteſt obtineri.* אמונה *Fidem* multis inculcant, & extollunt, nec in re nota verbis eſt opus; duo tantum notabo: quod velint tam certo & univerſali obſequio eam Scripturis mancipatum, ut ne quidem per modum diſquiſitionis liceat hic veritatem in dubium vocare. אין ראוי לעיין האדם במחשבת לבו Adderet
על עקרי התורה והאמונה לדעת אם הם אמתיים אם לא כגון לחקור Eliahu in
אם השם נמצא או לא אם נתנה תורה מן השמים אם לא וגו' ע״ז cap. 3. *Non decet hominem cogitationibus cordis ſui ita ſpeculari articulos radicales Legis, & Fidei, ut diſpiciat num veri ſint; nec ne? V. gr. diſquirere num Deus exiſtat, vel non? an data Lex ſit è Cælo, an non?* &c. Duplicem ejus adferrunt rationem; Quod hæc jam dudum ſatis ſuperque ſint comprobata; שלא ימשכו אחרי דעתם הקצרה וידמו שמחשבתם הגיעה אל האמת ורוב מן החוקרים באלה הדברים יצאו לידי מינות... ולזה אמר הכתוב ולא תתורו אחרי לבבכם ואחרי עיניכם אשר אתם זונים אחריהם. *Ac ne forte abſtrahantur ad obſequen-*

quendum curto ingenio; & imaginandum sibi ac si cogitatio sua (melius) *attigerit verum. Cujusmodi rerum multi indagatores in hæresin lapsi sunt. Et huc spectat quod scriptum est: Num.* XV: 39. Ne *incedatis ex* dictamine *cordis vestri, vel oculorum,*
175 *quibuscum soletis meretricari.* Si curiosa & petulans, ad elevandam fidem, hic vetetur disquisitio, bene est; at grave & pium examen ad firmandam veritatem, & errantes convincendos ipsa nequaquam refugit Scriptura. 1. Cor. 10:15. Alterum quod observari volebam his verbis continetur: לכן אמרו החכמים שכל מי שיבטח לשום נמצא מן הנמצאות ובפעולה מפעלותיהן הוא בכלל עובר ע״ז והעובר אותו חייב *Propterea dixerunt Sapientes, quod qui confidit* (aut fiduciam ponit) *in quocunque ente ex omnibus entibus* (præter Deum) *aut in aliquo opere ex operibus eorum, ille in genere*, & censu, *est Idololatrarum, & qui id colit est reus.* Videant qvos contraria praxis condemnat; ego Socinianum rogo, ut sedata mente hanc thesin cum Evangelii gestis, verbisque Christi comparet, imprimis Joh. 14:1. πιστεύετε εἰς τὸν θεὸν; καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε. *Fiduciam non in ullo ente*, quantumvis excellenti, præter Deum *collocandam* sana saniorum Iudæorum doctrina est; Prophetarum est: Jer. 17:5. ipsius Christi est; hoc ipso tamen loco eandem cum Deo *fiduciam in sese* deposcit Servator. Qui si merus homo tantum erat, licet eminentissimus, & non Deus, num talis delicti scandalum auditoribus objecisset? num plus de Patris ἐξοχῇ atque *honore*, quem tamen *quæsitum* venerat Joh. 8:49. 50. quam hostes Judæi delibavit; num (qvod absit!) sophistam egit cum dicta firmaturus statim adjecit, Philippo vers. 8. Patrem sibi, ut Moses Deum, monstrari petente, vers. 9. . . . ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα . . . ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί, &c. Hæc nisi quid majus dicant quam homini competit, quomodo id quod, omnium sententia, nemini nisi Deo potest deferri Christo vindicabunt? Sinceram denique *fidem* eousque statuunt & utilem & necessariam, ut inde magis quam ex operibus æstiment Jisraelitam genuinum. Ponamus illorum verba, quæ Pauli disputationem cum Pharizæis, aliisque in *Epistola ad Romanos*, super hoc titulo aliquantulum forte adjuvabunt: צריך שתדעהו שכל מי שהוא מזרע ישראל ואינו מאמין באלה העקרים או באחד מהם אינו בכלל ישראל ואין ראוי לאהוב אותו ולא לקראו בשם אח אפילו שיהיה עושה כלל המצות׳ ולא יהיה מן הנכנסים· לגן עדן ויקרא אפיקורוס . . . ואם יהיה מאמין בהם ויודע אותם בריאה ומופת לפי מה שסדרנום הוא ישראל גמור אפילו שלא יהיה מזרע ישראל וראוי לאהוב
176 אותו כאח בן ישראל ואפילו שיעבור בקצת מהמצות לתגבורת התאוה לא

על

ער— צד החפץ... ויהיה מן הנכנסים בגן ערן והוא יקרא בעל אמונה
אמתית והוא ראוי להקרא איש וכ״ול. *Opera pretium est* advertere, *ut cum*
agnoseas, quod unusquisque, qui est ex semine Jisrael, & non credit hisce decem *arti-*
culis, vel uno excepto, non est in censu Jisraelis, neque convenit ipsum amare, (me-
lius mitiusqve Evangelium amorem jubens, interdicis modo familiarita-
tem Rom. 16: 17. 2. Joh. vers. 10. &c.) *aut fratris nomine compellare; etiamsi*
omnia cæteroqvin *mandata observaverit, neque inter eos erit, qui in hortum Eden in-*
trabunt, sed vocandus est Epicureus. At vero, si quis habeat iis fidem, & agnoverit
argumentis & demonstrationibus (*non* בקבלה *auctoritate traditionis*, uti mox se
explicant) *juxta ea, quæ nos ordine proposuimus, iste est* Israelita perfectus, *licet*
haud ex semine Israelitico sit oriundus; decens est illum amare, tanquam fratrem,
Jisraelis filium: etsi transgrediatur aliqua ex parte Legis *mandata, violentia sua cu-*
piditatis victus, *& non ex lubentia voluntatis*, (qualem se Paulus depingit
Rom. VII: 15, 23.) *hic erit ex iis, qui in hortum Eden recipientur, hic vocandus est*
Dominus (confessor) *veræ fidei; dignusque, qui* איש Vir *vocetur, &c.* qvod lon-
ge excellentius nomen iis, quam אדם *homo*, &c. Advertamus ergo ejus-
modi emphasin in isto qvoque vocabulo ἀνὴρ Eph. 4: 13. Jac. 3: 2. &c. Non
exigua lux, vel uno hoc loco, Paulinæ scriptioni posset inferri, si hoc jam
ageremus, & multæ hypotheses convelli, qvas Judæis, Pauli adversariis,
affingunt interpretes quidam inconsulti; ut suis principiis Apostoli sen-
sum, qvo jure, qvave injuria, accommodent. Intelligitur V. gr. ita sa-
niores Judæos fidem non sejunxisse ab operibus: צריך להיות מעשיו
נמשכים לאמונתו *Necesse est, ut opera cujusque cum fide sua conjungantur.* Non
voluisse justificari operibus ante fidem ac regenerationem; vel operibus
perfectis, &c. Tum, qvæ in Scriptura memoratur, *perfectionem* ad am-
plissimum fidei obseqvium & cognitionem, ut 1. Cor. 2: 6. Hebr. 5: 14.
non ad obedientiæ pensum pertinere, &c. Quæ magni quidem sunt usus,
sed alius, si Deo videbitur, loci. Hoc jam modò volebam, non multum
abludere fundamentum *Karæorum* ab illa Apostoli conclusione, verum
Israelitam esse ἐν κρυπτῷ non ἐν τῷ φανερῷ. Non in *carne*, sed *fide* Rom. 177
2: 28. 29. Et si quis Hebræus a fide sit devius, nihil illum Abrahami ge-
nus, aut Legem Mosis juvare; si Gentilis recte credat, & vitam instituat,
nihil illi gentilem originem, apud Deum in negotio salutis, nocituram.
vers. 25, 26. &c.

* De fide jam satis. *Adoratio religiosa*, quæ hujus conjunctissimus vel
comes est, vel fructus; Rom. 10: 14. non minus, qvam fiducia, soli Deo
tribuenda docetur. לכן אין ראוי לו לעבוד ולא להשתחוות אחד

מהנמצאות כגון מלאך גלגל וכוכב או אחד מארבע יסודות או המורכב מהם · וגו׳ *Ideo non est conveniens, colere aut adorare aliquid existentium* creaturarum, *veluti* ANGELUM, *Orbes cœlestes, aut Stellam, unum ex quatuor elementis, vel qvicquid ex iis componitur. . . Et qui hoc debilitat* (vel extenuat) *totam Legem infringit*, propterea mox *præceptum* additur: *non facies tibi sculptile, aut similitudinem quamcumque*, ad colendam eam. Utqve ansa præcidatur certius Iconolatriæ, in ipsa domo ad usum civilem ornatumque habere vetuerunt *imagines prominentes*, edolatas vel tornatiles: quæ *figura* non modo, sed & *extensione* hominem, aut alia animalia, referrent, planas vero cælatasque, quòd in iis nil solidi est, adeoque manifestum erroris *ἀντίδοτον*, utcunque tolerarunt. אסור לאדם לצייר בביתו או בטבעתו שום דבר מהדברים הנעבדים לעובדי ע״ז · בצורה בולטת אלא אם יהיה בצורה שקועה הדבר עובר כי זה נקרא חרות אבל הבולטת דומה למסכה *Interdictum est unicuique in domo sua, vel moneta sua, aliquid earum rerum, quas colunt extranei cultus fautores, effingere, figura prominenti; sed, si sit forma subsidente, transeat, isthæc enim cælatura appellatur, at prominens imago ad* מסכה erectam *statuam* Scripturis interdictam *accedit*. Immo & in *moneta* ipsa *rei*, qua abutuntur *Idololatræ*, *cælaturam* prohibent: quia *cum* ceræ, &c. *imprimeretur, sic quoque promineret*. Nec diversa est sententia *Rabbanitarum* apud *Maimonidem*. Quæ, ut multa alia, à Judæis ad primos Christianos dimanavit, & inter Græcos in hodiernum usque diem perdurat hactenus, ut nullam *imaginem sculptam* aut *excisam*, quam potius ut idolum exsecrantur, sed *pictam* vel incisam solummodo, in templis admittant. Unde mox elucescit, cum illa mulier *αἱμοῤῥοοῦσα* Matth. 9: 20, 22. à *Matthæo* ut Judæa inter Judæos inducatur, nullo

Hilc. Aboda Zara Capp. 1, 2. Metrophan. Eustratii Zialovvski Eccles. Gr. descriptio. p. m. 140.

178 apud ullum Evangelistam Ethnicæ originis aut religionis, sed contra *fidei* indicio; quam genio gentis, consuetudini temporum, Religionis Judaicæ principiis adversetur incerta illa narratio apud Eusebium, qvasi *statuam* suo Servatori pro gratiarum actione ipsa erexerit. Dumqve Eusebius *gentili consuetudine* factum asserit, an non ipse satis id insolens, & displiciturum Judæis confitetur, suaque adeo vineta cædit? unde enim piæ & *credenti* feminæ consilium erigenda statua imitari morem Gentilium, cum statuas per patriam Legem didicerat ab unguiculis detestari? Hinc causam deprehendimus, cur effigiei *pictæ*, vel *incisæ* V. gr. Pastoris in calicibus Eucharistiæ apud *Tertullianum* aliqva alicubi mentio, licet perparca, adhuc apud Veteres exstet; quia hæc erat figura שקיעה *depressa*. Sed צורה בולטת *Imaginis prominentis* & *statuæ*, quales tamen sacratissimæ sunt Romanensium, vel levis-

Libr. de Pudicit.

leviſſimum exemplum (ſi diſceſſeris ab figmento Hæmorroiſſæ) diligentiſſimi Iconolatriæ Patroni primis ſeculis Chriſtianismi haud poſſint proferre; cum noſtri tam multa in contrarium. Hinc habemus, cur Patres *Eliberitani* Can. XXXVI. de *picturis* tantum loquantur, quæ tunc incipiebant gliſcere, neutiquam de *Statuis*; nempe tunc nondum Chriſtianis in uſu. Tandem judicium ferri forte poterit quoque ex iis, quæ in *ſignanda moneta* Judæi obſervata commemorant, de variis nummis qui *Jeſu*, *Salomonis*, &c. *forma prominenti*, velut à Judæis cuſi, exhibentur apud *Hottingerum*, *Wagenſeilium*, alios celeberrimos viros. Ji autem, quibus ægrè perſuadetur, ullos antiqui κόμματ(ος) Siclos ſupereſſe etiamnum, hoc argumento nequeunt pugnare; quoniam forma prominens ſolum *earum rerum* vetatur, quas *colunt extranei*: in qvorum catalogo *Urna Mannæ*, aut *Virga Aaronis* non comprehenduntur. Quin, ut tanto majorem ſuis Idololatriæ incuterent horrorem, omnem uſum, lucrum, utilitatem quamcunque, qvæ ex inſtrumentis ejus, aut connexis capi poterat, ſeverè admodum interdixerunt pridem, cum aliis Hebræis, *Karæi.* אסור ליהנות מכל מין ע״ז ומכל מה שהוא תקרובת לע״ז כגון לקנות ע״ז עצמה ולמוכרה או נפלה בגורלך והיא תחת רשותך אל תהנה ממנה:.. אמנם הבהמות שהוכנו לתקרובת ע״ז הכל אסורים כ״ש כשיעשה בה סימן ע״ז הפך דעת בה שאמרו שהבהמה מותרת בהנאה כשלא יעשה בה סימן ע״ז;
Vetitum eſt quicquam utilitatis accipere ab omni ſpecie cultus extranei, aut ex omni, 179
quod pro munere oblatum eſt qvomodocunque *Idolo. Ita non licet Idolum ipſum emere, aut vendere. Et, ſi ſub ſortem cadat tuam, veniatque in poteſtatem, nil inde capias emolumenti.* Poſtquam de locis, aliisque diſſeruit, porrò pergit; *Certe Beſtiæ, quæ deſtinatæ & aptatæ ſunt in manus Idoli, in univerſum interdicuntur; quanto magis vero, cum jam in iis ſignum extranei cultus eſt datum.* Quod tenendum *contra ſententiam Traditionariorum, qui ſentiunt, permiſſam eſſe ejusmodi beſtiam uſui, quamdiu nondum ſignum Idololatriæ in ſe recepit.* Id ſtatim, ceu quivis videt, peperit diſſenſionem; atque iis Judæorum, qui inter gentiles habitabant, curam quotidie, & anxiam inquiſitionem, an? & quousque hoc animal Deo fortè cuidam ſacratum? Auxit ſollicitudinem receptus iis Chriſtianismus. Per qvem ſublato jam ciborum diſcrimine, & diverſo more mactandi, boves & pecudes in gentilium tabernis, & macello, emebantur; non ſine ritus Idololatrici ſuſpicione, vel contagio. Atque hæc origo eſt potiſſima operoſæ illius & moleſtæ diſputationis in prima Apoſtolorum Eccleſia toties, & tam multis locis agitatæ, de uſu εἰδωλοθύτων.

Act. 15:20. Quod scire interpretum, moneri lectoris interfuisset. Quum itaque sub
Rom. 14: œconomia N. T. non minor esset fuga vel aversio Idolorum, 1. Joh. 5:21.
1. Cor. 8. 1. & hisce suis imbuti principiis Judæi Christianæ Religioni nomen darent,
1. Corinth. 10. &c. ubi, jam vocatis ad Messiæ notitiam gentibus, erat usus macelli publici, occasio conviviorum, &c. mox metus hinc Hebræos Christianos incessit; hæc cura coxit indies sub imo pectore, ne per illam libertatem, quod nefas erat, alicubi forsan ex *bestia* vel pecude *comederent*, Idolis aliqua parte consecrata; adeoque ex ea *caperent utilitatem*. Opus erat periculosæ plenum aleæ, & adhæc incertæ difficillimæque inquisitionis. In duas ideo partes scindebantur sententiæ. Quidam animo fortes audacter omnia esu licita pronuntiarunt. *Rom.* 14: 2. *parte prima.* Hi nimis suam *γνῶσιν* & *scientiam* jactitabant 1. Cor. 8: 1, 10. Quo nomine & fundamento *οἱ Γνωστικοὶ* multa indigna fœdaqve postmodum invexerunt in Ecclesiam. Alii scrupulosi, & fide infirma, ut omne contagium & discrimen certò effugerent, *oleribus* tantum *victitabant*, *Rom.* 14:2. *parte postr. Scandalum* ex nimia
180 fratrum licentia arripientes 1. *Cor.* 8. 13. *fin.* Hæc semina passim gliscebant *συῤῥάξεως*, animos & vitam ista turbabant. Quid ergo hic facerent Apostoli? Prudentia opus erat, & firmo pectore. In Concilio propterea Hierosolymitano, in Hebræorum gratiam, omnibus credentibus ex gentilitate graviter edicunt Act. 15:20. *Απέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων.* *Αλισγήματα* vocant ab *ἀλισγέω*, idem, quod *μολύνω* Ecclesiastici Cap. 40: 29. pro eo, quod Hebræi dicerent תועבות, פסולות. Quare *Hesychius* exposuit *θυσιῶν μιαρῶν*. Verum hoc generali interdicto, cum omnes qvi intercedere poterant casus, & circumstantiæ singulares, nequaquam dirimerentur, Spiritus S. per *Paulum* debuit hoc paulo pressius clariusque ad instructionem ambigentium definire. Præfatur, se &
1. Tim. 4:4. omnes suos naturæ rerum, quod *πᾶν κτίσμα θεοῦ καλὸν*, & libertatis
1. Cor. 8: 1. Christianæ, cæterorumque, quæ ad hanc causam faciunt, æque *notitiam habere*, ac isti, qui sibi hac parte magnopere placebant. Interim non temere, vel imprudenter ea libertate utendum. Non expedire, ut quis *εἰδωλόθυτα* comedat. 1. Si ante sciat Idolo dicatum: si habeat *συνείδησιν εἰδώλου*, eamque *ἀσθενῆ* 1. Cor. 8:7. etsi non idololatricum in finem præcise proponatur. 2. Malum est si בשמו eo *nomine* comedat, & respectu: *ὡς εἰδωλόθυτα* 1. Cor. 8:7. *med.* Quod variis indiciis colligi possit; sive palam di-
Epist lib. 1. catur, sive in *convivio* fiat *sacrificali* gentilium 1. Cor. 10: 14, 18, 20. S. *Cypri-*
Ep. 4. *anus* ideo *Martialem*, Episcopatui inhiantem, reprimit, qvod *Gentilium turpia & lutulenta convivia in collegio diu frequentasset.* Sive in *Templo* ipsius *Idoli*, vel *εἰδωλείῳ* 1. Cor. 8: 10. 3. Si infirmus frater, accepto illinc scandalo,

in

in via veritatis vel ſalutis hoc facto retardetur 1. Cor. 8: 9, 13. Ubi horum omnium abeſt metus ac periculum, & probe juris ſui gnarus eſt quiſpiam, non damnans ſecus ſentientes Rom. 14: 3. nec à ſua ipſe damnatus conſcientia, verſ. 5, 22, 23. illi permittit Apoſtolus edere, ſine curioſa factorum inquiſitione 1. Cor. 10: 25. *quicquid venum exponitur in macello.* Quia, ſi forte ſe inſciis fictæ Divinitati alii quid contra fas ante obtulerint, poſtquam in ſua erat poteſtate, accipiebant tamen & utebantur fideles tanquam à vero Deo datum, cujus id erat ſolo jure & Dominio, quemadmodum *tota terra ejusque plenitudo.*

Quæ ad noſtrum magis inſtitutum ſpectabant, & in *Doctrina Moribusque* Karæorum notabilia præprimis videbantur, ſic breviter quidem perſtrinximus. Ex quibus unicuique, niſi fallor, pateſcet, quemadmodum communis toti reprobæ genti duritiei & ἀπιςίας rei tenentur, ita ab altera parte nec ingenii acrimonia, nec doctrinæ ſanioris atque imprimis Scripturariæ opibus, neque inaffectatæ probitatis ſtudio, ulli Judaicarum Sectarum ſecundos debere reputari. Quo factum eſt, quod inter ipſos adverſarios, qui animi quadam moderatione utuntur, hanc laudem iis ſubinde non ſuſtinuerint denegare. Eruditione & vetuſtate inter ſuos celeberrimus *R. Iehuda Levita*, Cozareorum Regem inducit, ipſe vix contra dicturus, de iis hoc modo teſtantem: כי אני רואה אותם משתדלים בעבודה יותר מהרבנים ואני שומע טענותם יותר מכריעות ויותר מפיקות לפשט התורה id eſt, vertente celeberrimo Buxtorfio: *Video enim, illos (Karæos) in cultu divino diligentiores & ferventiores eſſe Rabbanitis, animadverto etiam, illorum rationes validiores eſſe, & ſenſui literali Legis convenientiores.* Iterum poſtea: אך הקראים הם משתדלים בשרשים ומתחכמים בתולדות *Verumtamen Karæi accurati ſunt in radicibus,* (fundamentis Legis) *& in illationibus callidi & ſapientes.* Quod ſi hæc ad animum revocaſſet, aut occaſionem nactus fuiſſet, penitius in notitiam Karaitici dogmatis ſeſe inſinuandi *Joh. Hen. Hottingerus*, nequaquam ſiviſſet inclemens hocce de iis judicium ſuo calamo excidere Vir candidus & πολυμαθὴς: *Quotquot Karaitarum ſacris, ſi qua apud GENTEM PÆNE PROFANAM ſunt, erant initiati, &c.* Impudentia videlicet calumniandi Rabbinica integerrimum virum decepit, daturum cum multis exemplum, quam non ſit decens aut tutum, alius judicio inauditum & ignotum ſua ſententia leviter condemnare.

181

Cozri part. III. §. 22.

Hiſtor. Eccleſ. Sec. XII.

182

CAPUT XI.

Nomina & successio Doctorum inde ab Ezra, quos Karaei sibi vendicant; nec sublestae fidei statim convincenda. Praecipui quidam, cùm doctrina, tum vetustate, indicati. Literae R. Menachem Karaitae ad Aquilam proselytum. Liber Grammaticus Karaeorum. Propior assertio, quod per ב״ה Domus Hillel *notetur. Karaei punctationem admittunt. Ubi tamen in Codice S. non sequantur? Caeteroquin exemplarium conformitas.* Karaitici *studii usus.*

RElstat, & est operæ pretium, ut aliquid de insignibus illorum *Doctoribus* & *Libris*, præterea, quæ sparsim sunt indicata, subjungamus. *Doctorum* seriem, qui eandem cum iis doctrinam, in præcipuis certe capitibus, tenuerunt, continuato ordine hunc in modum recensent, inde à Mose per Prophetas ad Ezram; quos non opus est persequi. Hinc procedunt: *Ezra Domusque judicii ejus docuit eam (Legem) Simeonem Justum, magnum Sacerdotem post Ezram, super quem pax. Simeon tradidit Antigono Sochaeo... Antigonus tradidit eam Josepho, filio Joëzer, Viro Zeridaeo, & Josepho, Filio Jochanan Hierosolymitano. Isti tradiderunt Nittai Arbelitae ac Jehosuae Ben Perachjah. Nittai vero & Jehosua, filius Perachjah, tradiderunt eam Jehudae Ben Tabbai, & Simeoni Ben Setah. Atque iis temporibus voluit R. Simeon Ben Setah abjicere, quod exaratum est in Scripturâ veritatis, nisi Jehudah Ben Tabbai in ruptura stetisset. Per quem clare exposita est vera doctrina, doctrina filiorum Scripturae; confirmata, & restituta integritati suae, quemadmodum fuerat olim, &c.. Jehuda & Simeon tradidere eam Semajae & Abtalioni. Abtalion tradidit eam Rabbi Hilleli, Rabbi Hillel tradidit eam* לבעלי קבלה *Kabbalae studiosis, quemadmodum acceperat a Praeceptore suo, à Simeone Ben Setah. At Semajah tradidit Rabbi Schammai, & R. Schammai Senior ille venerabilis & pius, tradidit eam* לבעלי מקרא *Assectis Scripturae, quos Rupes aeterna custodiat atque vivificet! iis praebens auxilium, perdens vero hostes & adversarios eorum, qui malum iis machinantur! Rabbi Schammai tradidit eam R. Cahana Sacer-*

183 *doti filio Alav-Eni, qui aquas* (munditiei) *paravit Vaccae rufae sub domo secunda, filio Jedajae Sacerdotis... Et R. Cahana tradidit eam R. Simei filio suo. Et Rabbi Simei Sacerdos tradidit eam R. Jehochanan filio suo. Et R. Jochanan Sacerdos tradidit eam R. Zadok filio suo. Et R. Zadok Sacerdos tradidit eam R. Ezechiel filio suo. Et R. Ezechiel Sacerdos tradidit eam R. Achitoub filio suo. Et Rabbi Achitoub Sacerdos tradidit eam R. Jeschuah filio suo. Et R. Jeschuah Sacerdos tradidit eam R. Nethiel Sacerdoti filio suo. Et R. Nethiel Sacerdos tradidit eam R. Heman Sacerdoti filio suo. Et R. Heman Sacerdos tradidit eam Oni Sacerdoti filio suo. Et Oni Sacerdos tradidit eam*

eam R. Zephanjah filio ſuo. Et R. Nathan Princeps tradidit eam R. Cahana filio ſuo. Et Rab Cahana Princeps tradidit eam Mar Soutra filio ſuo. Et Rab Mar Soutra Princeps tradidit eam R. Choni filio ſuo. Et R. Choni Princeps tradidit eam R. Caphnai filio ſuo. Et R. Zephanjah Sacerdos R. Schemarjah Sacerdoti filio ſuo. Et R. Caphnai Princeps tradidit eam Rabbi Chaninai filio ſuo. Et R. Chaninai Princeps tradidit eam R. Boſtenai filio ſuo. Et R. *Boſtenai Princeps tradit eam* R. *Chasdai filio ſuo. Et* R. *Schemarjah Sacerdos tradidit eam* R. *Souta filio ſuo. Et* R. *Chasdai Princeps tradidit eam Domino noſtro David filio ſuo.* Rabbi *Souta Sacerdos & R. David Princeps tradiderunt eam* R. *Anan Principi, ſuper quem pax ſit. Atque ille eſt, qui doctrinam veritatis iterum claravit* populo, *poſtquam abſcondita fere erat.* Claravit autem &, *manifeſtavit argumentis evidentiſſimis, veriſque, ac demonſtrationibus validis, expoſuitque animam ſuam morti. Et ad* R. *Saul Principem, filium ejus, ab eo delata* (doctrina) *eſt.* R. *Saul vero tranſtulit ad* R. *Ioſiam Principem filium ejus. Iſte ad* R. *Benjamin Haondi. Ille detulit ad* Rab *Daniel Hakkomtzi, &* Rab *Iitzchak Habbotzeri, &* Rab *David Hammikamatz Proſelytum Iuſtitiæ. Illi tranſtulerunt ad* Rab *Noach, iſte ad* Rab *Schalmon Ben Ierouchan, &* Rab *Ioſeph, filium Noach, atque ad* Rab *Iacob, filium Iitſchak* Kirkeſeni, *&c. Eorum ætate fuit* Rab *Saadiah Gaon Happitomi. Fuitque hic diſcipulus* Rab *Schalmon Ben Ierouchan. Atque* R. *Ioſeph iſtius* (Saadiah) tempora *attigit*, eousque, *ut vixerint ſimul, & illi objiciens, eum* vehementer *urſerit ſuis argumentis;* quemadmodum *commemorat in libro ſuo* 184
Maor, *compoſito* Ao. *quatermilleſimo ſexcenteſimo & nonageſimo* (computi Judaici) *poſt creationem. Hi tranſtulerunt ad* Rab *David filium Boaz, filium Iehoſchaphat, filium Ioſiæ Principis, &* Rab *Abouvali, &c. &* Rab *Ioſeph Videntem, filium* Rab *Iacob Hakkirkezeni; ille eſt, qui compoſuit* Magnum librum Præceptorum, ubi deſcendit etiam *ad ſingularia & particularia quæque, pulcherrimo modo. Hic tranſtulit eam porro ad Salomonem Principem &* R. *Aaron Aboual Pirga, atque ad* R. *Abraham Hourſaleni Babylonium, &c. Et illi deinceps tranſtulerunt ad* Rab *Ieſchuah, filium* Rab *Eli, qui expoſuit totam Legem, Prophetas, & ἁγιόγραφα; fecitque* librum Recti *ſuper omnibus præceptis. Et ad* Rab *Iaphet Hallevi, & ad* Rab *Iiſrael, & ad* Rab *Bozeri, qui totam Legem explicuit, &c. Illi tranſtulerunt ad* Rabbinum *noſtrum Chasdai, filium Hiskiæ, filium Schelomoh Principis. Illi ad* Rabbinum *noſtrum Aaron Habitai, &* Rabbinum *noſtrum Iaphet filium Zair: tranſlaturos eam ad* R. *David Bozetz Haddamith, & ad* Rabbinum *noſtrum Boaz, filium Schelomoh Principis, filium David, filium* R. *Chasdai Principis, ſuper quem pax.* Ita ab origine, usque ad tria ſecula ante ſuam circiter ætatem, filum & ſeriem *Karaitarum* deduxit, poſt R. *Iaphet*, R. *Moſes Beſchitzi*, in celebratiſſimo libro ſuo מטה אלהים, ſubjungens hoc *ἐπιφώνημα*: עד הנה עזרנו ה"
ומצאנו העתקה אמתית והיא שלשלת העתקת דת האמתית כאשר העתק איש

איש מאיש עד זמן מושה רבנו ע"ה והוא משען אמתי שנוקר עיני האומרים שרת בני מקרא חדשה לזאת הוכרחתי לבאר האמת מתוך ספרי החכמית כתיבת ידם ונכתבו קרוב לשלש מאות שנים כאשר מצאתי אותם במצרים ליד ראש הדור החכם השלם נשיא אלהים רבינו שמואל הנשיא יצ"ו בן רה"ר שלמה הנשיא *Huc usque nos Deus adjuvit, ut veram translationem inveniremus; quæ catena est, secundum quam deducta est Doctrina veritatis, prout unus ad alium transtulit, inde usque à tempore Mosis Magistri nostri, super quem pax. Estque hoc fulcrum veridicum, ut eruamus oculos dicentibus, quod Doctrina filiorum Scripturæ est nova. Ideoque coactus fui exponere veritatem ex libris, quos Sapientes sua manu exararunt, scriptique fuerant jam annis trecentis, cum eos invenirem in Ægypto, ope Sapientis Perfecti principis Dei Rabbenu Samuel, qui dux erat*
185 *& caput ejus generationis; (custodiat eum rupes ejus & Redemptor ejus!) ac filius Rabbini & Domini nostri R. Schelomoh Principis.* Neque illa tantum ratione, descendentes à Mose ad sera tempora, hanc exhibent Διαδοχὴν; verum & ordine retrogrado, hoc modo; R. *Boaz recepit à R. Iaphet filio Zair, R. Iaphet recepit à Rab Chasdai*, & sic porro. Qui in numerum redacti, *summam* constituunt *quinquaginta quinque generationum, à R. Boaz ad Mosen* Prophetam. Cogitabis, mi lector, vel etiam objicient Rabbini, forte fictum hunc esse catalogum, quemque in rem suam Karaitæ otiosè concinnarint. Ego, ut ejus veritatem certo præstare non possim, tamen hoc facile intelligo, quod talis causatio quoque non sufficiat, ad eum arguendum falsitatis, nisi graviores rationes accesserint. Relinquatur itaque loco per me suo, donec ex aliis *Karæorum* Codicibus, & Historiarum consensu, major lux, & certior fides adferatur. Hoc saltem pro iis facere negari non potest, quod affirment historica fide se sic à Majoribus accepisse. Eo fundamento credimus Rabbanitis, suos enumerantibus Magistros, quid ni pariter *Karæis*, qui, præceptorum observantissimi, eorum memoriam, suis quique locis, grati coluerunt? Accedit, quod hæc series inventa & observata sit in *Ægypto*; in qua regione Judæi pacata satis, & tolerabili conditione, multorum seculorum decursu degerunt; hoc prætextu gloriantes, quod in *pelle piscis* cujusdam, qvæ *maxime durabilis*, descriptam habeant *genealogiam & seriem ab ætate in ætatem cum cura servatam.* נשיאי יהודה אשר הם תומכים את דת הקראים... וזה היחס נמצא בעיר אלקהרא במלכות מצרים אשר שם מושב נשיאי הקראים מזמן גלות ירושלים *Principum Iudæ, qui confirmarunt*

doctri-

doctrinam Karæorum. *Invenitur hæc recensio in urbe Cairo in regno Ægypti, ubi fuit
locus habitationis Principum Karæorum, à tempore quo capta fuit Hierosolyma.* De-
niqve si ad fidem faciendam aliquid confert Scriptorum diligentia, & la-
bor inquisitioni impensus, nusquam fuit major quam in R. *Japhet*, *Mose
Beschitzi*, ejusqve *præfatore* & cæteris unde hæc fuerunt repetita. Fuit enim
iste *Moses* versatus in *linguis Hebræa*, *Arabica*, *Græca*, *Hispanica*, & *peragratis
Assyria*, *Chaldæa*, *Palæstina*, *Ægypto* aliisque terris, omnes *cætus*, ubi essent
Karæi, adiit; omnes *libros perquisivit*, *ut originem & rationem hujus Scismatis in-* 186
dagaret. Si prodest integritas; tam veri & recti tenaces, si non aliquanto
magis, *Karæi* quam *Rabbanitæ* passim deprehenduntur. Si causas mentien-
di procul habere ad persuasionem juvat; cur *Karæi* ejusmodi antiqvitatis
monumenta fingerent exigua aut nulla iis illecebra fuit, qui non ex vetu-
state sed verbo Dei veritatem se æstimare profitentur; *Rabbanitis* vero ve-
tustam Doctorum successionem ostentare summa & indeclinabilis est ne-
cessitas, quod inde pendet omnis suæ traditionis firmitas & veri similitu-
do. Quin ut non leve indicium veri allegant, qvod non pauci hujus cen-
sus ab ipsis quandoque Rabbanitis memorentur; & ætas, qua R. *Saadiah
Gaon* in hac serie ponunt, ut discipulum sui R. *Schalmon Ben Jerougham*, cum
Chronologia Rabbanitarum exacte consentit. Quicquid sit, inde nobis
nomina saltem insigniorum inter ipsos doctorum habentur; quibus cum
aliis, qvos in hac matricula, ubi plures σύγχρονοι exstabant, brevitatis
studio omisimus, addi debent antesignani R. *Jehuda Haëbel* scriptor doctis-
simus libri אשכול כופר. R. *Eliahu Beschitzi* auctor libri, inter suos æstima-
tissimi, qvem in hac diatriba passim attulimus, אדרת אליהו *Pallium Eliæ*;
Constantinopoli vivens, ubi & liber excusus, suisqve חכם *Sapiens* & פוסק *de-
cisor* vocatus. Et R. *Aaron*, qui ut *magnus Sapiens*, & *Divinus Philosophus* ipsis
celebratur, dictus אהרון האחרון *Aaron posterior* ad prioris distinctionem;
qvi justo volumine instituta Karæorum complexus mihi Manuscriptus ex
Goliana Bibliotheca bonis avibus fuit redemptus. Possetque multo ma-
jor hic mihi cùm auctorum, tum librorum Karaiticorum catalogus texi,
qvam vulgò innotuit, verum id aliorsum pertinet. Ex antiquissimis
paucos, pro specimine tantum, delibemus. Primæ debentur partes cui-
dam opusculo, qvod se oculis usurpasse commemorat sedulus ille antiqui-
tatum venator *Moses Beschitzi* his verbis: וחזיתי דוכרן עובדא חדא דהווא
בין ר' אליעזר הגדול ובין רבן גמליאל הנשיא בנו של רבן הלל הזקן
Vidi Memoriam facti cujusdam *inter R. Eliezer Magnum*, & *Rabban Gamaliel
principem*, *filium Rabban Hillelis senioris*, &c. Notant una hunc *Eliezerum*

fuisse discipulum R. *Jochanan*, (quod R. *Abraham Zacuth* in יוחסין quoque
187 confirmat,) & doctrinæ Shammæanæ addictiorem. *Hillel* erat Traditionum, ut omnes credunt, Patronus; *Schammai*, ut Karæi volunt, fautor ipsorum. Mirum itaque non est R. *Eliezer* & *Gamaliel* tanquam diversarum partium habuisse contentiones. Firmantur hæc admodum ex iis, quæ de R. *Eliezer* discipulo R. *Jochanan* jam antea vidimus, ubi & הקראי *Karæus* palam cognominabatur. Istarum contentionum videtur hæc, aliqua parte, *Memoria* & narratio; quæ utinam alicunde adhuc perqviri, comparari, haberi posset! quam multa inde, præsertim in hoc de Karæis negotio, edoceremur! Alius ad manum est libellus, cujus cum titulum inspicerem gavisus aliquid reperisse videbar ultimæ antiquitatis: sic habet: זאת״ת האגרת ששלח רבינו מנחם קראי לעקלס הגר אצל ר׳ סעדיי״ה הרבן אודות הלכות שחיטה *Hæc est Epistola, quam misit Rabbenu Menachem Karaita ad Aquilam Proselytum, apud R. Saadiah Harabban, de ratione & modo mactandi.* Non noti mihi erant ex Historia inter Hebræos alii, quibus hoc nomen עֲקָלַס, cum suo præsertim epitheto הגר, aptare possem, quam *Onkelos* auctor Paraphraseos Chaldaicæ in Legem, & Ἀκύλας, qui V. T. in linguam transtulit Græcam circa *Hadriani* Imperatoris tempora. Nec, quos consului, vel Rabbini vel Karæi mihi potuerunt alium indicare, Proclive adeo erat uni ex hisce, posteriori maximè, ex eodem literarum sono & ordine, hanc Epistolam adscribere; re tamen, & Epistola penitius examinatâ, apparuit mihi iis posterior; & R. *Saadiah*, apud quem erat hic Aquila, esse eundem illum R. *Saadiah Happitomi*, quem *Gaon* salutant. At vel sic est satis vetusta; vixit enim & floruit ille R. *Saadiah* seculo nono labente. Serioris autem scriptionis manifestum est mihi argumentum, quod in ea mentio fiat non *Misnæ* modo sed & integri *Talmudis* cujus authoritatem in fine optat aboleri *cum* adventu Messiæ. וה״ברי״ה ישלח״ה לנו במהרה״ה מורה הצדק והשיב לב א׳ע׳ב׳ו׳ב׳ע׳א וישבית המשנה״ה והתלמוד וההלכה ויורנו מדרכיו ונלכה באורחותיו *Sanctus vero Benedictus quantocyus mittat nobis* Doctorem Justitiæ! *& reducat cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres, cessare faciens* Misnam, & Talmud, & Halacha, *doceatque nos de viis suis, ut in semitis ejus ambulemus!* Ipsius *Ananis*, Karaitici dogmatis Restitutoris, nullus, quod sciam, liber superstes est, nisi laudata hinc illinc
188 ab aliis fragmenta. Sed qui ex propinquo ejus ætatem sequebatur, magna cum voluptate mihi lectus est, ingenio & elegantia præstantissimus *R. Schalmon Ben Ierouchamm*, qui cum *A. Saadiah Happitomi* disputans, degenerem disci-

Supra Cap. III fin. & pag. 26.

discipulum ad incitas redegit. Hujus itidem tempora attigit *R. Ioseph* Sapiens, qvi, omni intentione R. *Saadia* probè percepta, etiam contra ipsum librum *Hammaor* exaravit. Agmen claudat R. *Aaron* primus, *filius Ioseph*, cognomine קדוש ה׳ *Sanctus Domini*, professione medicus, sub finem seculi XIII. Hic scripsit multa bonæ frugis & reconditæ scientiæ; inter alia celeberrimum librum המבחר *Mubchar*, *brevem Commentarium in Legem*, & ספר חכמת דקדוק לשון הקודש הנקרא כליל יופי *Scientiam Grammatices linguæ S. qui liber inscribitur Perfectio Pulcbritudinis*; quem cum vulgatis Hebræorum Grammaticis conferre, & volupe & utilissimum foret. Plurimi & varii generis, sive ad S. Scripturas, sive ad alias suæ Religionis partes illustrandas, ab iis conscripti nunc quidem mihi tacebuntur; quando quæ tetigimus, hunc atrum loliginis succum evidenter satis ostendent, quo *Abraham Ben Dior*, & R*abbanitæ Karæis* improperant: המינים לעולם לא עשו שום טובה לישראל ולא ספר שיש לו חיזוק תורה או דבר חכמה ואפילו שירה אחת ונחמה אחת כי כלם כלבים אלמים לא יוכלו לנבוח Abrah Ben Dior in Kabbalæ fin.

Quod *Heretici in æternum nihil boni Israeli fecerunt, nec librum ullum quo Lex stabiliatur, nec quid quod sapientiam redoleat, immo ne unum quidem Canticum aut solamen; sunt quippe canes muti, qui non possunt latrare.* Inde vero tempus non patitur, ut in hanc de illorum *Scriptis* atque *Doctoribus* materiam ulterius memet diffundam. Unum verbo tantum monemus, occasione quod R. *Eliezer* iterum inductus est modò disputans cum *Gamaliele Hillelis* nepote, nos Cap. IV. ubi latius de hac re agitur, abbreviaturam ב״ה quæ in *Adderet Eliahu* & passim occurrit, aliquoties fuisse interpretatos *Beth Hillel*; quod quam ob rem fecerim nunc paucis declarandum est, qvò omnis λογομαχία, quam cane pejus & angue odimus, evitetur. Non ignoro equidem; immo non repugno variis in locis hoc scriptionis compendium ב״ה posse legi qvoqve בני הקבלה, vel בעלי הקבלה, ut Rabbanitæ aliqvoties ab eodem auctore plenis vocibus vocantur; sed cur aliis in locis ubi est ב״ה per literarum initia exaratum aliquando præferam בית הלל in causa est, quod contentio & scisma, uti probatum, contra *Domum* 189
Hillelis cummaximè exarserit. Quod בה״א & ב״ה antiquitus apud Judæos, ac per totum Talmudem, *Beth Hillel*, &c. nusquam *Kabbalæ filios* notaverit; super quo juniores consulere poterunt *Celeb. Buxtorfii Abbreviaturas*. Et quia auctor mihi fuerat *Maimonides*, apud quem legeram, postquam mentionem fecerat istius R*abban Gamalielis senioris*, hæc digna notatu: בן רבן שמעון בן הלל הנשיא והוא חלל הבבלי אשר אליו נסמכו כרת

Vide p. 97.

Maim. Præf. Misnæ Sect. III. Edit. Ven. p. m. 7 col. 2.

מן החכמים האחרונים ועל דעתו היתה ונקראת בית הלל *Quod hic filius erat Simeonis, filii Hillel Principis. Qui erat Hillel iste Babylonius, cujus* auctoritate *nititur Secta Sapientum posteriorum, ejusdem cum eo sententiæ, quæ* ideo qvoqve *Beth* Hillel *appellatur.* Sicut etiam ejus Sectatores *Hillelianos* vocari du-
In Thes. dum Clar. *Hottingerus* notavit. Tandem quia disputatio cum ב"ה non ra-
Philolog. rò de iis rebus instituitur, quibus locus aut usus non erat nisi Templo ad-
pag. 43. hucdum stante, quo tempore nomen *Beth Hillel* centies de die sonabat; ast istud *Filii* Kabbalæ nondum huc usque inveni usurpatum. Advertere etiam licet hoc *R. Mosis fil. Maimonis* testimonio, istam *Hieronymi* sententiam de *Pharizæis* ortis ab *Hillele*, Doctissimis viris fidenter explosam, supra nobis ut-
Supra pag. cunque excusatam atque defensam, valide rursus, & domestico teste, sta-
63.71.72. biliri. Quod si tamen hæ pagellæ in lectorem forte incidant, qui illud ב"ה per בעלי קבלה mordicus legi velit, sensu abundet suo; nostrâ parum aut nihil potius interest, quum res eodem recidat, & verissimum sit, utriusqve partis consensu, שהרבנים קבלו מרב הלל *Quod Rabbini doctri-*
sup. p. 37. *nam suam ab Hillele acceperint*, adeoque eodem telo utriqve petantur. Nunc, partim quia promisimus, partim quia ubi de libris Karæorum disquirimus, liber omnium Sanctissimus, Codex S. Scripturæ, qualis exstat apud *Karæos*, silentio planè præteriri non debet, etsi nostri temporis, & hujus opellæ limites jam longe supergressi, pleniorem istius argumenti tractationem ad commodiorem locum rejicere cogamur. Exemplaria Biblio-
Vid: Bux- rum sua *Karæi* profitentur cum illis *Rabbanitarum* consentire. Propterea
torf. de
Punctis p. quod illorum dispositio & סדור facta sit ab *Ezra*, qui ante scisma vixit;
300. &c. quemque æqualiter utrique venerantur. *Punctationem* non quidem rejici-
190 unt, ut vir magnopere de Philologia meritus videtur sensisse; attamen nec cæco impetu ubique seqvuntur. Ubi *R. Ascher* à *R. Napthali* in variis lectionibus discrepat, posteriori magis accedunt, continuata Doctorum
pag. 37. suorum sententia, & Codicum fide. Et planissimè verum est, quod ante monui, licet conspicuus & admirabilis exemplarium ad fidem integritatis faciendam sit inter utrosque consensus, tamen ubi superstitio aut ineptiens περιεργία Punctatorum vel Masoretharum alicubi manus injecit, *Karæos* non modo id non probare, non sequi, sed graviter potius castigare. Notum est quibusdam vocibus, parum (ut credebant) honestis, aliena puncta subdita propter εὐφημίαν. Vehementer id displicet *Karæis*: tanquam si istis auctoribus Spiritus S. necesse haberet discere sermonis verecundiam, atque honestatem; ideo auctor *Chillouk* M.S.S. inter alia minora exprobrat: כמו כן נכתבים חריונים דביונים עפלים טחורים וכאלה רבים

רבים עתה אם בדרכים הנכתבים ונמסרים מפי הנביאים נתחלפו אם כן אשר הדברים והתורות אשר לא נכתבו מפי הנביאים קל וחומר שלא יכתבו *Et ita ſcriptione* (punctorum quorundam) חריונים (2. Reg. 6:25.) transmutari voluerunt à legentibus, in דביונים, & עפלים (1. Sam. 5: 6. 9. 12.. & 6:4.) in טחורים; *pluraque ejusmodi. Nunc vero, ſi iis in locis quæ ſcripta ſunt & transmiſſa ex ipſo ore Prophetarum aliquid fuerit* ab iis *mutatum, quid factum erit de rebus & Legibus non ſcriptis ex ore Prophetarum? tantoque facilius quod ſcripto non ſervarentur.* Sic manifeſte hanc mutandæ lectionis damnant licentiam; & inſurgunt ex hoc facto, contra *Legis ore acceptæ* portentum. Tam accurati obſervatores, cenſoresque rigidi *Rabbanitarum* cum à tot ſeculis fuerint *Karæi*, quis poteſt ambigere ſi dolo malo S. textum *Rabbini* tractaſſent, ſi conſilio aut neglectu gravia, inque rebus magni momenti, admiſiſſent ἁμαρτήματα, hoc ſilentio haud fuiſſe ſuppreſſuros, qvi in leviora tam ſevere animadvertunt, adverſarios & ſpeculatores? Conſequenter iſthinc ſubnaſci pro ἀξιοπιστίᾳ, & integra ſatis Codicis Hebraici fide, invictiſſimum argumentum. Verum id exequi impræſentiarum pluribus non magis licet, quam luculentis aliquod ſpeciminibus oſtendere Karaitici ſtudii, & librorum temere negatam, in re ſibi nondum comperta, Clar. Carpzovio utilitatem. Ego ſane tam dulces & amplos hinc fructus jam cepi, & uberiores capi poſſe confido ut nihil magis ad eruderandam Hebræorum antiquitatem, ad ritus & mores vere vetuſtos à fictis dignoſcendum, ad intelligentiam priſcorum librorum & rerum in ea gente geſtarum, ad illuſtrationem cumprimis S. Scripturæ, (in quâ vel unicum locum rectius explanaſſe, maximi laboris & operæ pretium mihi habetur) facere exiſtimem, qvam ſi qvis *Karæorum* libris, una Rabbinorum collatis, cum judicio utatur. Nonnulla quamvis tenuia, ut ſpero, veſtigia hæc Diatribe jam ſignavit; meliora, ſi Deus Optimus Max. faverit, & hæc non ingrata accidant Doctis, deinceps conſeqventur.

Introd. ad Pug. fidei. Raimundi. pag. 14. 15. 191

Θεῷ Δόξα.

BREVIARIUM
DIATRIBES
JACOBI TRIGLANDII
DE SECTA
KARÆORUM.

Cap. I. Karæi necdum satis noti. *Libri rarissimi. Buxtorfius nullos vidit. Joh. Morinus unum. Joh. Seldenus duos. Carpzovii Judicium. Omnis de iis notitia huc usque fere ex Rabbinis. Qui faciunt novos homines. Scaligeri melior sententia, immerito à Morino notati. Institutum nostrum.* II. *Nomina varia quibus ab antiquis maxime Rabbanitis insigniuntur. Chillouk M. S. Dicti Hierosolymitani, Excommunicati, Zadducæi, Baithozæi, Hæretici, Epicuræi, Samaritani. Ratio appellationis.* Karæi *quare dicti? an ab ipsis hoc nomen ortum? Matth.* 5: 20. *illustratur. Usus hujus notitiæ nominum. Lapsus celeb. Bartoloccii, &c.* III. *De* Karæorum *Origine sententia Scaligeri. Contraria Joh. Morini. Illius scopus. De eo jam ante contentio inter utriusque Sectæ Doctores. Distincte spectanda antiquitas Doctrinæ, Scismatis, & Appellationis* Karaim. *Secta illa probatur ex Testimoniis* Karæorum *M. S. S. Ex præcipuis Rabbinis. Morini effugia præclusa. Probatur ex* Talmude. *De Nominis* קראים *initio disquiritur.* קראי *quo sensu de R. Eliezer, &c.* IV. *Antiquitas dissensionis probatur rerum documentis, in omnibus Festis*, ex variis auctoribus M. S. S. *Diversitas in tempore* Neomeniæ. Mactandi agni Paschalis, & comburendarum reliqviarum. *In* Festo Pentecostes; *quid* Crastina Sabbathi? *Pentecoste Karæis semper incidit in diem Solis. Disputabant* Karæi *contra Beth Hillel. Jam tunc istæ Partes duæ inter Doctores Hebræos. In* Festo Expiationis; *ubi controvertitur* tempus, *&* locus *ubi S. Sacerdos incendat Suffitum. Origo* Juris Jurandi *ab eo dati. In* Festo Tabernaculorum *dissensus de* genere Arborum, *de* Mensura *Tabernaculorum, de* ניסוך המים Aqvæ effusione. Joh. 7: 37. *Sacerdos quidam effudit aquam ad pedes,* &c. *Hi non proprie* Sadducæi *sed* Karæi.

Obje-

Eorum

Eorum mores. Et vivendi ratio à Gentibus aliis sejuncta, &c. XI. *Nomina &* *successio Doctorum inde ab Ezra, quos Karai sibi vendicant; nec sublestæ fidei statim convincenda. Præcipui quidam, cùm doctrina, tum vetustate, indicati. Literæ R. Menachem Karaitæ ad Aquilam proselytum. Liber Grammaticus Karæorum. Propior assertio, quod per* ב"ה Domus Hillel *notetur. Karæi punctationem admittunt. Ubi tamen in Codice* S. *non sequantur? Cæteroquin exemplarium conformitas.* Karaitici *studii usus.*

Index Locorum S.Scripturæ succinctius, aut prolixius, illustratorum, & explicatorum in Tractatu Scriptoris Karæi Hebræo, & in Diatribe

J. TRIGLANDII

DE SECTA KARÆORUM.

Numerus paginarum marginalis semper respici debet.
Numeri vero litera H. notati ad tract. Hebr. referuntur.

Ezech.

INDEX

INDEX RERUM
In Tractatu Karæi, Notis & dissertat. *Triglandiana* obviarum.

A.

B.

C.

 Chilluk

Fides

Iosua

Rab-

 Syna-

Index

Index Vocum quarundam Hebr. explicatarum.

Index Scriptorum Karæorum & Rabbanitarum.

A.

B.

C.

D.

Schal-

Index Principum Karæorum.

ERRA-

ERRATA.

PAg. 3. l. 14. leg. המרומם. l. 18. leg. חוקר.
p. 19. l. 6. post *edissereret* adde: *constat veritas.*
p. 23. l. 2. leg. והביתוסים.
p. 33. l. 4. pro *ipsum* leg. etiam.
p. 34. l. 10. dele *non.* l. 21. leg. ידענו. l. 22. leg. שתי.
p. 52. l. 10. leg. נתאמץ. ib. in not. l. 15. pro *Vossius* leg. *Vorstius.*
p. 54. l. 20. leg. בשבח.
p. 51. l. 16. למאור.
p. 63. l. 23. *perfecit* lege *non perfecit.*
p. 68. l. 11. leg. *debere.*
p. 70. l. 2. leg. ישראל.
p. 84. l. 17. leg. בית.
p. 86. l. 4. leg. *quare profanare sustinetis?* ibid. l. 6. pro *cortum etiam* leg. *contumeliam.* ibid. l. 18. leg. היהודים בחוקה.
p. 97. l. 16. *lato.*
p. 103. l. 25. leg. בדבריו.
p. 104. l. 4. leg. *& sermones ejus firmaret.*
p. 105. l. 1. leg. *ideoque appellant eum nomine Doctoris sui & vocant* &c.
p. 122. l. 3. a fine pro סי leg. כי.
p. 124. l. 14. leg. חביריהם.
p. 126. l. 11. *veritatem* leg. *vero Deo.*
p. 127. in not. l. penult. leg. *Cabbalæ propagatione.*
p. 141. not. l. 6. leg. *Abrahæ f. Judæ.*
p. 150. l. 3. pro ש"נר leg. ש"נר. ibid. l. 25. כבוא leg. נבוא.